SDC, IV, 4: Finalmente, los que aman la iniquidad y odian a su propia alma, ejercitan toda torpeza con su carne. Así, pues, tú, que amas la iniquidad, ¿cómo querías que se te encomendase el prójimo para que lo amases como a ti mismo? Hombre, ¿cómo es que te pierdes? Porque si tú mismo te amas de modo que te pierdes, ciertamente que vas a perder también a aquel a quien amas como a ti mismo. No quiero, pues, saber a quién amas, ¡perece tú solo! O más bien, ¡corrige el amor; de lo contrario, renuncia a toda compañía!⁷⁰

SDC, VII, 7: Te deseo la mejor manera de que no pierdas nada; y ojalá que digas la verdad o que, al menos, la desees. Porque temo que tengas envidia. ¿Cómo va a ser social tu felicidad a la que molesta la felicidad ajena?⁷¹

SDC, VIII, 8: Bien: enumera a tus hijos; pero añade uno más entre ellos, añade a tu Señor. Tienes uno, que él sea el segundo; tienes dos, que sea él el tercero; tienes tres, sea él el cuarto. ¡No te agrada oír nada de esto! Pues mira cómo amas a tu prójimo, a quien tú haces socio para tamaña perdición!⁷²

⁶⁹ Haec locutus sum Caritati vestrae, propter illud quod dixistis: "Aut hic, aut nusquam". Hoc enim et nos volumus, ut "hic, hic" sed in pace, "hic, hic" sed in unitate, "hic, hic" sed in caritatis **societate**. Tunc bene "hic". Nam <si non sic>, melius "nusquam" quam "hic". Sed praestet Dominus, ut "hic" potius quam "nusquam". Si non "hic", absit ut non alibi, absit.

⁷⁰ Denique qui amant iniquitatem, et oderunt animam suam, omnem turpitudinem exercent de carne sua. Iam ergo, qui diligis iniquitatem, quomodo tibi volebas committi proximum, ut diligeres eum tamquam te? Homo, qui perdis te? Si enim tu ipse sic te diligis ut perdas te, sic profecto perditurus es et eum quem diligis sicut te. Nolo ergo quemquam diligas: vel solus peri. Aut corrige dilectionem, aut respue **societatem**.

⁷¹ Opto unde nihil perdas, atque utinam hoc verum dicas, vel optes. Timeo enim ne invidias. Quomodo enim **socialis** erit felicitas tua, quam torquet felicitas aliena?

⁷² Postremo numera filios tuos, adde unum illum inter illos: Dominum tuum. Unum habes, sit ille secundus; duos habes, sit tertius; tres habes, quartus sit: nihil horum vis. Ecce quomodo diligis proximum tuum, quem tibi facias **socium** ad istam perditionem.

CIVITAS

Sermón 2, 8; Terminado el sacrificio, dice Dios a Abrahán: *Hago tu linaje como las estrellas del cielo y la arena del mar. Y tu linaje poseerá las ciudades enemigas. Y serán benditas en tu linaje todas las gentes de la tierra, porque oíste mi voz*⁷³.

Sermón 4, 8; Pero no imaginéis para el siglo futuro algo semejante a lo que ahora veis. Porque, si imagináis algo semejante, o decís algo semejante, queréis salir del mundo con el mundo, queréis llevaros con vosotros el mundo. Allí no hay estas cosas. Allí hay una cierta luz, de la que viene este misterioso rocío, que ahora entendemos y gozamos. Si tenemos la bendición *por el rocío del cielo, tenemos abundancia por la fertilidad de la tierra*. Así fue bendecido Jacob. Pertenezcamos a él y no vivamos carnalmente. Cada uno de nosotros comienza viviendo carnalmente, y por eso se dice que Esaú es mayor. En la ley hablamos de dos Testamentos, uno Viejo y otro Nuevo. El Viejo ofrecía promesas temporales, pero significados espirituales. Atienda vuestra caridad. Si se prometió a los judíos una tierra de promisión, esa tierra de promisión significa espiritualmente algo. Si se prometió a los judíos Jerusalén, ciudad de paz, el nombre de la ciudad Jerusalén significa algo (espiritualmente)⁷⁴.

Sermón 4, 17; Esaú llegó tarde, presentó lo que el padre había encargado, halló que su hermano había sido bendecido en su lugar y que no le daba otra bendición. Esos dos hombres eran dos pueblos, y una bendición significa la unidad de la Iglesia. Los dos pueblos se identifican con Jacob. Pero de distinto modo son figurados los dos pueblos que pertenecen a Jacob. Nuestro Señor Jesucristo, que había venido para los judíos y gentiles, fue repudiado por los judíos, que pertenecían al hijo mayor. Pero él eligió a algunos que pertenecían al hijo menor, que habían comenzado a desear y entender espiritualmente las promesas del Señor; no deseaban recibir carnalmente la tierra que deseaban, sino que deseaban espiritualmente aquella ciudad en la que nadie nace carnalmente, porque en ella nadie muere ni carnal ni espiritualmente⁷⁵.

Sermón 4 A; Porque había venido a enseñar la humildad y a combatir la soberbia. Había venido Dios humilde: de ningún modo iba a buscar primero a los altos, habiendo venido tan humilde. Primero, porque eligió nacer de aquella mujer que estaba

⁷³ Peracto sacrificio dicitur ad Abraham: *Facio semen tuum, sicut stellas caeli et arenam maris. Et obtinebit semen tuum civitates adversariorum. Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae, eo quod exaudisti vocem meam.*

⁷⁴ Non tamen tale aliquid in futuro saeculo cogitetis quale nunc videtis. Quia si tale aliquid cogitaveritis et tale aliquid dilexeritis, cum ipso mundo vultis ire extra mundum, tollere vobiscum vultis mundum. Non erunt ibi ista. Lux ibi erit quaedam, unde hoc rorat nescio quid, quod modo intellegimus, et gaudemus. Sed si habemus benedictionem *a rore caeli*, habemus *abundantiam a fertilitate terrae*: sic est enim benedictus Iacob. Ad eum pertineamus et non carnaliter vivamus. Quia unusquisque incipit carnaliter vivere, ideo maior dictus est Esau. Duo Testamenta dicuntur in Lege, unum Vetus, alterum Novum. Vetus promissiones habebat temporales, sed significationes spiritaliter. Intendat Caritas vestra. Si promissa est Iudaeis "terra promissionis", significat aliquid spiritaliter terra promissionis. Si promissa est Iudaeis **civitas** pacis Ierusalem, significat aliquid <spiritaliter> nomen **civitatis** Ierusalem.

⁷⁵ Venit enim ille sero, et affert quod iussit pater, et invenit fratrem suum benedictum pro se, et non benedicitur altera benedictione. Quia duo illi homines, duo **populi** erant. Una benedictio unitatem significat **Ecclesiae**. Duo autem **populi** ipsi sunt, qui est et Iacob. Sed alio modo figurati duo **populi** pertinentes ad Iacob. Etenim Dominus noster Iesus Christus, qui ad Iudaeos et **gentes** venerat, repudiatus est a Iudaeis, qui pertinebant ad filium maiorem. Elegit tamen quosdam qui pertinebant ad filium minorem, qui spiritaliter coeperant desiderare et intellegere promissa Domini, non carnaliter aliam terram quam desiderabant accipientes, sed spiritaliter illam **civitatem** desiderantes, ubi nemo nascitur carnaliter; quia nemo ibi carnaliter, nemo spiritaliter moritur.

casada con un obrero. No eligió estirpe dominante para que la nobleza no se enorgulleciera en la tierra. Ni siquiera eligió nacer en una ciudad poderosa, sino que nació en Belén de Judea, que ni siquiera lleva nombre de ciudad. Los actuales nativos de aquel lugar la llaman villa; es tan pequeña y reducida que casi no es nada, si no hubiese sido ennoblecida por el nacimiento del Señor Cristo⁷⁶.

Sermón 16 A, 9: Había dicho: *Guardaré mis caminos. Pondré un candado en mi boca. Fui humillado, y en reflexión se inflamó el fuego;* y de repente, sin saber por qué, aparece aquí algo llamativo, ya que después de tantos combates y de tantos trabajos dice: *Hablé con mi lengua.* La lengua del alma es el movimiento de su misma voluntad. Así como el habla es un movimiento del cuerpo, la voluntad es un movimiento del alma. Ahí está la primera palabra; desde ahí se habla a Dios. La lengua corporal ejerce su misión externamente con los hombres; la otra lengua, que está en el movimiento de la voluntad ejerce su función en el interior, permaneciendo en su santuario. Esta es la verdadera lengua. Por eso dijo el Señor: *Aquellos que le adoran, deben adorar en espíritu y en verdad.* Esta es la verdadera lengua. *Dije con mi lengua: Hazme, Señor, conocer mi fin y cuál es el número de mis días, para saber lo que me resta.* Si vuestra santidad ha estado atenta, ante todo comprenderá la sentencia, y de este modo nos será concedido por el Señor, cuya misericordia nunca falla, el examinarla y discutirla, ya que es excesivamente difícil. *Hablé con mi lengua: Hazme, Señor, conocer mi fin y cuál es el número de mis días, para saber lo que me resta.* Daos cuenta de lo que pide: *Hazme, Señor, conocer mi fin.* Hermanos míos: El fin es aquello a lo que tendemos y en donde hemos de permanecer por siempre. Al salir de nuestra casa, nuestro fin fue llegar hasta la iglesia. Luego nuestro caminar ha terminado aquí. Una vez aquí, cada uno de nosotros tiene el fin de volver a su casa; y termina cuando llega allí. Ahora bien, los que nos hallamos en esta peregrinación tenemos un fin al cual tender. ¿Hacia dónde tendemos? A nuestra patria. ¿Cuál es nuestra patria? Jerusalén, la madre de los justos, la madre de los vivos. Nos encaminamos hacia allí; ése es nuestro fin. Y como ignorábamos el camino, el mismo ciudadano de esa ciudad se hizo camino. No sabíamos por dónde ir. Ignoro qué clase de recodos espinosos y pedregosos había en el camino. Descendió hasta aquí mismo el que allí era magistrado; descendió en busca de los ciudadanos de aquella ciudad. Nos habíamos extraviado, y siendo ciudadanos de Jerusalén nos hicimos ciudadanos de Babilonia, nos hicimos hijos de la confusión. Descendió aquí a buscar a sus ciudadanos y se hizo ciudadano nuestro. No conocíamos aquella ciudad, aquel país; y dado que no podíamos llegar allá, descendió él a sus ciudadanos y se hizo ciudadano, no compartiendo nuestro error, sino tomando nuestra ciudadanía. Bajó hasta aquí. ¿Cómo bajó hasta aquí? En forma de siervo. El mismo Dios hecho hombre deambuló entre nosotros. Si únicamente hubiera sido hombre, no nos hubiera conducido hasta Dios. Si solamente hubiera sido Dios, no se hubiera unido con los hombres. Tomó nuestra propia condición, manteniendo a la vez la divinidad con el Padre; tomó nuestra temporalidad, teniendo la eternidad con el Padre; aquí fue igual a nosotros, teniendo la eternidad con el padre; aquí fue igual a nosotros, allí fue igual al Padre. Bajó aquí nuestro ciudadano y dijo: “¿Qué hacéis aquí, ciudadanos de Jerusalén? La imagen y la semejanza de Dios solamente ha sido creada en Jerusalén. Las estatuas

⁷⁶ Venerat enim docere humilitatem et expugnare superbiam. Venerat humilis Deus: nullo modo hic prius altos quaereret, qui tam humilis venerat. Primo, quia elegit nasci de illa femina, quae desponsata erat fabro. Non elegit ergo amplios natales, ne in hac terra nobilitas superbiret. Non elegit saltim nasci in amplissima civitate, sed natus est in Bethleem Iudae, quae nec civitatis nomine nuncupatur. Hodieque illam incolae loci illius villam appellant: tam parva, tam exigua, prope nulla est, nisi pristina Domini Christi nativitate nobilitaretur.

de Dios no se colocan en esta vida. Esforcémonos, volvamos. ¿Por dónde volveremos? He aquí que yo mismo me tiendo debajo de vosotros, me hago camino para vosotros y seré vuestro fin. Imitadme”. *Hazme, Señor, conocer mi fin*. Creemos en aquel que es nuestro fin⁷⁷.

Sermón 19, 6: Pongamos nuestro corazón allí donde no puede corromperse con las afecciones mundanas. Pasan todas las cosas que entretienen a los hombres; vuela todo. La misma vida humana sobre la tierra es vapor que se desvanece. Se presentan grandes y numerosos peligros en la vida terrena del hombre. Se anuncian grandes terremotos de la región oriental. Algunas grandes ciudades fueron destruidas en un instante. Aterrados los judíos, los paganos y los catecúmenos que había en Jerusalén, todos pidieron ser bautizados; se dice que fueron bautizados cerca de siete mil hombres. El signo de Cristo se hizo presente en los vestidos de los judíos bautizados. Todas estas cosas nos son anunciadas por el relato continuo de nuestros hermanos en la fe. La ciudad de Sísife fue sacudida por un gran terremoto, de suerte que casi todos sus habitantes se vieron obligados a vagar cinco días por los campos; y allí se bautizaron alrededor de dos mil. Por doquiera amenaza Dios, porque no quiere condenar. No se hace poco en este lagar del mundo⁷⁸.

⁷⁷ *Iam iste percurrerat dixi, custodiam vias meas. Ponam ori meo custodiam. Humiliatus sum et in meditatione mea exardescit ignis. Nescio quid subito educit hic aliud maius, et post tot certamina magnosque labores audite quid dicat: Locutus sum in lingua mea. Est enim lingua animae motus ipsius voluntatis. Quemadmodum enim lingua motus est in corpore, sic voluntas motus est in anima. Ibi est prima lingua; inde est, inde loquitur Deo. Haec enim lingua ministerium exhibet extra positus hominibus: illa autem lingua, quae est in motu voluntatis, ministerium exhibet manenti intus in templo suo. Ipsa est vera lingua. Unde dixit Dominus, eos qui adorant eum, in spiritu et veritate adorare debere. Ipsa est vera lingua. Dixi in lingua mea: Notum mihi fac, Domine, finem meum, et numerum dierum meorum qui est, ut sciam quid desit mihi. Si attendat Sanctitas vestra, intellegat primo sententiam et sic Dominus misericordia sua qua semper consuevit dabit nobis orationibus vestris, ut possimus hanc discutere quia satis est ardua. Locutus sum in lingua mea: notum mihi fac, Domine, finem meum, et numerum dierum meorum qui sit, ut sciam quid desit mihi. Videte quid oret: Notum mihi fac, Domine, finem meum. Finis est, Fratres, ubi tendimus, ubi permansuri sumus. Quod exivimus de domibus nostris, finis nobis fuit ad **ecclesiam** veniendi. Ergo iter nostrum hic finitum est. Hinc iterum unusquisque ad domum suam finem habet redeundi. Ibi finit, ubi tendebat. Modo ergo in hac peregrinatione constituti, finem habemus ubi tendimus. Ubi ergo tendimus? Ad patriam nostram. Quae est patria nostra? Ierusalem, mater piorum, mater vivorum. Illic tendimus. Finis noster ipse est. Et quia viam nesciebamus, ipse **civis civitatis** ipsius fecit se viam. Nesciebamus qua ire. Amfractus nescio qui, spinosi, lapidosi, omnino graves, erant in via. Descendit huc ipse primus, qui est ibi principalis; descendit quaerens **cives civitatis** illius. Aberravimus enim, et cum simus Ierusalem **cives**, facti sumus **cives** Babyloniae, facti sumus filii confusionis: Babylonia enim confusio est. Descendit huc quaerens **cives** suos, et factus est **civis** noster. Non noveramus **civitatem** istam provinciam istam non noveramus. Sed quia nos ad illam non venimus descendit huc ad **cives** suos, et factus est ipse **civis**, non consentiendo, sed suscipiendo. Descendit huc. Quomodo descendit? In forma servi. Ambulavit hic inter nos Deus homo. Si enim tantummodo homo fuisset, ad Deum non perduxisset. Si tantummodo Deus fuisset, hominibus coniunctus non fuisset. Suscepit nobiscum conditionis aequalitatem, habens cum Patre divinitatem. Suscepit nobiscum temporalitatem, habens cum Patre aeternitatem. Hic nobiscum aequalis, ibi Patri aequalis. Descendit huc **civis** noster, et ait: "Quid hic facitis, **cives** Ierusalem? Imago et similitudo Dei non est creata nisi in Ierusalem. Statuae Dei in hac vita non ponuntur. Laboremus, redeamus. Qua redimus? Ecce substerno me vobis, fio vobis via, ero vobis finis. Imitamini me". Notum mihi fac Domine finem meum. Ipsum credimus, qui est finis noster.*

⁷⁸ Cor nostrum ibi ponamus, ubi putrescere non potest saecularibus curis. Transeunt ista quae occupant homines, volat ista, vapor est vita humana super terram. Accedunt etiam ipsius fragilis vitae tanta et tam cotidiana pericula. Terrae motus magni de orientalibus nuntiantur. Nonnullae magnae repentinis collapsae sunt **civitates**. Territi apud Hierosolimam qui inerant Iudaei, pagani, catechumini, omnes sunt baptizati. Dicuntur fortasse baptizati septem millia hominum. Signum Christi in vestibus Iudaeorum baptizatorum apparuit. Relatu fratrum fidelium constantissimo ista nuntiantur. Sitifensis etiam **civitas** gravissimo terrae motu concussa est, ut omnes forte quinque diebus in agris manerent, et ibi baptizata dicuntur fere duo

Sermón 20 A, 5: Todo hombre anhela cosas sublimes. ¿Qué hay de sublime en la tierra? Si deseas cosas sublimes, desea el cielo, el ser conciudadano de los ángeles, ambiciona aquella Jerusalén, suspira por ella. Allí no perderás al amigo ni soportarás al enemigo, allí no encontrarás ningún rescatado, ya que de allí nadie puede llevarse cautivo a nadie. Aquella ciudad es eterna, ya que nadie nace ni muere, ya que existe una salud verdadera y continua, y esa misma salud es llamada inmortalidad. Si anhelas estar allí, en verdad buscas cosas sublimes. Sabes a dónde va; aprende ahora el camino. Todo hombre anhela la compañía de los ángeles, gozar de Dios, en Dios y bajo la protección de Dios permanecer por siempre, no ser transformado por la corrupción, no ser destruido por la vejez, no encontrarse debilitado por el cansancio, no poner término a su vida por la enfermedad o la muerte. ¡Grande, sublime y deseable es este anhelo! Apeteces el lugar a donde vas, pero piensa por dónde has de ir⁷⁹.

Sermón 24, 6: Si vuestro deseo fuera que empezase en esta ciudad, es decir, procuraseis que aquí, antes que en cualquier otro lugar, fuesen abolidas las supersticiones de los demonios, tal vez fuese una tarea un tanto ardua, aunque no para desesperar⁸⁰.

Sermón 32, 6: ¿Qué cosa tan opuesta como Dios y el diablo? Sin embargo, una y otra palabra comienzan con la letra “D”: tanto Dios como diablo. Una letra puede cuadrar en diferentes lugares. Por lo tanto, erraría y sería bastante absurdo y de mente infantil quien, al leer, por ejemplo, la letra “D” en el nombre de Dios, temiese ponerla en el nombre del diablo, como si con ello injuriase a Dios. Del mismo modo, quien sin formación escucha las divinas Escrituras y oye, para no salirnos de este ejemplo, que ha de entender alegóricamente la palabra río en aquel texto: *Las corrientes del río alegran la ciudad de Dios* (el texto se refiere a la inundación del Espíritu Santo, del que en otro lugar dice el profeta: *Se embriagarán de la abundancia de tu casa y le darás a beber del torrente de tu placer*); quien, repito, entendiéndose siempre el río como refiriéndose a algo bueno y lo alabase y se deleitase en ello, este mismo se asustará cuando en otro lugar se le diga que río significa los hombres que pasan, entregados a las cosas temporales, fluyendo también ellos con el amor de las cosas pasajeras⁸¹.

millia hominum. Undique Deus terret, quia non vult invenire quod damnet. Nonnihil agitur in isto torculari.

⁷⁹ Omnis homo alta desiderat. Et quid altum in terra? Si ergo alta desideras, caelum desideras, caelestia desideras, supercaelestia desideras. Concupisce angelorum **civis** esse, ambi illam **civitatem**, in illam suspira, ubi non perdes amicum, non patieris inimicum, ubi non invenies aliquem tunc redemptum, quia nemo inde potest aliquem captivum abducere. **Civitas** enim illa aeterna est, ubi nullus oritur, nullus moritur, ubi perpetua et vera sanitas, quia ipsa sanitas vocatur immortalitas. Illic si esse concupieris, vere alta quaesisti. Vides quo, sed vide qua. Nam nemo non quaerit esse **civis** angelorum, gaudere in Deo de Deo sub Deo, manere semper, nulla labe mutari, nulla senectute confici, nulla lassitudine debilitari, nulla aegritudine, nulla morte finiri. Magna res, alta res, desiderabilis res! Concupiscis quo pervenias, vide qua venias.

⁸⁰ Si voluntas vestra ab hac **civitate** inciperet, ut hic primitus aboleri superstitiones daemonum quaereretis; fortassis aliquis arduus labor esset, non tamen desperandus:

⁸¹ Quae tam diversae res, quam Deus et diabolus? Tamen in capite, D littera est, cum dicimus "Deus", et cum dicimus "diabolus". Sicut ergo littera pro loco valet, errat autem et nimis absurdus est et intra puerile cor, qui cum legerit verbi gratia, D litteram in nomine Dei, timet illam ponere in nomine diaboli, ne quasi Deo faciat iniuriam. Sic etiam qui imperite audit divinas Scripturas, ut de isto ipso exemplo non recedamus, cum audit, verbi gratia, in allegoria positum fluvium, eo loco ubi dictum est: *Fluminis impetus laetificant civitatem Dei* - dictum est autem de inundatione Spiritus Sancti, de qua alio loco ait Propheta: *Inebriantur ab ubertate domus tuae, et torrente voluptatis tuae potabis eos* - cum ergo sic acceperit fluvium in bono et laudaverit et delectatus fuerit, quando pro loco dicitur ei quod fluvius

Sermón 32, 15: Ahora nos llega la tentación del temor. Te puede decir un cualquiera: “Atestigua por mí falsamente”. Primero te promete algo; y si no te dejas llevar, si antepones las promesas de Dios a las insinuaciones de los hombres, nos vence la codicia. Te tienta con amenazas y comienza a poner ante tus ojos cosas horribles. Quizá es uno de los poderosos de la ciudad, uno de los potentados de este mundo. Parece que es capaz de realizar sus amenazas. Te vence el temor del mal inminente, del que Dios ciertamente podría librarte, si esto le pareciese que iba a ser para tu bien;⁸²

Sermón 32, 28: ¿Y qué es lo que tú dices? Aquellos *llamaron feliz al pueblo que tiene todo eso*. ¿Qué digo yo? *Dichoso el pueblo cuyo Dios es el Señor*. Por lo tanto, es feliz el pueblo que, en lugar de hijos y de hijas adornadas, en lugar de la gordura de los bueyes, en vez de la fecundidad de las ovejas, en vez de graneros repletos, en lugar de firmeza de casas, en lugar de paz, disputas y caciqueos; en lugar de toda esa felicidad, quiere poseer a su Dios, para tener a quien creó todas las cosas, en lugar de poseerlas a ellas, y poder decir: *Para mí es un bien estar unido a Dios*. Adórole desinteresadamente. Adórole cuando regala todo esto, cuando lo quita y cuando no lo concede, y nada tema tanto como quedarse privado de él. De esta manera, hermanos, el pueblo cristiano dice en su corazón: “Quíteme lo que él quiera, pero no me prive de él”. Este es el pueblo dichoso, cuyo Dios es el Señor⁸³.

Sermón 37, 2: Mirad a aquella de que sois miembros; poned los ojos en aquella de quien sois hijos. *¿Quién encontrará la mujer fuerte?* Va de acuerdo la festividad de los mártires con la fortaleza de la mujer. Si ella no hubiese sido fuerte, sus miembros hubiesen claudicado en la pasión. *¿Quién encontrará la mujer fuerte?* Es difícil encontrarla; mejor, es difícil no conocerla. ¿No es ella la ciudad puesta en un monte, que, por lo tanto, no puede esconderse? ¿Por qué se dijo: Quién la encontrará? Debía haber dicho: *¿Quién no la encontrará?* Esta misma ciudad es aquella única oveja perdida a la que buscó el pastor y, después de encontrarla, la cargó gozoso sobre sus hombros. El monte es también el pastor. La oveja sobre sus hombros es la ciudad sobre el monte. Te resulta fácil verla colocada sobre el monte. ¿Cómo ibas a encontrarla cuando se ocultaba entre zarzas, entre las espinas de sus pecados? Es cosa grande que se la haya buscado allí; cosa admirable también el que se la haya encontrado. A este difícil hallazgo se refiere cuando dice: *¿Quién encontrará la mujer fuerte?* ¿Quién, pues? La forma de preguntar sugiere que hubo, a lo menos, uno, no ninguno. Lo mismo se dice a su marido, el león de la tribu de Judá, de quien la profecía predijo con anterioridad: *Subiste recostado*, es decir, en la cruz. (...) Cuando oísteis, *¿quién encontrará a la mujer*

significat homines fluentes et temporalibus deditis cum transeuntium amore transeuntes expavescit. Quia in alio loco acceperat fluvium in bono significare aliquid, et perturbatur.

⁸² Rursum timoris tentatio advenit. Dicit tibi quisque: "Die pro me falsum testimonium". Primo promittit. Sed cum non deceperit, si forte praeponas promissa Dei pollicitationi hominum, non vincit cupiditas. Per comminationem tentat et incipit minari horribilia. Potens est forte in **civitate**, potens in saeculo. Videtur posse facere quod minatur. Vincit te timor praesentis mali, quod et posset a te utique Deus avertere, si hoc illi videretur prodesse tibi;

⁸³ Tu autem quid dicis? Nam illi *beatum dixerunt **populum** cui haec sunt*. Ego quid dico? *Beatus **populus** cuius est Dominus Deus ipsius*. Ergo ille est beatus **populus**, qui pro filiis suis et pro filiabus ornatis, pro crassitudine boum, pro fecunditate ovium, pro plenitudine cellariorum, pro integritate aedificiorum, pro pace ac litibus et iurgiis **civilibus**, pro ista omni felicitate, Deum suum vult possidere, ut ipsum habeat pro omnibus qui condidit omnia, et dicat: *Mihi autem adhaerere Deo, bonum est*. Colat eum gratis. Colat quando ista dat, et quando aufert, et quando non dat, et nihil sic timeat, quam ne ipse se auferat. Itaque christianus **populus**, Fratres, qui dicit in corde suo: "Quidquid vult auferat, se ipsum mihi non auferat", *beatus est **populus**, cuius est Dominus Deus ipsius*.

fuerte?, no penséis que habla de aquella Iglesia que está oculta, sino de aquella que fue encontrada por uno para que a nadie se oculta. Por lo tanto, merece ser descrita, alabada, recomendada, amada como madre por todos nosotros, pues es esposa de un solo marido. *¿Quién encontrará la mujer fuerte?* ¿Quién no ve a esta mujer tan fuerte? Pero esto ocurre ahora que ya fue encontrada, que es eminente, célebre, gloriosa, ataviada, brillante; para decirlo brevemente, extendida por toda la tierra⁸⁴.

Sermón 37, 21: *Ceñidores para los cananeos.* Hizo ceñidores para los cananeos. Cíñanse, trabajen, acudan, sean esclavos en esta casa, para estar todos vestidos, todos alimentados. Hizo ceñidores, pero para trabajar; pues ella misma, para hacerlo, se ciñó fuertemente los lomos. ¿Quiénes son los cananeos? Pueblos extranjeros, vecinos de Israel. *Quienes en algún tiempo estabais lejos, os convertisteis en cercanos por la sangre de Cristo. Quienes en otro tiempo erais extraños a la alianza y no teníais esperanza de la promesa, y vivíais sin Dios en este mundo, ahora sois ciudadanos de los santos y mártires de Dios.* Recibidos los ceñidores, trabajad en la casa del Señor, hechos ya familiares de Dios, de cananeos que erais, como cananea era aquella mujer de que habla el Evangelio. Era cananea, pues no se atrevía a acercarse a la mesa de los hijos, pero como un perro pedía las migajas. Mirad cómo se ciñó para la obra. Su ceñidor era la fe. Esto alabó de Jesús: *¡Oh mujer, qué grande es tu fe!*⁸⁵

Sermón 38, 9: Da también un consejo sobre el lugar adonde llevar tu tesoro. Más aún, adonde debes llevarlo. Llévalos de la tierra al cielo para no perderlo. ¡Cuántos no perdieron lo que guardaron ellos y ni siquiera corregidos de esta forma aprendieron a ponerlo en el cielo! Si por casualidad alguien te dijera: “Tras pasa tus riquezas de occidente a oriente si no quieres que perezcan”, sudarías, te fatigarías, estarías preocupado, contemplarías la multitud de cosas que posees y verías que, debido a la cantidad de las mismas, no podrías llevarlas tan lejos. Quizá hasta llorarías porque te verías obligado a ir sin haber encontrado el modo de llevar contigo lo que habías

⁸⁴ Attendite cuius membra estis; inspice cuius filii estis. *Mulierem fortem quis inveniet?* Congruit dici martyrum fortitudo mulieris. Nisi enim ipsa fortis esset, illa membra eius in passione defecissent. *Mulierem fortem quis inveniet?* Difficile est invenire eam immo difficile est nescire eam. Nonne ipsa est **civitas** in monte, quae abscondi non potest? Quare ergo dictum est: *Quis inveniet?* cum dici debuerit: Quis non inveniet? Sed tu **civitatem** in monte positam vides. Ut autem in monte poneretur, inventa est quae perierat. Quando illustrata est, quis eam non videt? quando latebat, quis eam inveniret? Ipsa enim **civitas** est, et una illa ovis quam perditam quaesivit pastor, et inventam gaudens in humeris reportavit. Ipse pastor est mons; ovis autem in humeris eius, **civitas** in monte. Facile est ut videas eam collocatam in monte. Quando eam invenires, cum lateret in vepribus, in spinis utique delictorum suorum? Ibi enim quaesisse magnum est; ibi invenisse mirabile est. Haec eius difficilis inventio commendatur cum dicitur: *Mulierem fortem quis inveniet?* Quis enim, quia unus, non quia nec unus. Quomodo dictum est de ipso viro eius, leone de tribu Iuda, de quo prophetia ante praedixit: *Ascendisti recumbens*, utique in crucem. (...)Et modo quando audistis: *Mulierem fortem quis inveniet?* nolite putare de Ecclesia dici quae latet, sed de illa **Ecclesia** quae ab uno inventa est ut neminem lateret. Ergo describatur, laudetur, commendetur, amanda ab omnibus nobis ut mater, nam unius uxor est. *Mulierem fortem quis inveniet?* *Mulierem istam tam fortem quis non videt?* Sed iam inventam iam eminentem, iam conspicuam iam gloriosam iam ornatam iam lucidam iam ut cito explicem, toto terrarum orbe diffusam.

⁸⁵ *Cinctoria autem Chananaeis.* Fecit cinctoria Chananaeis. Cingant se, operentur, veniant, sint servi de domo ista, ut omnes vestiti, omnes pasti sint. Cinctoria enim fecit, utique ad opus, nam et ipsa opus faciens, accinxit fortiter lumbos suos. Qui sunt Chananaei? Vicinae **gentes populo** Israel alienigenae. *Aliquando qui eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. Qui eratis aliquando peregrini Testamentorum, et promissionis spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo, nunc autem cives sanctorum et domestici Dei,* acceptis cinctoriis operamini in domo dominica, iam facti domestici Dei ex Chananaeis, unde erat et illa mulier modo in Evangelio recitata. Chananaea erat, ad mensam filiorum accedere non audebat, sed tamquam canis micas requirebat. Vide quemadmodum se praecinxerit ad opus. Praecinctorium eius, fides. Hoc laudat ille: *O mulier magna est fides tua!*

reunido. A lugares más lejanos te ordenó marchar quien no te dice: “Pasa de occidente a oriente”, sino: “Pasa de la tierra al cielo”. Sudas, te parece encontrarte en mayor aprieto y te dices a ti mismo: “Si no encontraba jumentos y naves con las que trasladarme de occidente a oriente, ¿cómo voy a encontrar escaleras para subir de la tierra al cielo?” No te preocupes, te dice Dios; no te afanes. El que te hizo rico, el que te dio el que puedes dar, hizo de los pobres tus portaequipajes. Si, por ejemplo, encontrases un pobre de allende los mares o encontrases a alguien necesitado del lugar a donde quiere ir, te dirías a ti mismo: “yo quiero ir a la patria de donde es éste. Aquí esta necesitado. Le voy a dar algo, y él me lo devolverá allí”. Mira, aquí está necesitado el pobre. El es ciudadano del reino de los cielos. ¿Por qué dudas en pagar ese impuesto? Quienes lo hacen, dan para recibir más, una vez que hayan llegado al lugar de donde es aquel que recibió el dinero. Hagámoslo también nosotros⁸⁶.

Sermón 38, 11: Si el mundo se ha de acabar, hay que emigrar de este mundo; en ningún modo hay que amarlo. El mundo está revuelto y, no obstante, se le ama. ¿Qué sucedería si estuviese tranquilo? ¿Cómo te unirías a él si fuese hermoso, tú que así le abrazas siendo feo? ¿Cómo recogerías sus flores, tú que no retiras tu mano ante las espinas? No quieres abandonar el mundo; el mundo te abandona a ti, y tú sigues tras él. Purifiquemos, pues, amadísimos, el corazón y no perdamos la capacidad de aguante, sino percibamos la sabiduría y mantengamos la continencia. Pasa la fatiga; vendrá el descanso; pasan las delicias falsas, y llegará el bien que deseó el alma fiel. Ante el cual se enardece y por el cual suspira todo el que se siente peregrino en este mundo; a saber, la patria buena, la patria celeste, la patria de los coros de los ángeles, la patria en que no muere ningún ciudadano, a la que no es admitido ningún enemigo; la patria en que tendrás al Dios sempiterno como amigo y en la que no temerás ningún enemigo⁸⁷.

Sermón 46, 8: Lejos, pues, de nosotros, el deciros: “Vivid como queráis, estad seguros, Dios no pierde a nadie; basta con que tengáis la fe cristiana. No pierde él lo que redimió, no pierde a aquellos por quienes derramó su sangre. Y si quisierais deleitar vuestro ánimo con los espectáculos públicos, id tranquilos. ¿Qué tienen de malo? Id, celebrad tranquilos también esta fiesta, de que participa toda la ciudad, entre la alegría

⁸⁶ Et consilium dat quo migres. Dedit enim consilium quo migrare debeas. Migra enim de terra in caelum, ne perdas. Quam multi enim quod servabant perdiderunt, et nec sic correcti in caelo ponere didicerunt. Ille ergo qui forte si tibi diceret: "Migra divitias tuas ab Occidente in Orientem si non vis ut pereant", aestuares, laborares, satageres, attenderes quanta essent quae haberes, videres te multiplicitate rerum tuarum facile in longinqua migrare non posse. Et forte fieres, quia ire cogereris et quomodo tecum tolleres quod collegeras non invenires. In longinquiora te migrare iussit, qui non ait: "Migra ab Occidente in Orientem", sed: "Migra de terra in caelum". Aestuas, quasi difficultatem maiorem tibi videris pati, et dicis tibi: "Si non inveniebam iumenta et naves, quibus ab Occidente migrarem ad Orientem, quomodo inveniam scalas, quibus a terra migrem in caelum?". "Noli, inquit tibi Deus, laborare, noli laborare. Qui te divitem feci, qui tibi quod dares dedi, laturarios tibi pauperes feci". Si, verbi gratia, invenires aliquem inopem de trans mare, aut quo ire velles, invenires inde **civem** aliquem necessitatem patientem, diceres tibi: "**Civis** iste inde est quo ego volo ire. Eget hic. Do illi quod ibi mihi reddat". Ecce eget hic pauper. **Civis** est **regni** caelorum. Quid dubitas facere traiectionem? Sic enim dant qui hoc faciunt, ut plura accipiant, cum ad ea loca venerint, unde est ille qui accepit. Faciamus et nos.

⁸⁷ Si finis mundi est, migrandum est de mundo, non amandus est mundus. Ecce turbatur mundus, et amatur mundus. Quid si tranquillus esset mundus? Formoso quomodo haereres, qui sic amplecteris foedum? Flores ius quomodo colligeres, qui ab spinis non revocas manum? Non vis relinquere mundum, relinquit te mundus, et sequeris mundum. Cor ergo mundemus, carissimi, et non perdamus sustinentiam sed percipiamus sapientiam et teneamus continentiam. Transit labor, veniet requies; transeunt falsa deliciosa, et veniet bonum quod concupivit anima fidelis, cui inardescit et suspirat omnis peregrinus in saeculo: patria bona, patria caelestis, patria cum **populis** angelorum, patria ubi nullus **civis** moritur, quo nullus hostis admittitur, patria ubi habeas sempiternum Deum amicum, ubi nullum timeas inimicum.

de los comensales que creen que se alegran con los festines públicos, cuando en realidad se pierden. La misericordia de Dios es grande y todo lo perdona. Coronaos de rosas antes de que se marchiten. En la casa de vuestro Dios celebraréis convites cuando queráis; saturaos y llenaos de vino en compañía de los vuestros. Para esto se os han dado estas criaturas, para que disfrutéis de ellas. Dios no las dio a los paganos y malvados, y os privó de ellas a vosotros”. Si aconsejáramos todo esto, quizá reuniríamos mayores multitudes⁸⁸.

Sermón 50, 11: Aquel gran Sacerdote, el morador de esta casa, nuestro Señor Jesucristo, para lograr el regreso del hombre que por soberbia se había alejado del paraíso, se dignó presentarse a sí mismo como ejemplo de humildad; lo atestigua el Evangelio al decir: *Aprended de mí, que soy manso y humilde de corazón*; para que nadie en su casa, esto es, en la Iglesia, si fuera capaz de comprender o decir algo con sabiduría, se envanezca queriendo presentarlo como cosa suya, ved cuán medicinalmente le dice el Señor Dios: *Mío es el oro y mía la plata*. De esta forma se cumplirá lo que dice a continuación: para que sea *grande la gloria de esta casa; la de la última, mayor que la de la primera*. La primera casa, es decir, los ciudadanos de la Jerusalén terrena, según dice el Apóstol, *desconociendo la justicia de Dios y buscando establecer la suya, no está sometidos a la justicia de Dios*. Ved si éstos, mientras dicen que son suyos el oro y la plata, no pudieron llegar a la gloria eterna de la última casa. Sin embargo, al decir el profeta: *Grande será la gloria de esta casa; la de la última mayor que la de la primera*, demuestra que la primera no estuvo privada de cierta gloria. Pues de ella hablaba también el Apóstol al decir: *Si lo que se destruye es para la gloria, mucho más se hallará en gloria lo que permanece*⁸⁹.

Sermón 61, 5: pon ahora atención a una semejanza o comparación en que, por contraste, nos exhorta a la oración. Se trata de aquel rico malvado del que habla el Señor cuando dice: *Había un juez en una ciudad que ni temía a Dios ni respetaba a los hombres. Una viuda le interpelaba día a día y le decía: “Hazme justicia”. Por algún tiempo él no quiso*. Como ella no cesaba de interpellarlo, tuvo que hacer por fastidio lo

⁸⁸ Absit ergo ut dicamus vobis: "Vivite ut vultis, securi estote, Deus neminem perdet, tantummodo fidem christianam tenete. Non perdet ille quod redemit, non perdet pro quibus sanguinem fudit. Et si spectaculis volueritis oblectare animos vestros, ite. Quid mali est? Et festa ista quae celebrantur per universam **civitatem** at in laetitia convivantium, et publicis mensis se ipsos ut putant iocundantium, re vera perdentium, ite, celebrate securi. Magna est Dei misericordia, quae totum ignoscat. Coronate vos rosis antequam marcescant. In domo Dei vestri quando volueritis convivamini; implemini cibo et vino cum vestris. Ad hoc enim data est ista creatura ut ea perfruamini. Non enim pagani et impiis dedit Deus, et vobis non dedit". Haec si dixerimus, forte congregabimus turbas ampliores.

⁸⁹ *Quia enim sacerdos ille magnus, domus huius inhabitator, Dominus noster Iesus Christus, propter reditum hominis qui per superbiam de paradiso exierat, se ipsum exemplum humilitatis praebere dignatus est, quod testatur in Evangelio clamans: Discite a me, quoniam mitis sum, et humilis corde: ne quis forte in domo eius id est in Ecclesia, si quid sapienter potuerit vel sentire vel dicere quasi sua propria volens videri extollatur, videte quanta medicina ei dicitur a Domino Deo: Meum est aurum et meum est argentum. Sic enim fiet quod sequitur, ut magna sit gloria domus istius novissima plus quam primae. Prima enim domus, id est, cives terrenae Hierusalem, sicut Apostolus dicit, ignorantes Dei iustitiam et suam iustitiam quaerentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti. Videte si non isti, dum suum esse dicunt aurum et argentum, non potuerunt ad aeternam gloriam domus novissimae pervenire. Tamen cum dicit Propheta: Magna erit gloria domus istius novissimae plus quam primae, nec ipsam primam sine aliqua gloria fuisse demonstrat. Nam de illa loquebatur etiam Apostolus, cum diceret: Si enim quod evacuatur per gloriam est, multo magis quod manet, in gloria erit.*

que no quería hacer por favor. De esta forma, y por contraste, nos exhortó a que pidamos⁹⁰.

Sermón 62, 10: “No es, dirás, un dios, sino el genio de Cartago”. Como si fuera Dios en caso de tratarse de Marte o Mercurio. Pero considera no lo que es en sí, sino en qué es tenido por ellos. Pues también yo sé, como lo sabes tú, que es una piedra. Si el genio es un adorno, vivan rectamente los ciudadanos de Cartago y serán ellos el genio de Cartago. Si, por el contrario, el genio es un demonio, en el mismo lugar escuchaste también esto: *Lo que inmolan los gentiles, a los demonios, lo inmolan, no a Dios. No quiero que os hagáis socios de los demonios.* Sabemos que no es Dios. ¡Ojalá lo supieran ellos también! Pero no se debe herir la conciencia de quienes, siendo débiles, no lo saben. Es una exhortación del Apóstol⁹¹.

Sermón 66, 2: Y él dio excelente testimonio del Señor y el Señor de él, al decir: *Entre los nacidos de mujer, nadie fue mayor que Juan Bautista; pero el menor en el reino de los cielos es mayor que él;* menor por el tiempo, mayor por la majestad. Al decir eso, se refería a sí mismo. Muy grande ha de ser Juan entre los hombres, cuando sólo Cristo es mayor que él entre ellos. También puede distinguirse y resolverse el problema de este modo: *Entre los nacidos de mujer, nadie fue mayor que Juan Bautista; pero el menor en el reino de los cielos es mayor que él.* Es solución diferente de la que antes dije. *Quien es menor en el reino de los cielos es mayor que él.* Llama reino de los cielos al lugar en que están los ángeles; el que es menor entre los ángeles es mayor que Juan. Recomendó ese reino que hemos de desear; presentó la ciudad cuyos ciudadanos debemos desear ser. ¿Qué ciudadanos hay allí? ¡Grandes ciudadanos! El menor de ellos es mayor que Juan. ¿Qué Juan? Al que no igualó ninguno entre los nacidos de mujer⁹².

Sermón 71, 1: Al oírlo los fariseos, dijeron: *Este no arroja los demonios sino mediante Belcebú, príncipe de los demonios. Pero Jesús, conociendo sus pensamientos, les dijo: Todo reino contra sí mismo dividido, será desolado, y ninguna ciudad o casa, contra sí divididas, pueden mantenerse; si Satanás arroja a Satanás, está contra sí mismo dividido: ¿cómo podrá mantenerse su reino?* Hablando así, quería dar entender por la confesión de ellos mismos que, al no creer en él, preferían estar en el reino del

⁹⁰ Attende a contrario similitudinem vel comparisonem, sicut de illo divite iniquo, hortantem nos ad orationem, quando ait Dominus: *Erat quidam iudex in civitate, qui nec Deum timebat, nec hominem reverebatur. Quaedam vidua interpellabat eum quotidie, et dicebat, Vindica me. Nolebat ille per tempus: illa interpellare non desinebat; et fecit taedio, quod nolebat beneficio.* Sic enim a contrario nos admonuit ut petamus.

⁹¹ Non est, inquit, Deus; quia genium est Carthaginis. Quasi si Mars aut Mercurius esset, Deus esset. Sed quomodo ab ipsis habeatur, attende; non quid sit. Nam et ego tecum scio quia lapis est. Si genium ornamentum est aliquod; **cives** Carthaginis bene vivant, et ipsi erunt genium Carthaginis. Si autem genium daemonium est, audisti et ibi: *Quae immolant Gentes, daemonibus immolant, et non Deo: nolo vos socios fieri daemoniorum.* Novimus quia non est Deus; utinam et ipsi sic norint: sed propter eos qui hoc non norunt infirmos, non debet percuti conscientia ipsorum. Hoc monet Apostolus.

⁹² Et ille bonum testimonium perhibuit Domino, et Dominus illi: *In natis mulierum, inquit Dominus, nemo surrexit maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno coelorum, maior est illo;* minor tempore, maior maiestate. Se ipsum volens intellegi hoc dixit. Valde inter homines Ioannes est magnus, quo solus inter homines maior est Christus. Potest et sic distingui et solvi: *In natis mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno coelorum, maior est illo.* Non sic quomodo paulo ante dixi. *Qui autem minor est in regno coelorum, maior est: regnum* coelorum dixit, ubi Angeli sunt; qui ergo inter Angelos minor est, Ioanne maior est. Commendavit **regnum** quod desideremus: proposuit **civitatem**, cuius **cives** esse cupiamus. Quales ibi **cives**? quam magni **cives**! Quisquis ibi minor est, Ioanne maior est. Quo Ioanne? Quo nemo maior surrexit in natis mulierum.

diablo, el cual, dividido contra sí, no podía mantenerse. Elijan, pues, los fariseos lo que quieran. Si Satanás no puede arrojar a Satanás, nada pudieron hallar para alegrarlo contra el Señor; y si pueden, cuídense más de sí mismos y salgan de su reino, que, dividido contra sí, no puede mantenerse⁹³.

Sermón 74, 1: La lectura evangélica nos propone investigar y explicar a vuestra caridad, en cuanto nos ilumine el Señor, quién es el *escriba erudito en el reino de Dios, semejante a un padre de familia, que saca de su tesoro cosas nuevas y añejas*. Así terminaba la lectura misma: con las cosas nuevas y añejas del escriba erudito. Sabido es a quiénes llamaban escribas los antiguos, según las costumbre de nuestras Escrituras; a saber, a los que profesaban la ciencia de la Ley. Esos eran llamados escribas en aquel pueblo, y no estos que hallamos en las oficinas de los jueces o en la costumbre de las ciudades⁹⁴.

Sermón 77, 1: Al parecer, no pertenecía al pueblo de Israel, al que pertenecían los patriarcas, los profetas, los padres de nuestro Señor Jesucristo según la carne, y también la misma Virgen María, que dio a luz a Cristo. La cananea no pertenecía a este pueblo, sino a los gentiles. Según hemos oído, el Señor se retiró a la parte de Tiro y Sidón, y la mujer cananea, saliendo de aquellos contornos, solicitaba con calor el beneficio de que curase a su hija, que era maltratada por el demonio. Tiro y Sidón no eran ciudades del pueblo de Israel, sino de gentiles, aunque vecinas de Israel⁹⁵.

Sermón 80, 7: Hay dos clases de bienes, los temporales y los eternos. Los temporales son la salud, las riquezas, el honor, los amigos, la casa, los hijos, la esposa y las demás cosas de esta vida por la que peregrinamos. Situémonos en la mansión de esta vida como peregrinos de paso, no como propietarios que han de permanecer. En cambio, los bienes eternos son, ante todo, la misma vida eterna, la incorrupción y la inmortalidad de la carne y del alma, la compañía de los ángeles, la ciudad celeste, la dignidad indefectible, el Padre y la patria, él sin muerte, ella sin enemigos⁹⁶.

⁹³ Pharisei audientes dixerunt: *Hic non eicit daemones, nisi in Beelzebub principe daemoniorum. Iesus autem, sciens cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum divisum contra se desolabitur, et omnis civitas vel domus divisa contra se non stabit; et si Satanus Satanam eicit, adversum se divisus est: quomodo ergo stabit regnum eius?* Hoc dicens, ex ipsorum confessione volebat intellegi, quod in eum non credendo in **regno** diaboli esse delegissent, quod utique adversum se divisum stare non posset. Eligant ergo Pharisei quod voluerint. Si Satanus Satanam non potest eicere, nihil contra Dominum quod dicerent invenire potuerunt; si autem potest, multo magis sibi prospiciant, et recedant de **regno** eius, quod adversum se divisum stare non potest.

⁹⁴ Evangelica lectio admonet nos quaerere et explicare, quantum Dominus dederit, Caritati vestrae, quis est *Scriba eruditus in regno Dei, similis patrifamilias proferenti de thesauro suo nova et vetera*. In hoc enim lectio ipsa conclusit: quae sunt nova et vetera eruditi Scribae. Quos autem veteres secundum consuetudinem Scripturarum nostrarum Scribas appellaverint, notum est, videlicet qui Legis scientiam profiterentur. Tales enim in illo **populo** Scribae appellabantur; non quales appellantur in officiis iudicum, vel in consuetudine **civitatum**.

⁹⁵ Erat autem, sicuti apparet, non de **populo** Israel, unde Patriarchae, unde Prophetae, unde parentes Domini nostri Iesu Christi secundum carnem; unde ipsa virgo Maria, quae peperit Christum. Non ergo ex isto **populo** erat haec mulier: sed erat ex **Gentibus**. Nam, sicut audivimus, secessit Dominus in partes Tyri et Sidonis, et inde mulier Chananaea de finibus illis egressa, petebat beneficium instantissime curandae filiae suae, quae male a daemone vexabatur. Tyrus et Sidon non erant **civitates populi** Israel, sed **Gentium**; quamvis vicinae illi **populo**.

⁹⁶ Duo ergo genera beneficiorum sunt, temporalia et aeterna. Temporalia sunt salus, substantia, honor, amici, domus, filii, uxor, et caetera vitae huius ubi peregrinamur. Ponamus nos ergo in stabulo vitae huius, quasi peregrini transitori, non quasi possessores mansuri. Aeterna vero beneficia sunt, primum ipsa

Sermón 81, 7: ¡Ea, cristiano, germen celestial, peregrino en la tierra, que buscas la ciudad en el cielo, que deseas unirte a los santos ángeles, comprende que has venido para marcharte! Pasáis por el mundo esforzándoos por alcanzar a quien creó el mundo. No os turben los amantes del mundo, los que quieren permanecer en él y, quiéranlo o no, han de partir de él. No os engañen, no os seduzcan. Estos apremios no son escándalos. Sed justos y no pasarán de ejercitaciones. Llega la tribulación; será lo que tú quieras, ejercitación o condenación. Lo que sea dependerá de cómo te encuentre. La tribulación es un fuego que, si te encuentra siendo oro, te quitará la maleza; y si te encuentra siendo paja, te reduce a cenizas. Por tanto, los apremios que abundan no son escándalos. ¿Cuáles son, pues, los escándalos? Aquellas expresiones, aquellas palabras con que se nos dice: “Ved el resultado de los tiempos cristianos”. Estos son los escándalos⁹⁷.

²²¹ Dictum est quae domus. Dicendum est post quam captivitatem. Et hoc tibi indicat psalmus. Sequere paululum: *Cantate Domino canticum novum, cantate Domino omnis terra. Cantate Domino, benedicite nomen eius, bene nuntiate de die in diem salutare eius. Annuntiate inter gentes mirabilia eius, in omnibus populis gloriam eius. Quoniam omnes dii gentium daemonia*. Ecce sub quorum captivitate latebat domus. Ex prima enim transgressione primi hominis, universum genus humanum natum cum obligatione peccati victor diabolus possidebat. Si enim sub captivitate non teneremur, Redemptore non indigeremus.

²²² Ergo tu tibi praestas ut non dominetur tibi iniquitas? Si vera est tua ista praesumptio, vana est nostra oratio ubi diximus Deo: *Non dominetur mihi omnis iniquitas*. Cantasti verba ista hodie, an non? Hic eras quando omnes dicebamus: *Gressus meos dirige secundum verbum tuum, et ne dominetur mihi omnis iniquitas*? Hic eras, cantasti verba ista, puto te non negaturum. Ergo cantasti in **populo** Dei et rogasti Deum, dicens: *Itinera mea dirige secundum verbum tuum, ne dominetur mihi omnis iniquitas*.

²²³ Exstitit tunc Goliath iste, de quo mentio facta est, ingens statura corporis, armis instructus, viribus etiam exercitatus, elatus iactantia, qui superbe provocaret ad monomachiam adversarium **populum**, hoc est, ut unus inde electus ab ipsis procederet adversus eum, ut duobus pugnantibus examen totius belli in medio versaretur, pacto et placito addito, ut si quis illorum duorum vicisset, universae parti unde steterat tribueretur victoria. Rex ergo ille **populi** Iudaeorum filiorum Israel Saul erat.

arrastrado al mar como un río que discurría sobre aquellas piedras. En realidad, aquellas piedras no servían al río de gaviones para acotar su cauce. Si para eso hubieran servido, significarían la fuerza opresiva de la ley, y a aquellos que habiendo comenzado a fluir tras sus placeres y concupiscencias, llegados a los preceptos de la ley, se detienen y refrenan el ímpetu de sus pasiones. No eran de esta clase aquellas piedras, sino que estaban inmóviles en medio del río y sobre ellas discurría el agua. De la misma manera, el pueblo pecador pasaba por encima de la ley. Por esto, el Señor substituyó la ley por la gracia; es decir, tomó del río las piedras y las guardó en la cuerna del pastor²²⁴.

Sermón 32, 8: Piense en la gracia quien quiera cumplir la ley. Los diez mandamientos del salterio de diez cuerdas son los mismos que tenía el viejo pueblo, pero lo hundían en el temor. No tenían la caridad que actúa por la gracia, sino el temor. Los mandamientos del Señor eran penosos para aquel pueblo, que era incapaz de llevarlos a cumplimiento con amor. Lo intentaba, pero la concupiscencia lo vencía. Cuando alguien se decide a dar el salto hacia la gracia, no cumplirá otros preceptos distintos, sino que con ella cumple lo que antes no podía cumplir. No existe fuerza en los preceptos, sino la fuerza de la gracia de Dios. Si ellos la tuvieran, la ley los cumpliría. El que se pasa al lado de Cristo, pasa del temor al amor y comienza a poder cumplir con el amor lo que con el temor no podía. Y quien se azoraba cuando vivía en el temor, no lo hace al vivir en el amor. Cantad a la gracia en los diez preceptos. Puesto que David al decir: *Te salmodiaré con el salterio de diez cuerdas* se refiere al hombre que pasa a la gracia, cantadla en los preceptos, es decir, cumplidlos con alegría²²⁵.

Sermón 32, 12: ¿Qué encontró Dios en los hombres cuando vino, sino algo que condenar? Así es; pensad y ved, hermanos, como tanto en el pueblo israelita como entre los gentiles no encontró nada que no fuese merecedor de castigo. Por lo tanto, quiso

²²⁴ Si percepit hoc Sanctitas vestra, res vobis dicta est, quantum arbitramur, utilissima et quae vos multum adiuvet, non solum ad audiendos tractatus nostros, sed etiam ad intellegendas ipsas Scripturas, de quibus vobis ista tractamus. Fluvius ergo, unde tulit tunc David quinque lapides, non bonum aliquid significavit illo tempore. Novi quidem posse quibusdam occurrere, et in bono significare illum fluvium, sicuti si quispiam velit baptismum intellegere, ut lapides de baptismo levati, id est, homines baptizati, fortissimi sint adversus diabolum, qui significabatur per Goliam. Tamen propter quinarium numerum constat nobis ratio, quia dixeramus legem significari quinario numero, propter quinque libros Moysi. Quid significat quod de fluvio sunt ablati, et positi in vaso pastoritio? Iam diximus: adventu Domini nostri Iesu Christi, ut vere diabolus vinceretur, lex transit ad gratiam. Quid tam significans gratiam quam lactis copia? Sublati sunt autem illi lapides de fluvio. Fluvius significabat **populum** fluxum, deditum temporalibus rebus, amantem transeuntia, et cupiditatis impetu in mare huius saeculi decurrentem, qualis erat **populus** Iudaeorum vetus. Acceperat legem, sed calcabat legem et transibat super legem et ferebatur in mare, quomodo, fluvius super illos lapides. Non enim lapides illi limitem fecerant fluvio, ut statuerent fluvium. Quod si ita essent, significarent coercionem legis, et eos qui cum fluere coeperint voluptatibus et cupiditatibus suis, venientes ad praecepta legis, consistunt et refrenant impetus libidinum suarum. Non autem ita erant illi lapides, sed in fluvio, super quos transibat aqua. Sicut supra legem transgressor **populus** transiebat. Inde ergo Dominus tulit legem ad gratiam id est, de fluvio tulit et in vase pastoris posuit.

²²⁵ Qui vult ergo implere legem gratiam cogitet. Ideo et illa decem praecepta psalterii decem chordarum, ipsa sunt quae erant in illo **populo** vetere, sed illum **populum** decem praecepta timore opprimebant. Non enim in illis erat caritas quae est per gratiam sed timor erat. Praecepta Domini poenalia erant illi **populo**, quia impleri non poterant amore. Conabantur, sed cupiditate superabantur. Cum ergo quisque ad gratiam transitum fecerit, non alia praecepta implet, sed ipsa quae hac impleri non poterant, hac implentur. Non est tamen vis praeceptorum, sed vis gratiae Dei. Nam si praeceptorum legis hoc esset, et illa impleret. Qui transit ad Christum, transit a timore ad amorem, et incipit amore iam posse quod timore non poterat. Et qui trepidabat in timore non trepidat in amore. Ideo hanc in decem praeceptis, quia significat David hominem qui transit ad gratiam cum dicit: *In psalterio decem chordarum psallam tibi*, iam cantare in praeceptis, hoc est hilariter praecepta complere.

descender a los pecadores en forma humilde, no como juez, para perdonarlo, ofreciendo primero misericordia al perdonar los pecados y así poder mostrar después su severidad al castigar el pecado²²⁶.

Sermón 32, 27: Mirad cómo están ligadas las ideas. *Sus hijos, como renuevos bien arraigados. Sus hijas adornadas a semejanza del templo. Sus graneros, rebosantes de frutos de toda especie. Sus ovejas son fecundas, multiplicándose con sus partos; sus bueyes, bien cebados. No hay ninguna brecha en la cerca, ni lugar de salida, ni griterío en sus plazas. Llamaron feliz al pueblo que tiene todo eso. Pero ¿quienes lo dijeron? Aquellos cuya boca habló vanidad. Más arriba fueron descritos*²²⁷.

Sermón 32, 28: ¿Y qué es lo que tú dices? Aquellos *llamaron feliz al pueblo que tiene todo eso. ¿Qué digo yo? Dichoso el pueblo cuyo Dios es el Señor.* Por lo tanto, es feliz el pueblo que, en lugar de hijos y de hijas adornadas, en lugar de la gordura de los bueyes, en vez de la fecundidad de las ovejas, en vez de graneros repletos, en lugar de firmeza de casas, en lugar de paz, disputas y caciqueos; en lugar de toda esa felicidad, quiere poseer a su Dios, para tener a quien creó todas las cosas, en lugar de poseerlas a ellas, y poder decir: *Para mí es un bien estar unido a Dios.* Adórole desinteresadamente. Adórole cuando regala todo esto, cuando lo quita y cuando no lo concede, y nada tema tanto como quedarse privado de él. De esta manera, hermanos, el pueblo cristiano dice en su corazón: “*Quíteme lo que él quiera, pero no me prive de él*”. Este es el pueblo dichoso, cuyo Dios es el Señor²²⁸.

Sermón 37, 19: Lee otra profecía: *Vendrá al juicio con los ancianos de su pueblo.* Será renombrado en aquella asamblea, es decir, en aquel juicio, cuando serán jueces con él los santos de quienes se dijo: *Os sentaréis sobre doce tronos para juzgar a las doce tribus de Israel.* Vendrá el hijo del hombre, como dijo, *en su majestad, y todos los ángeles con él.* Allí estarán todos los ángeles, los ángeles de los cielos y los ángeles anunciadores de la palabra de Dios. También el profeta ha sido llamado ángel; ángel es un mensajero. Y: *He aquí que envió mi ángel ante tu presencia,* fue dicho de Juan. El Apóstol habla de sí como ángel: *Me recibisteis como a un ángel,* pues, aquel que ahora mora en otro lugar, de quien muchos dicen: “*¿Cuándo ha de venir o quién ha de venir?*”, *será renombrado en las puertas.* A unos les deja entrar, a otros les cierra el paso. *Su marido será renombrado en las puertas, cuando se siente en asamblea con los ancianos del pueblo.* Hasta que esto tenga lugar, haga esta mujer lo que solía. Trabaje, no cese.

²²⁶ Quid enim invenit Dominus in hominibus quando venit nisi quod damnaret? Omnino, Fratres, cogitate et videte, sive in illo **populo** Israelitarum, sive in gentibus, non invenit nisi quod damnaret. Et ideo ad peccantes humilis voluit venire, non iudex, cum parcit illis, ut primo praerogaret misericordiam donando peccata, et sic postea redderet severitatem puniendo peccata.

²²⁷ Ideo vide quomodo connectat: *Quorum filii eorum sicut novellae constabilitae. Filiae eorum ornatae sicut similitudo templi. Cellaria eorum plena, eructantia ex hoc in hoc. Oves eorum fecundae, multiplicantes in exitibus suis; boves eorum crassi. Non est ruina sepis, neque exitus, neque clamor in plateis eorum. Beatum dixerunt **populum** cui haec sunt. Sed qui dixerunt? Quorum os locutum est vanitatem.* Superius enim descripti sunt.

²²⁸ Tu autem quid dicis? Nam illi *beatum dixerunt **populum** cui haec sunt.* Ego quid dico? *Beatus **populus** cuius est Dominus Deus ipsius.* Ergo ille est beatus **populus**, qui pro filiis suis et pro filiabus ornatis, pro crassitudine boum, pro fecunditate ovium, pro plenitudine cellariorum, pro integritate aedificiorum, pro pace ac litibus et iurgiis **civilibus**, pro ista omni felicitate, Deum suum vult possidere, ut ipsum habeat pro omnibus qui condidit omnia, et dicat: *Mihi autem adhaerere Deo, bonum est.* Colat eum gratis. Colat quando ista dat, et quando aufert, et quando non dat, et nihil sic timeat, quam ne ipse se auferat. Itaque christianus **populus**, Fratres, qui dicit in corde suo: "Quidquid vult auferat, se ipsum mihi non auferat", *beatus est **populus**, cuius est Dominus Deus ipsius.*

Espere a aquel que será renombrado en las puertas, no tema a la santa asamblea del día del juicio. Acuda con buena conciencia, venga radiante de gloria, porque son miembros e hijos suyos quienes, en compañía de su marido, van a juzgar²²⁹.

Sermón 37, 21: *Ceñidores para los cananeos.* Hizo ceñidores para los cananeos. Cíñanse, trabajen, acudan, sean esclavos en esta casa, para estar todos vestidos, todos alimentados. Hizo ceñidores, pero para trabajar; pues ella misma, para hacerlo, se ciñó fuertemente los lomos. ¿Quiénes son los cananeos? Pueblos extranjeros, vecinos de Israel. *Quienes en algún tiempo estabais lejos, os convertisteis en cercanos por la sangre de Cristo. Quienes en otro tiempo erais extraños a la alianza y no teníais esperanza de la promesa, y vivíais sin Dios en este mundo, ahora sois ciudadanos de los santos y mártires de Dios.* Recibidos los ceñidores, trabajad en la casa del Señor, hechos ya familiares de Dios, de cananeos que erais, como cananea era aquella mujer de que habla el Evangelio. Era cananea, pues no se atrevía a acercarse a la mesa de los hijos, pero como un perro pedía las migajas. Mirad cómo se ciñó para la obra. Su ceñidor era la fe. Esto alabó de Jesús: *¡Oh mujer, qué grande es tu fe!*²³⁰.

Sermón 38, 11: Si el mundo se ha de acabar, hay que emigrar de este mundo; en ningún modo hay que amarlo. El mundo está revuelto y, no obstante, se le ama. ¿Qué sucedería si estuviese tranquilo? ¿Cómo te unirías a él si fuese hermoso, tú que así le abrazas siendo feo? ¿Cómo recogerías sus flores, tú que no retiras tu mano ante las espinas? No quieres abandonar el mundo; el mundo te abandona a ti, y tú sigues tras él. Purifiquemos, pues, amadísimos, el corazón y no perdamos la capacidad de aguante, sino percibamos la sabiduría y mantengamos la continencia. Pasa la fatiga; vendrá el descanso; pasan las delicias falsas, y llegará el bien que deseó el alma fiel. Ante el cual se enardece y por el cual suspira todo el que se siente peregrino en este mundo; a saber, la patria buena, la patria celeste, la patria de los coros de los ángeles, la patria en que no muere ningún ciudadano, a la que no es admitido ningún enemigo; la patria en que tendrás al Dios sempiterno como amigo y en la que no temerás ningún enemigo²³¹.

²²⁹ Lege aliam prophetiam: *Veniet ad iudicium cum senioribus populi sui.* In illo concilio, hoc est, in illo iudicio, iudicantibus secum sanctis quibus dictum est: *Sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel,* conspicuus erit. Veniet enim Filius hominis, sicut dixit, *in maiestate sua, et omnes angeli cum eo.* Ibi omnes angeli: et angeli caelorum, et angeli annuntiatores verbi Dei. Etenim et Propheta dictus est angelus. Angelus enim nuntius est. Et: *Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam,* de Ioanne dictum est. Et: *Sicut angelum Dei excepistis me,* Apostolus loquitur. Ille ergo, ille alicubi nunc demorans, de quo multi dicunt: *Quando venturus est?, aut quis venturus est? conspicuus erit in portis,* hoc est, in aperto, in manifesto. *In portis conspicuus erit.* Sed alios admittit, contra alios claudet. *Erit conspicuus in portis vir eius, cum sederit in concilio cum senioribus terrae.* Quod donec fiat, haec interim faciat quod faciebat. Operetur, non cesset. Exspectet illum futurum conspicuum in portis, non contremiscat sanctum concilium iudicii Dei. Cum bona conscientia veniat, gloriosa veniat, quia et ipsius membra sunt et ipsius filii sunt, qui sunt cum eius viro iudicaturi.

²³⁰ *Cinctoria autem Chananaeis.* Fecit cinctoria Chananaeis. Cingant se, operentur, veniant, sint servi de domo ista, ut omnes vestiti, omnes pasti sint. Cinctoria enim fecit, utique ad opus, nam et ipsa opus faciens, accinxit fortiter lumbos suos. Qui sunt Chananaei? Vicinae **gentes populo** Israel alienigenae. *Aliquando qui eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. Qui eratis aliquando peregrini Testamentorum, et promissionis spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo, nunc autem cives sanctorum et domestici Dei,* acceptis cinctoriis operamini in domo dominica, iam facti domestici Dei ex Chananaeis, unde erat et illa mulier modo in Evangelio recitata. Chananaea erat, ad mensam filiorum accedere non audebat, sed tamquam canis micas requirebat. Vide quemadmodum se praecinxerit ad opus. Praecinctorium eius, fides. Hoc laudat ille: *O mulier magna est fides tua!*

²³¹ Si finis mundi est, migrandum est de mundo, non amandus est mundus. Ecce turbatur mundus, et amatur mundus. Quid si tranquillus esset mundus? Formoso quomodo haereres, qui sic amplecteris foedum? Flores ius quomodo colligeres, qui ab spinis non revocas manum? Non vis relinquere mundum,

Sermón 41, 3: Me gusta la primera parte de esta frase, según tal sentido popular²³².

Sermón 43, 7: Pensad, pues, en este pescador santo, justo, bueno, lleno de Cristo, en cuyas redes, echadas por todo el mundo, había de ser pescado este pueblo. Recordad que él dijo: *Tenemos un testimonio más firme, el de los profetas*. Concédeme que en aquella controversia el juez sea el profeta²³³.

Sermón 45, 6: Hay, pues, dos montes. El primero es la sinagoga; el segundo, la Iglesia. El primero, el pueblo de los judíos; el segundo, el pueblo cristiano. Para que el pueblo cristiano se hiciese un monte grande y llenase toda la tierra, se desprendió del otro monte una piedra, es decir: del pueblo judío procede Cristo²³⁴.

Sermón 46, 5: Aquello con que se vive es una necesidad el aceptarlo para unos, y para otros es de caridad darlo. No se trata de hacer venal al Evangelio, como si él fuera el precio de aquello que consumen quienes lo anuncian para tener con qué vivir. Si lo venden de esta forma, cambian una cosa excelente por otra vil. Reciban del pueblo lo necesario para el sustento y del Señor la recompensa de su servicio. El pueblo no está capacitado para dar la recompensa a aquellos que le sirven por amor del Evangelio. No esperan los unos la recompensa sino de donde esperan otros la salvación. ¿Qué se les reprocha a éstos? ¿De qué se les acusa? De haber descuidado a las ovejas, mientras se alimentaban de su leche y se cubrían con sus lanas. Buscaban, por lo tanto, sus intereses, no los de Jesucristo²³⁵.

Sermón 46, 6: Puesto que hemos dicho ya qué significa el alimentarse con la leche, investiguemos ahora el significado de cubrirse con sus lanas. Quien da leche ofrece un alimento; y quien da lana concede un honor. Son éstas las dos cosas que esperan obtener del pueblo quienes se apacientan a sí mismos, no a las ovejas: la comodidad para hacer frente a la necesidad y el favor del honor y de la alabanza²³⁶.

relinquit te mundus, et sequeris mundum. Cor ergo mundemus, carissimi, et non perdamus sustinentiam sed percipiamus sapientiam et teneamus continentiam. Transit labor, veniet requies; transeunt falsa deliciosa, et veniet bonum quod concupivit anima fidelis, cui inardescit et suspirat omnis peregrinus in saeculo: patria bona, patria caelestis, patria cum **populis** angelorum, patria ubi nullus **civis** moritur, quo nullus hostis admittitur, patria ubi habeas sempiternum Deum amicum, ubi nullum timeas inimicum.

²³² Prior quidem illa pars sententiae huius, secundum istum intellectum **popularem**, placet mihi.

²³³ Mementote ergo piscatorem sanctum, iustum, bonum, Christo plenum, ad cuius missa per mundum retia capiendus cum ceteris etiam populus iste pertinuit. Ergo mementote eum dixisse: *Habemus certiore propheticum sermonem*. Da mihi ergo ad illam controversiam iudicem Prophetam.

²³⁴ Duo montes sunt ergo. Primus mons Synagoga, secundus **Ecclesia**. Primus, **populus** Iudaeorum; secundus mons, **populus** christianus. Sed ut fieret **populus** christianus magnus mons, et impleret universam terram de illo monte praecisus est lapis, quia de Iudaeis venit Christus.

²³⁵ Unde ergo vivitur, est necessitatis accipere, est caritatis praebere. Non tamquam venale sit Evangelium, ut illud sit pretium eius quod sumunt qui annuntiant unde vivunt. Si enim sic vendunt, magnam rem vili vendunt. Accipiant sustentationem necessitatis a **populo**, mercedem dispensationis a Domino. Non enim est idoneus **populus** reddere mercedem illis, qui sibi in caritate Evangelii serviunt. Non exspectent illi mercedem, nisi unde et isti salutem. Quid autem istis increpatur, unde arguuntur? Quia cum lac sumerent et lanis se tegerent, oves neglegebant. Sua ergo tantum quaerebant, non quae Iesu Christi.

²³⁶ Sed quoniam diximus quid sit lac consumere, quaeramus quid sit lanis se tegere. Qui praebet lac, victum praebet, et qui praebet lanam, honorem praebet. Ista sunt duo quae a **populis** quaerunt, qui se ipsos pascunt, non oves; commodum supplendae necessitatis, et favorem honoris et laudis.

Sermón 46, 9: Cuando una oveja, aunque sea de las fuertes, ve frecuentemente a su superior que vive mal, se aparta los ojos de las normas del Señor y mira al hombre, comienza a decir en su corazón: “Si mi superior vive de esta forma ¿Quién soy yo para no hacer lo que él hace?” Da muerte a la oveja robusta. Si, pues, da muerte a la oveja fuerte, ¿qué hará con las otras, él, que con su mala vida dio muerte a la que él no había robustecido, sino que la había encontrado ya fuerte y robusta? Digo y repito a vuestra caridad que, aunque las ovejas vivan, aunque se mantengan firmes en la palabra del Señor y cumplan lo que oyeron del mismo Señor: *Haced lo que os digan, pero no hagáis lo que ellos hacen*, aun en ese caso, quien en presencia del pueblo vive mal, en cuanto de él depende da muerte a aquel que le ve. No se lisonjee pensando que aquél no está muerto, Aunque el otro viva, él es un homicida. Sucede lo mismo que cuando un lascivo mira una mujer deseándola: ésta se mantiene casta, pero él ya fornicó en su corazón²³⁷.

Sermón 46, 23: *Les arrancaré de su boca y de sus manos mis ovejas, dijo, y no serán ya más pasto suyo.* Esto mismo se dice en el salmo: *¿No saben todos los que obran iniquidad que devoran a mi pueblo como a pan? Y ya no serán más pasto suyo, porque esto dice el Señor Dios: He aquí que yo mismo.* Aparté a las ovejas de los malos pastores intimándolas, como dije, que no hagan lo que hacen; es decir, que no hagan las incautas y despreocupadas ovejas lo que hacen los malos pastores. ¿Y qué dice? ¿A quién da lo que a ellos quitó? ¿A los pastores buenos tal vez? No lo indica. ¿Qué diremos, pues, hermanos? ¿Es que no hay pastores buenos? ¿No se dice en otro lugar de las Escrituras: *Y les daré pastores según mi corazón, y las apacentarán con disciplina?* Así como no da a los buenos pastores las ovejas que quita a los malos, como si en ningún lugar quedasen pastores buenos, dice: *¿Las aceptaré yo?* Había dicho a Pedro: *Apacienta mis ovejas.* ¿Qué pensar, pues? Cuando se encomiendan a Pedro las ovejas, no dice el Señor: Yo apacentaré a mis ovejas, no lo hagas tú, sino: *Pedro, ¿me amas? Apacienta mis ovejas.* ¿O acaso porque ahora ya no está Pedro –ya fue recibido en el descanso de los apóstoles y de los mártires- no hay nadie a quien el Señor de las ovejas pueda decir con confianza: *Apacienta mis ovejas?* ¿Quizá, obligado por la necesidad, baja para ejercer el oficio de apacentar sus ovejas, por no tener a quien encomendarlo y no queriendo abandonarlas? Así parece, pues sigue: *Esto dice el Señor Dios: He aquí que yo,* es decir, aquel a quien decíamos: *Tú que apacientas a Israel, mira; tú que guías cómo a ovejas a José,* al pueblo establecido en Egipto. Israel, extendido ya entre los pueblos, es el mismo José. Sabéis, en efecto, que José emigró a Egipto; esto ocurrió al venderlo los hermanos. A Cristo le vendieron a los judíos; no sin motivo, también entre los apóstoles Judas fue quien le vendió. Comenzó Cristo a estar entre los gentiles, allí fue honrado, allí creció su pueblo, no le abandonó su pastor²³⁸.

²³⁷ Attendendo enim ovis etiam fortis plerumque praepositum suum male viventem, si declinet oculos a regulis Domini et intendat in hominem, incipit dicere in corde suo: "Si praepositus meus sic vivit, ego qui sum qui non faciam quod ille facit?". Occidit ovem fortem. Si fortem ergo occidit ovem, iam de ceteris quid faciet, qui illud quod non ipse fortificaverat, sed forte aut robustum invenerat, male vivendo interfecit? Dico Caritati vestrae, iterum dico, et si vivunt oves, et si fortes sunt oves in verbo Domini et tenent illud quod audierunt a Domino suo: *Quae dicunt, facite; quae autem faciunt, facere nolite*, tamen qui in conspectu **populi** male vivit, quantum in illo est, eum a quo attenditur occidit. Non sibi ergo blandiatur quia ille non est mortuus. Et ille vivit, et ille homicida est. Quomodo cum lascivus homo intendit mulierem ad concupiscendum; ecce illa casta est, et moechus est iste.

²³⁸ *Et extraham oves meas, inquit, de ore eorum, et de manibus eorum: et non erunt adhuc eis ad cibum.* Hoc et in psalmo dicitur: *Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui devorant **populum** meum in cibo panis? Et non erunt eis adhuc ad cibum: quoniam haec dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse.* Abstuli a malis pastoribus oves, monendo ut dixi ne quod faciunt, faciant: id est, ne quod faciunt mali pastores, faciant incautae et negligentes oves. Et quid ait? Cui dat quod illis abstulit? Forte pastoribus

Sermón 46, 31: Ciertos hermanos nuestros fueron ayer a su basílica. Aunque son malos hermanos, son, sin embargo, hermanos. Considerad, hermanos míos, la diferencia existente entre la confianza en la verdad y el temor de la falsedad. Cuando reconocéis a alguno de ellos en medio de esta asamblea, ¡cómo os gozáis! Se debe a que está en vosotros quien busca lo que se había perdido. Algunas veces se os insinúa: “Escuchará y se largará”. Y vosotros: “Escuche y láruese”. “Escuchará y se mofará”. “Escuche y mófese. Alguna vez se dará cuenta; alguna vez conocerá. A veces es abandonado de su pueblo, permanece solo en su corazón. Renuncia a su error. Da gracias a su Dios”. Ellos, en cambio, ¿qué dijeron? “¿Quiénes sois?” “cristianos”. “No, sois espías”. Y los otros: “Somos católicos”. Intentaron injuriarlos; con acertada deliberación, se arrepintieron. ¡Ojalá se arrepientan también de permanecer allí, como se arrepintieron de injuriar a los que allí entraron. Con todo, los expulsaron: y los expulsados son cristianos, bautizados, católicos. En cambio, esos a quienes retienen, ¿Qué son? No quiero decirlo. A quienes expulsaron los estoy viendo; a quienes dejaron dentro, ellos mismos lo digan²³⁹.

Sermón 47, 1: El es nuestro Dios; *nosotros, el pueblo de sus pastos y ovejas de sus manos*²⁴⁰.

Sermón 47, 2: Habiendo reconocido, pues, en este cántico que somos sus ovejas, el pueblo de sus pastos, las ovejas de sus manos, escuchemos lo que nos dice en cuanto ovejas suyas. Con anterioridad, en la lectura de ayer (Sermón 46), hablaba a los pastores. En la que hoy hemos escuchado habla a las ovejas. Aquellas palabras éramos nosotros quienes las escuchábamos con temblor; vosotros, con tranquilidad. ¿Y en las de hoy? ¿Acaso va a ser al contrario: nosotros con tranquilidad, vosotros con temblor? De ninguna manera. En primer lugar, porque, aunque somos pastores, el pastor escucha con temblor no sólo lo que se dice a los pastores, sino también lo que se dice a las ovejas. Si escucha con toda tranquilidad lo que se dice a las ovejas, es que le traen sin

bonis? Non hoc sequitur. Et quid dicemus, Fratres? Nonne sunt pastores boni? Nonne alio loco Scripturarum dicitur: *Et constituam eis pastores secundum cor meum, et pascent eas cum disciplina?* Quomodo ergo oves, quas malis pastoribus tollit, non dat bonis, sed tamquam omnino nusquam remanserint boni, dicit: Ego pascam? Petro dixerat: *Pasce oves meas*. Quid ergo facimus? Cum Petro commendantur oves, non ibi dicit Dominus: Ego pascam oves meas, non tu, sed: *Petre, amas me? Pasce aves meas*. An forte quia modo non invenitur Petrus - iam enim assumptus est in requiem Apostolorum et martyrum - non est cui dicat securus Dominus ovium: *Pasce oves meas*, et quodam modo quasi necessitate descendit ad officium pascendi oves suas, non habens quibus commendet, nec tamen deserens? Hoc enim videtur sequi: *Haec dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse*, cui dicebamus: *Qui pascis Israel, intende; qui deducis velut oves Ioseph, populum* in Aegypto constitutum: iam diffusus in gentibus Israel, ipse est Ioseph. Nostis enim, quia migravit Ioseph in Aegyptum: vendentibus fratribus factum est. Vendiderunt Christum Iudaei; non sine causa et inter Apostolos ipse Iudas venditor fuit. Coepit esse Christus in **gentibus**, ibi honoratus est, ibi crevit **populus** eius, non eum deserit pastor eius.

²³⁹ Quidam fratres nostri hesterno die ierunt ad basilicam eorum. Etsi ad malos fratres, tamen ad fratres. Attendite, Fratres mei, quid intersit inter fiduciam veritatis et timorem falsitatis. Quando aliquos eorum in hoc **populo** agnoscitis, quomodo gaudetis! Quia in vobis ille est qui quaerit quod perierat. Suggestitur aliquando vobis: "Audiet et discedet". Et vos: "Audiat et discedat". "Audiet et irridebit". "Audiat et irrideat. Aliquando sapit et aliquando cognoscat. Aliquando relinquitur a **populo** suo, remanet cum corde suo. Renuntiat errato suo. Gratias agit Deo suo". Illi autem quid? "Qui estis?". "*Christiani* sumus". "Non, sed exploratores". Et illi: "Catholici sumus". Conati sunt iniuriare; meliore consilio paenituit eos. Atque utinam sic paeniteat et ibi remanere, quomodo paenituit eos qui ingressi sunt iniuriare. Tamen quos proiecerunt christianos, fideles, catholicos; quos tenuerint, nolo dicere. Quos proiecerint, video; quos tenuerint, ipsi dicant.

²⁴⁰ Ille Deus noster; *nos populus pascuae eius et oves manuum eius*.

cuidado. Después, y esto ya lo dijimos a vuestra caridad, al pensar en nosotros se han de tener en cuenta dos cosas: una, que somos cristianos; otra, que somos superiores. Por el hecho de ser superiores, se nos cuenta entre los pastores si somos buenos. Por el hecho de ser cristianos, somos también ovejas como vosotros. Sea que el Señor hable a los pastores sea que hable a las ovejas, nos conviene oír todo con temblor, para que no se aleje de nuestros corazones la solicitud, para que *lloremos en presencia del Señor que nos hizo*²⁴¹.

Sermón 47, 4: Única es la preocupación que se nos impone: escuchar la voz del pastor. Estamos ahora en el tiempo de escuchar, porque él aún no ha asumido el tiempo de juzgar. El, que habla, ahora calla. Habla a través de los mandamientos, calla en cuanto juez. (...). “Porque no digo todavía: *Venid benditos de mi Padre, recibid el reino*. Y todavía no digo a los otros: *Id al fuego eterno, que está preparado para el diablo y sus ángeles*. Y estas mismas cosas aún no las digo, como si ya las dijera antes del tiempo establecido”. La última sentencia la ha de dictar el juez y la ha de escribir en la tablilla con su propia mano, después de la cual ya no habrá más juicio; los interesados no la oyen; se escribe estando ellos fuera. Ambas partes están atónitas y pendientes de saber cuál será o a favor de quién saldrá su sentencia. Grande es el secreto del juez, de aquí que se hable de tribunal secreto. Grande es el temor de aquellos que están encausados; se ignora qué piensa él, qué escribe. El juez es hombre, y hombres son aquellos a los que juzga. Pero él es el Señor, Dios nuestro, y nosotros el pueblo de sus pastos y las ovejas de sus manos. Y con ser él creador y nosotros creatura, él inmortal y nosotros mortales, él invisible y nosotros visibles, no quiso que a nosotros se nos ocultase la sentencia última que ha de dictar al final de los tiempos. Nadie que quiere condenar dice con anticipación “condeno”, ni nadie que quiere herir dice “hiero”²⁴².

Sermón 47, 13: También has oído al mismo Señor Jesucristo, maestro de los apóstoles: *Brillen vuestras obras delante de los hombres para que vean vuestras buenas*

²⁴¹ Professi ergo in hoc cantico quia oves eius sumus, **populus** pascuae eius, oves manuum eius, audiamus quid ad nos loquatur tamquam ad oves suas. Pridem pastoribus loquebatur superiore lectione. Praesenti autem et hodierna ovibus loquitur. In illis ergo eius verbis nos cum tremore audiebamus, vos cum securitate. Quid ergo in istis verbis hodiernis? Numquid vicissim nos cum securitate, vos cum tremore? Non utique. Primo, quia et si pastores sumus, pastor non solum quod dicitur ad pastores, cum tremore audit, sed etiam quod dicitur ad oves. Si enim securus audit quod ad oves dicitur, non est illi cura de ovibus. Deinde iam et tunc diximus Caritati vestrae, duo quaedam in nobis esse considerata: unum quod christiani sumus, alterum quod praepositi sumus. Quod ergo praepositi sumus, inter pastores deputamur, si boni sumus. Quod autem christiani sumus, et nos vobiscum oves sumus. Sive ergo Dominus pastoribus loquatur, sive ovibus, nos omnia cum tremore oportet audire, nec recedat sollicitudo de cordibus nostris, ut *ploremus ante Dominum qui fecit nos*.

²⁴² Una est nostra sollicitudo quae nobis imponitur: audire vocem pastoris. Et est nunc tempus audiendi, quia ille nondum assumpsit tempus iudicandi. Qui loquitur, modo tacet. Loquitur enim in praecepto, tacet in iudicio. (...) Quia nondum dico: *Venite benedicti Patris mei percipite regnum*. Et nondum dico aliis: *Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius*. Et haec ipsa ita nondum dico, ut iam praedicam. Ultimam sententiam quam dicturus est iudex, in tabella scripturus manu sua, ultra quam sententiam nihil iam iudicaturus est, partes non audiunt: illis foras exeuntibus scribitur. Attonitae sunt ambae partes atque suspensae, contra quam vel pro qua sententia illius procedat. Magnum secretum iudicis, unde secretarium nominatur. Magnus timor eorum qui in causa sunt; quid ille cogitet, et quid scribit ignoratur. Et homo est, et illi de quibus iudicat, utique homines sunt. Ille autem Deus noster est, et nos **populus** pascuae eius et oves manuum eius. Et cum sit ille Creator, nos creatura; ille immortalis, nos mortales; ille invisibilis, nos visibles; noluit nos in hac vita latere, quam ultimam sententiam in fine dicturus sit. Nemo ante dicit: "Damno" qui vult damnare; nemo ante dicit: "Ferio" qui vult ferire.

*obras y glorifiquen a vuestro Padre que está en los cielos, es decir, que os hizo así. Nosotros somos el pueblo de sus pastos y las ovejas de sus manos*²⁴³.

Sermón 47, 20: El profeta Ezequiel vivió en el tiempo de la cautividad, que tuvo lugar con la transmigración del pueblo a Babilonia. Desde el tiempo de David hasta esta transmigración se sucedieron catorce generaciones. Mirad cuánto tiempo después dice: *David las apacentará*. Si esto se hubiese dicho en tiempo de Noé, o en tiempo de Abrahán o de Moisés, o al menos en el tiempo del mismo Saúl, a quien sucedió en el trono David, con razón entenderíamos que esto fue dicho del mismo David, hijo de Jesé; es decir, que él había de ser el pastor del rebaño de Dios, pues como rey le fue confiado aquel pueblo²⁴⁴.

Sermón 47, 29: *Y sabrán que yo soy el Señor su Dios y ellos mi pueblo, casa de Israel, dice el Señor Dios*²⁴⁵.

Sermón 50, 10: Si éstos, en lugar de ser perros y cerdos, a los cuales se nos prohíbe dar lo santo y arrojar las margaritas, quisieren y desearan, pidiendo, recibir; buscando, encontrar y, llamando a la puerta, esperar que se les abriese, no cabe duda de que podrían tal vez, sin ningún expositor, guiándoles el mismo Espíritu Santo, comprender sin ninguna oscuridad que lo dicho se refiere al nuevo pueblo, o sea al pueblo cristiano, cuyo gran sacerdote es Jesús, el Hijo de Dios, ciertamente al menos en aquel lugar donde se dijo: *Todavía un poco y yo moveré el cielo y la tierra, el mar y la parte seca, y conmoveré a todos los pueblos. Y vendrá el deseado de todos los pueblos*. También habló este texto de la última venida del Señor, esto es, de la segunda, en que ha de venir en esplendor, cuando dice el profeta: *Y vendrá el deseado de todos los pueblos*. Cuando vino la primera vez, en carne mortal, por medio de la Virgen María, todavía no era deseado por todos los pueblos, puesto que aún no habían creído. Extendido ya el Evangelio por todos los pueblos, en todos ellos se enciende el deseo de su venida. En todos los pueblos hay y habrá elegidos suyos que, con todo el corazón, digan en la oración: *Venga tu reino*. La primera venida sembró la misericordia antes que el juicio; en este juicio sobresaldrá el esplendor de la segunda venida. Convenía que antes se moviese el cielo, cuando el ángel lo anunció a la Virgen que lo iba a concebir, cuando la estrella guió a los magos a adorarle, cuando de nuevo los ángeles indicaron a los pastores que había nacido; convenía que se moviese la tierra, sintiéndose turbada con sus milagros; que se moviese el mar, bramando este mundo con las persecuciones; que se moviese la parte seca, sintiendo hambre de él y sed de justicia los creyentes; convenía, por fin, que se conmoviesen los pueblos, extendiéndose en todas direcciones el Evangelio. Entonces, finalmente, *vendrá el deseado de todos los pueblos*, como,

²⁴³ Nam et Dominum ipsum Iesum Christum magistrum Apostolorum utique audisti: *Luceant opera vestra coram hominibus, ut videant bona facta vestra, et glorificent Patrem vestrum qui in caelis est, id est, qui vos fecit tales. Nos enim **populus** pascuae eius, et oves manuum eius.*

²⁴⁴ Iste propheta Ezechiel tempore captivitatis fuit, quae facta est ex transmigracione **populi** in Babyloniam. A tempore David usque ad tempus huius transmigracionis, generationes sunt quatuordecim. Ecce quanto post dicit: *Et David pascet eas*. Si hoc diceretur tempore Noe, aut tempore Abraham aut tempore Moysi, aut tempore saltem ipsius Saulis, cui successit in **regno** David, recte intellegeremus de ipso David filio Iesse dictum esse hoc, quod ipse futurus esset pastor gregis Dei, cui regnanti **populus** ille commissus est.

²⁴⁵ *Et scient, quoniam ego sum Dominus Deus eorum, et ipsi **populus** meus domus Israel, dicit Dominus Deus.*

anunciándolo el profeta, ha de venir. Y se llenará de gloria esta casa, es decir, la Iglesia²⁴⁶.

Sermón 51, 10: Continúa diciendo el evangelista: *Pensando él en todas estas cosas, se le apareció en sueños un ángel que le dijo: José, no temas recibir a María como esposa. Lo que en ella ha nacido es del Espíritu Santo. Dará a luz un hijo y le pondrás por nombre Jesús. ¿Por qué Jesús? El, dijo, salvará a su pueblo de sus pecados.* Ya se advierte que el Jesús de la lengua hebrea se traduce en latín por Salvador, como aparece en la misma explicación del nombre. Como si se preguntase: “¿Por qué Jesús?”, inmediatamente añadió la explicación de la palabra: *El salvará a su pueblo de todos sus pecados.* Piadosamente creemos y firmemente retenemos que Cristo nació del Espíritu Santo y de la Virgen María²⁴⁷.

Sermón 51, 13: Nada sucedió antiguamente en el pueblo de Israel que no fuera figura de lo que iba a acontecer en el futuro²⁴⁸.

Sermón 51, 14: Acordaos de Jeconías, quien, desechado sin culpa alguna, dejó de reinar allí y pasó a la gentilidad cuando la transmigración a Babilonia; ved en él una imagen anticipada de lo que iba a suceder con nuestro Señor Jesucristo. Los judíos no quisieron que nuestro Señor Jesucristo reinase sobre ellos, a pesar de que no encontraron en él culpa alguna. Lo rechazaron en su misma persona y en la de sus siervos, y así se efectuó el paso a la gentilidad, como en otro tiempo a Babilonia. También Jeremías proclamaba que era el Señor quien mandaba marchar a Babilonia. Y a quienes decían al pueblo que no lo hiciese, él los denominaba falsos profetas, aunque se presentasen como profetas. Quienes leen la Escritura, recuérdelo con nosotros; quienes no la leen, créannos. A quienes se negaban a ir a Babilonia, Jeremías, en nombre de Dios, le amenazaba; a quienes fueran, en cambio, les prometía un descanso y una cierta felicidad, resultante de la plantación de viñas y huertos y de la abundancia de

²⁴⁶ *Si vellent isti non esse canes et porci, quibus sanctum dare et margaritas proicere prohibemur, sed petentes accipere et quaerentes invenire et pulsantes aperiri sibi desiderarent, quam possent fortasse etiam sine ullo interprete duce ipso Sancto Spiritu sentire quae dicta sunt, ad novi populi hoc est ad christiani populi, cuius sacerdos magnus est Iesus Filius Dei, sine ulla caligine pertinere certe vel eo loco ubi dictum est: Adhuc unum modicum est, et ego commovebo caelum et terram et mare et aridam et movebo omnes gentes. Et veniet desideratus cunctis gentibus. De novissimo enim Domini, id est, secundo adventu, quo claritate venturus est, versus iste prolatus est, cum ait Propheta: Et veniet desideratus cunctis gentibus. Quando enim primo in carne mortali per Mariam virginem venit, nondum desiderabatur a cunctis gentibus, quia nondum crediderant. Disseminato autem Evangelio per omnes gentes, in omnibus gentibus desiderium eius accenditur. Per omnes enim gentes et sunt et erunt electi eius, qui toto corde in oratione dicant: Adveniat regnum tuum. Sed primus adventus misericordiam praeseminavit iudicio, in quo iudicio secundi adventus claritas eminebit. Prius ergo oportebat moveri coelum, cum eum angelus concepturae Virgini nuntiavit, cum Magos ad eum adorandum stella perduxit, cum rursus angeli natum pastoribus indicarunt; moveri terram cum eius miraculis turbaretur; moveri mare, cum iste mundus persecutionibus fremeret; moveri aridam cum in cum credentes esurirent sitirentque iustitiam; moveri denique omnes gentes, cum Evangelium eius usquequaque discurreret. Tunc deinde veniret desideratus omnibus gentibus, sicut Propheta pronuntiante, venturus est. Et implebitur domus ista gloria, id est, Ecclesia.*

²⁴⁷ Sequitur enim, et dicit Evangelista: *Haec eo cogitante, ecce angelus Domini in somnis apparuit ei dicens: Ioseph, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, et vocabis nomen eius Iesum. Quare Iesum? Ipse enim, inquit, salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* Intellegitur ergo Iesum hebraea lingua, latine interpretari Salvatorem, quod ex ipsa nominis expositione advertimus. Tamquam enim quaereretur, quare Iesum? continuo subiecit, rationem vocabuli aperiens: *Ipse enim, inquit, salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* Hoc pie credimus, hoc firmissime retinemus, natum Christum de Spiritu sancto ex virgine Maria.

²⁴⁸ Nihil gestum est antea in populo Israel, quod non esset mysterium futurorum.

sus frutos. ¿En qué manera se efectuó en la realidad lo que anteriormente era figura, a saber, el paso del pueblo judío a la gentilidad? ¿De dónde procedían los Apóstoles? ¿No pertenecían acaso al pueblo judío? ¿De dónde procedía el mismo Pablo? *Pues también yo, dice, soy israelita, de la raza de Abrahán, de la tribu de Benjamín.* Fueron muchos los judíos que creyeron en el Señor. De entre ellos fueron elegidos los Apóstoles. De entre ellos procedían más de quinientos hermanos que merecieron ver al Señor después de la resurrección. Del mismo pueblo eran los ciento veinte que se hallaban en una casa cuando llegó el Espíritu Santo. Y una vez que los judíos rechazaron la palabra de la verdad, ¿qué les dice el Apóstol según el relato de los Hechos de los Apóstoles? *Habíamos sido enviados a vosotros, les dice; pero, puesto que habéis rehusado la palabra de Dios, nos vamos a los gentiles.* Hubo, pues, una transmigración a Babilonia acomodada a la economía propia del tiempo de la encarnación del Señor, economía que fue pronunciada ya en tiempos de Jeremías. Pero ¿qué dice Jeremías a los deportados en relación a estas Babilonias? *En la paz de ellos estará vuestra paz.* Israel, en la persona de Cristo y los Apóstoles, pasó a Babilonia, es decir, el Evangelio llegó a los gentiles. ¿Qué dice con tal ocasión el Apóstol, repitiendo en cierto modo las palabras dichas entonces por Jeremías? *Ruego que ante todo se hagan peticiones, oraciones, súplicas, acciones de gracias por todos los hombres, por los reyes y cuantos están constituidos en dignidad, para llevar una vida sosegada y tranquila con toda piedad y castidad.* Aún no eran cristianos, los reyes y ya oraba por ellos. Orando, pues, Israel en Babilonia fue escuchado. Fueron escuchadas las súplicas de la Iglesia: se hicieron cristianos. Veis que se cumple lo que se dijo en sentido figurado: *En la paz de ellos estará vuestra paz.* Aceptaron la paz de Cristo y cesaron de perseguir a los cristianos, de modo que con la seguridad que daba la paz se edificaban iglesias, se plantaban pueblos en la labranza de Dios y todos ellos daban frutos de fe, de esperanza y de la caridad que reside en Cristo²⁴⁹.

²⁴⁹ Mementote Iechoniam sine ulla culpa improbatum, inde destitisse regnare, et fecisse transitum ad **Gentes**, cum transmigratum est in Babyloniam: et attendite praemonstratam imaginem rerum futurarum in Domino Iesu Christo. Noluerunt enim Iudaei sibi regnare Dominum nostrum Iesum Christum, in quo nullam culpam invenerunt. Reprobatus est in se, reprobatus etiam in servis suis; et transitum est in **Gentes**, tamquam in Babyloniam. Hoc enim et Ieremias prophetabat, iubere Dominum ut irent in Babyloniam. Et quicumque alii Prophetae dicebant **populo** ut non irent in Babyloniam, Ieremias pseudopphetas arguebat. Qui Scripturas legunt, recordentur nobiscum: qui non legunt, credant nobis. Minabatur ergo Ieremias ex persona Domini eis qui nolebant ire in Babyloniam: eis autem qui irent, promittebat ibi quietem, et quamdam felicitatem in novellandis vineis et plantandis hortis et ubertate fructuum. Quomodo ergo iam non in figura, sed in veritate **populus** Israel transit in Babyloniam? Unde erant Apostoli? Nonne de **gente** Iudaeorum? Unde ipse Paulus? *Nam et ego, inquit: Israelita sum, ex semine Abrahae, ex tribu Benjamin.* Crediderunt ergo in Dominum multi de Iudaeis. Inde electi sunt Apostoli: inde erant plus quam quingenti fratres, qui Dominum post resurrectionem videre meruerunt: inde erant centum viginti in domo, quando Spiritus sanctus advenit. Quid autem dicit Apostolus in Actibus Apostolorum, cum respuerent verbum veritatis Iudaei? *Ad vos, inquit, missi eramus; sed quoniam respuistis verbum Dei, ecce convertimus nos ad **Gentes**.* Facta est ergo transmigratio in Babyloniam secundum spiritalem dispensationem temporis Incarnationis Domini, quae tunc praesignata est tempore Ieremiae. Sed quid dicit Ieremias transmigrantibus de his Babylois? *Quia in pace ipsorum erit, inquit, pax vestra.* Cum ergo transmigraret etiam per Christum et Apostolos Israel in Babyloniam, - hoc est Evangelium veniret ad **gentes** -, quid dicit Apostolus quasi ex voce tunc Ieremiae? *Obsecro ergo primum omnium fieri deprecationes, orationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro **regibus** et his qui in sublimitate sunt constituti; ut quietam et tranquillam vitam agamus, cum omni pietate et castitate.* Nondum erant **reges** christiani, et orabat pro eis. Orans ergo Israel in Babyloniam, exauditus est. Exauditae sunt voces **Ecclesiae**, facti sunt christiani: et videtis impleri quod figuralliter dictum est: *In eorum pace, erit pax vestra.* Acceperunt enim pacem Christi, et destiterunt persequi Christianos; ut iam in securitate pacis aedificarentur **ecclesiae**, et plantarentur **populi** in agricultura Dei, et fructificarent omnes **gentes** fide, spe et caritate quae est in Christo.

Sermón 51, 15: En aquel tiempo, pues, tuvo lugar la transmigración a Babilonia a través de Jeconías, a quien le fue permitido reinar sobre el pueblo de los judíos, constituyéndose así en imagen de Cristo, a quien tampoco quisieron los judíos por rey suyo. Israel pasó a la gentilidad, es decir, los predicadores del Evangelio pasaron a los pueblos gentiles. ¿Por qué, pues, te admiras de que Jeconías sea contado dos veces? Si él era figura de Cristo en su paso de los judíos a la gentilidad, pon tú atención a lo que Cristo es entre gentiles y judíos. ¿No es acaso él la piedra angular? Considera que el ángulo es a la vez el final de una pared y el comienzo de otra. Una pared la mides hasta la piedra angular, y a partir de ella mides la otra. La piedra que une ambas paredes es contada dos veces. Jeconías, pues, siendo imagen o figura del Señor, le representaba en cuanto piedra angular. Del mismo modo que a Jeconías no se le permitió reinar sobre los judíos y acto seguido tuvo lugar la transmigración a Babilonia, así también Cristo, *la piedra que rechazaron los constructores fue constituida cabeza de ángulo*, para que el Evangelio pasara a la gentilidad. (...) Lo mismo acontece en la serie de generaciones: mientras se circunscribe al pueblo aquél, se mantienen con el número de catorce, sin hacer ángulo;²⁵⁰

Sermón 51, 26: Convenía, pues, que en aquel pueblo fuese abundante la propagación hasta los tiempos de Cristo, pues en la prole numerosa se hallaban prefigurados todos los documentos en que iba a anunciarse la Iglesia. Por este motivo, aquellos varones tenían el deber de tomar varias mujeres para que creciese el pueblo, figura de la Iglesia. Pero una vez nacido el Rey mismo de todos los pueblos, comenzó a ser honrada la virginidad a partir de la Madre del Señor, que mereció tener un hijo sin perder la integridad. Puesto que aquél era un verdadero matrimonio, matrimonio que no comportó pérdida de la integridad, ¿por qué, del mismo modo, no iba a recibir el marido, sin perder su integridad, lo que había concebido su esposa de la misma manera?²⁵¹

Sermón 51, 30: Se dice también a María: *He aquí que vas a concebir un hijo y le pondrás por nombre Jesús. Y a José: José, hijo de David, no temas recibir a María como tu esposa, porque lo que en ella ha nacido es del Espíritu Santo. Dará a luz un hijo a quien pondrás el nombre Jesús: él salvará a su pueblo de todos sus pecados*²⁵².

²⁵⁰ Facta est transmigratio in Babyloniam tunc per Iechoniam, qui non est permissus regnare in Iudaeorum **gente**, typo Christi, quem Iudaei sibi regnare noluerunt. Transitum fecit Israel ad **Gentes**, id est praedicatores Evangelii transierunt ad **populos Gentium**. Quid ergo miraris quod bis numeratur Iechonias? Etenim si Christi figuram gerebat a Iudaeis transeuntis ad **Gentes**; attende quid est Christus inter Iudaeos et **Gentes**. Nonne ipse est ille lapis angularis? Attende in angulo terminum parietis unius, et initium parietis alterius. Usque ad ipsum lapidem metiris unum parietem, et ab ipso alterum. Bis ergo numeratur lapis angularis, qui connectit utrumque parietem. Iechonias ergo gestans figuram Domini, tamquam lapis angularis typum praeferebat. Et sicut Iechonias regnare non est permissus Iudaeis, sed itum est in Babyloniam; sic Christus *lapis quem reprobaverunt aedificantes, factus est in caput anguli*, ut Evangelium perveniret ad **Gentes**. (...) sic ordo generationum quamdiu in illo **populo** mansit, in bis septeno, id est, quartodecimo intervallo non fecit angulum;

⁴⁰⁷ Utique angelus nec falleretur, nec falleret, quando dicebat? *Exaudita est oratio tua: nam ecce paritura est uxor tua*. Sed quare hoc dictum est? Quia ille pro **populo** sacrificabat: sacerdos pro **populo** sacrificabat, **populus** Christum exspectabat; Ioannes Christum annuntiabat.

⁴⁰⁸ Ipse enim testimonium perhibuerat Christo Domino. *Si autem dixerimus, Ab hominibus; lapidant nos populi*: quia propheta magnus Ioannes habebatur. Et dixerunt: *Nescimus*. Nescitis: in tenebris estis, lumen amittitis. Quanto enim melius, si forte tenebrae in corde humano versantur, lumen admittere, non amittere. Ubi dixerunt: *Nescimus*: ait Dominus: *Nec ego dico vobis in qua potestate ista facio*. Scio enim quo corde dixeritis: *Nescimus*, non volentes doceri, sed timentes confiteri.

pecados. Si nada tiene que necesite salvación, sea excluido de él. ¿Por qué no decimos a la madre: “Retirad de aquí a estos niños”? Jesús es efectivamente salvador; pero, si éstos no tienen nada que necesite salvación, retiradlos de aquí, *pues no tienen necesidad de médico los sanos, sino los enfermos*”. Mientras discutimos sobre este niño, alguno se atreverá a decirme: “Para mí es Jesús, para éste no lo es”. Así, pues, ¿para ti es Jesús y para él no? ¿No ha venido a Jesús? ¿No se responde en su nombre para que crea en Jesús? ¿Acabamos de inventar un bautismo especial para los niños que no incluye la remisión de los pecados? Si este niño pudiese hablar en defensa propia, sin duda refutaría las palabras de quien me contradice y gritaría: “Dadme la vida en Cristo; he muerto en Adán, dadme la vida en Cristo, *en cuya presencia nadie está limpio, ni siquiera el niño de un solo día de vida sobre la tierra*”. Nadie negaría la gracia a éstos, ni siquiera quien tuviera que darla de sí mismo. Hemos de ser compasivos con los miserables. ¿Por qué se alaba con exceso su inocencia? ¡Ojalá hallen al salvador antes de oír al adulator! Nosotros no deberíamos ni siquiera discutir ante peligro tan grande para los niños, para no dar la impresión de que diferimos su salvación, aunque sólo sea mientras dura la disputa. Sea llevado a la iglesia, lavado, liberado, vivificado⁴⁰⁹.

Sermón 298, 1: Pablo sufrió también el castigo. Ambos fueron buenos, santos, piadosísimos; todos los días se leen sus cartas a los pueblos. ¿A qué pueblos? ¿A cuántos? Escuchad el salmo: *Su sonido se extendió por toda la tierra, y sus palabras hasta el confín del orbe de la tierra*. También nosotros somos prueba de ello. También hasta nosotros llegaron sus palabras, nos despertaron del sueño y de la locura de la incredulidad y nos hicieron pasar a la salvación de la fe⁴¹⁰.

Sermón 298, 2: Os digo esto, amadísimos, porque en el día de hoy me encuentro alegre por la gran festividad, pero un tanto triste, porque veo que no ha acudido tanta gente como debía para celebrar el nacimiento de los santos apóstoles. Si no lo supiéramos, no se nos podría echar en cara; pero, si todos lo saben, ¿a qué se debe tanta

⁴⁰⁹ Postremo de ipso Domino Salvatore, cum eius nativitas proxima praenuntiaretur, dictum est: *Vocabunt nomen eius Iesum: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum*. Iesum tenemus, interpretationem nominis huius habemus. Quare Iesus, quod latine "Salvator" dicitur, quare Iesus? *Ipsa enim salvum faciet populum suum*. Sed salvum fecit **populum** suum in manu potenti Moyses, et in adiutorio Excelsi a persecutione et dominatione Aegyptiorum: fecit salvum **populum** suum et Iesus Nave a persecutoribus bellisque **gentium**: fecerunt salvum **populum** Iudices, eum ab Allophyllis liberantes; fecerunt et Reges, a dominatu circumquaque oblatrantium **gentium** liberantes. Non sic salvat Iesus: sed *a peccatis eorum*. *Vocabunt nomen eius Iesum*. Quare? *Ipsa enim salvum faciet populum suum*. Unde? *A peccatis eorum*. Nunc de parvulo interrogo, affertur ad **ecclesiam** faciendus christianus, baptizandus, puto quia ideo ut sit in **populo** Iesu. Cuius Iesu? Qui *salvum* facit **populum** suum a peccatis eorum. Si non habet quod in illo salvetur, auferatur hinc. Quare non dicimus matribus, Auferte hinc istos parvulos? Iesus namque salvator est: si non habent isti quod in illis salvetur, auferte hinc eos. *Non est opus sanis medicus, sed male habentibus*. Audebit mihi quisquam in hoc parvuli discrimine dicere: Mihi est Iesus, huic non est Iesus. Ergo tibi est Iesus, huic non est Iesus? Non venit ad Iesum? non pro illo respondetur ut credat in Iesum? Alterum baptismum instituimus parvulis, in quo non fit remissio peccatorum? Plane si iste parvulus pro se loqui posset, vocem contradicentis refelleret, et clamaret: Da mihi vitam Christi; in Adam mortuus sum; da mihi vitam Christi, *in cuius conspectu mundus non est, nec infans cuius est unius diei vita super terram*. Istis gratiam non negaret, nec qui de suo daret. Fiat misericordia cum miseris. Utquid eorum innocentia ultra modum laudatur? Inveniat salvatorem, nondum sentiant adulatorem. Nos plane in tanto infantium periculo nec disputare debemus, ne eorum salutem vel disputando differre videamur. Afferatur, abluatur, liberetur, vivificetur.

⁴¹⁰ Paulus passus est et flagellum. Boni ambo, sancti, devotissimi: litterae ipsorum quotidie **populis** recitantur. Et quibus **populis**? et quantis **populis**? Psalmum attendite: *In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum*. Et nos probamus: et ad nos ista verba venerunt, et nos de somno excitaverunt, et ad sanitatem fidei ab infidelitatis insania converterunt.

pereza? ¿No amáis a Pedro y a Pablo? Hablándoos a vosotros, me estoy dirigiendo a aquellas personas que no están presentes, pues a vosotros os agradezco el que hayáis venido. ¿Y puede el alma de un cristiano, sea quien sea, no amar a Pedro y a Pablo? Si aún se siente frío frente a ellos, léalos y ámelos; si aún no los ama, reciba en el corazón la saeta de su palabra. De los mismos apóstoles, en efecto, se dijo: *Tus saetas son agudas y muy poderosas*. Gracias a ellas se realizó lo que dice a continuación: *Los pueblos caerán bajo ti*⁴¹¹.

Sermón 299, 6: Así, en efecto, interpreta y en cierto modo expone el evangelio este nombre: *Le pondrán por nombre Jesús, pues él salvará a su pueblo de sus pecados. Palabra digna de ser aceptada*, digna de todo crédito; es decir, que Cristo Jesús vino al mundo a salvar a los pecadores, *de los cuales el primero soy yo*. No por haber sido el primero en pecar, sino por haber pecado más que nadie. De idéntica forma, decimos, con referencia al arte médico, que alguien es el primero; aunque en edad sea inferior a otros muchos, es superior en ese arte. Así solemos hablar también del primer artesano y del primer arquitecto. En este sentido dijo el Apóstol que era él el primero. Nadie, en efecto, persiguió más duramente a la Iglesia⁴¹².

Sermón 299 C, 5: Quizá fue éste, el menor, la orla en el vestido del Señor; orla que tocó aquella mujer, figura de la Iglesia de los gentiles, y quedó curada del flujo de sangre. El pequeño Pablo fue enviado a los gentiles con la salud. Sabed también que el Señor ignoró que había sido aquella mujer la que le había tocado la orla; pero la ignorancia del Señor es figura de algo. ¿Ignoraba él algo en verdad? Y, sin embargo, puesto que aquella mujer simbolizaba a la Iglesia de los gentiles, donde el Señor no se hallaba con su presencia corporal, aunque sí por medio de sus discípulos, en quienes iba a ser tocada su orla, dijo: *¿Quién me ha tocado?* Los apóstoles le responden: *La muchedumbre te apretuja, y dices: “¿Quién me ha tocado?”* Pero él insiste: *Alguien me ha tocado*. La muchedumbre apretuja, la fe toca. Hermanos, estad entre los que tocan, con entre los que apretujan. *¿Quién me ha tocado; y: Alguien me ha tocado*. Cristo se asemeja a un ignorante, mas para significar algo; no miente, sino que significa. ¿Qué significa? *El pueblo al que no conocí me sirvió*. Di, pues, Apóstol, acercándose ya tu pasión, pródigo de trabajo y exigiendo la corona; di: *Yo estoy ya a punto de ser inmolido y es inminente el tiempo de mi partida. He combatido un buen combate*. ¿De qué serviría el haber combatido de no haber seguido la victoria? Afirmas haber combatido; dinos cómo venciste. Pregunta a otro pasaje: *Demos gracias a Dios, que nos dio la victoria por Jesucristo nuestro Señor. He concluido la carrera*. ¿Concluiste tú mismo la carrera? Reconoce aquello: *No es obra del que quiere ni del que corre, sino de Dios, que se compadece*. Di lo que queda: *He mantenido la fe*. La mantuviste, la

⁴¹¹ Haec loquor, carissimi, laetus quidem hodierno die propter tantam festivitatem, sed aliquantulum tristis, quia non video tantum **populum** congregatum quantus congregari debuit natali passionis Apostolorum. Si lateret nos, non nobis imputaretur; si autem neminem latet, quae est ista tanta pigritia? Non amatis Petrum et Paulum? Ego in vobis illis loquor qui hic non sunt. Nam vobis ago gratias, quia vel vos venistis. Et potest animus cuiusque Christiani non amare Petrum et Paulum? Si adhuc frigidus est, legat et amet; si adhuc non amat, sagittam verbi in cor accipiat. De ipsis enim Apostolis dictum est: *Sagittae tuae acutae, potentissimae*. Quibus sagittis factum est quod sequitur: **Populi** sub te cadent.

⁴¹² Nam sic ipsum nomen etiam interpretatum et expositum quodam modo in Evangelio legimus: *Vocabunt nomen eius Iesum; ipse enim salvum faciet **populum** suum a peccatis eorum*. Sermo igitur omni acceptatione dignus, credulitate dignus: id est, *quia Christus Iesus venit in mundum peccatores salvos facere, quorum primum ego sum*. Non quia prior peccavit, sed quia caeteris plus peccavit. Quomodo dicimus in artibus medicum primum, multis aetate inferiorem, sed arte superiorem; fabrum primum, architectum primum: solemus ita loqui. Sic se Apostolus appellavit peccatorem primum. Nemo enim est gravior **Ecclesiam** persecutus.

guardaste; pero, *si el Señor no guarda la ciudad, en vano vigilan los que la custodian*⁴¹³.

Sermón 299 D, 1: Los santos mártires, testigos de Dios, prefirieron estar vivos en la muerte para no estar muertos en vida; amando la vida, la despreciaron, para no negar la vida por temor a la muerte. Con tal de que se negase a Cristo, el enemigo prometía la vida, pero no como la prometida por Cristo. Creyendo, pues, en las promesas del Salvador, se burlaron de las amenazas del perseguidor. Cuando celebramos, hermanos, las solemnidades de los mártires, hemos de conocer los ejemplos que se nos proponen, ejemplos que hemos de imitar. En efecto, esta afluencia de gente no comporta aumento de gloria para los mártires. Su corona la conceden las multitudes de ángeles⁴¹⁴.

Sermón 300, 1: La gloria de los Macabeos hizo solemne para nosotros este día. Cuando fueron leídas sus admirables pasiones, no sólo las oímos, sino que hasta las vimos y asistimos como espectadores a ellas. Acontecieron hace ya tiempo, antes de la encarnación y de la pasión de Jesucristo, nuestro Señor y Salvador. Fueron miembros de aquel primer pueblo del que lo fueron también los profetas, que predijeron lo que estamos viendo ahora. Nadie piense que no hubo un pueblo consagrado a Dios antes de existir el pueblo cristiano. Ni siquiera Cristo comenzó a tener un pueblo después de su pasión, pues suyo era aquel pueblo nacido de Abrahán a quien dio testimonio el mismo Señor al decir: *Abrahán deseó ver mi día; lo vio y se llenó de gozo*. Por eso nació de Abrahán aquel pueblo que fue esclavo en Egipto, que con mano poderosa fue liberado de la casa de la esclavitud por obra del siervo de Dios Moisés, conducido por medio del mar Rojo, abriéndole paso las olas; probado en el desierto, sometido a la ley y establecido en un reino. En el mismo pueblo en que, como dije, aparecieron los profetas, florecieron estos mártires. Es cierto que aún no había muerto Cristo, pero la muerte futura de Cristo los hizo mártires a ellos⁴¹⁵.

⁴¹³ Fortasse in veste Domini minimus iste fimbrium fuit: hoc mulier illa tetigit, et a fluxu sanguinis liberata est, in qua erat **Ecclesiae gentium** figura. Ad **gentes** enim missus est Paulus modicus cum salute. Denique hoc sciatis, ipsa mulier, quae tetigit fimbriam Domini, ignorata est a Domino, sed ignoratio Domini figura est. Quid enim ille nesciebat? Et tamen, quia illa mulier **Ecclesiam** gentium significabat, ubi Dominus praesentia corporali non erat, sed per discipulos ibi erat, ubi fimbria eius tangeretur, ait: *Quis me tetigit?* Et Apostoli: *Turbae te comprimunt, et dicis, quis me tetigit?* Et ille: *tetigit me aliquis*. Turbae premunt, fides tangit. Fratres, estote de tangentibus, non de prementibus. *Quis me tetigit?* et *Tetigit me aliquis*. Ignoranti similis Christus, significans: non mentiens, sed significans quid significans? **Populus**, quem non cognovi, servivit mihi. Dic ergo, Apostole, imminente passione, laboris impensor, coronae iam exactor, dic: *Ego enim iam immolor, et tempus resolutionis iam meae instat. Bonum certamen certavi*. Quid prodesset certamen, nisi victoria sequeretur? Dicis quia certasti, dic unde vicisti. Alio loco interroga. *Gratias Deo, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. Cursum consummavi*. Tu cursum consummasti? Recognosce illud: *non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*. Dic aliud, *fidem servavi*. Servasti, custodisti; sed: *Nisi Dominus custodierit civitatem, in vanum vigilant qui custodiunt eam*.

⁴¹⁴ Martyres sancti, testes Dei, ne vivendo morerentur, moriendo vivere maluerunt; ne timendo mortem negarent vitam, amando vitam contempserunt vitam. Ut negaretur Christus, vitam promittebat inimicus, sed non qualem Christus. Credentes ergo quod a Salvatore promittebatur, riserunt quod persecutor comminabatur. Fratres, quando sollempnia martyrum celebramus, exempla nobis proposita noverimus, quae imitando assequamur. Non enim istam faciendo frequentiam augemus martyrum gloriam. Illorum corona **populis** nota est Angelorum.

⁴¹⁵ Istum diem nobis solemnem gloria Machabaeorum fecit: quorum mirabiles passiones, cum legerentur, non solum audivimus, sed etiam vidimus et spectavimus. Olim ista gesta sunt, ante incarnationem, ante passionem Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi. In primo **populo** illo exstiterunt, in quo Prophetae exstiterunt, qui haec praesentia praedixerunt. Nec quisquam arbitretur, antequam esset **populus** Christianus, nullum fuisse **populum** Deo. Imo vero, ut sic loquar, quemadmodum se veritas habet, non

Sermón 300, 2: Los perseguidores posteriores del pueblo cristiano forzaban a los perseguidos a negar el nombre de Cristo; éstos, manteniéndose firmes en él, sufrían lo mismo que sufrieron los Macabeos, como escuchamos cuando se leyó su pasión. A estos mártires más recientes, cuya sangre ha teñido de púrpura la tierra, los perseguidores les decían y mandaban que negasen a Cristo. Al no hacerlo, sufrían lo mismo que los otros. A éstos, en cambio, se les exigía que negasen la ley de Moisés⁴¹⁶.

Sermón 301, 4: Pasando por alto otras cosas, ¿qué función tuvo aquí este miserable Antíoco, por poner un ejemplo? Por medio de él fue flagelado y probado el pueblo de Dios; gracias a él fueron coronados estos santos jóvenes. Así, pues, tuvo él su función. Era malo, pero usó bien de él quien no puede ser malo⁴¹⁷.

Sermón 301 A, 7: Muy oportunamente me pareció que debía amonestaros respecto a los espectáculos del teatro con ocasión del espectáculo de los santos Macabeos, dado que hoy celebramos el recuerdo de su victoria. ¡Oh hermanos de Bula!, por doquier, en las ciudades de vuestro entorno, ha enmudecido la lascivia de la impiedad. ¿No os avergonzáis de que sólo entre vosotros haya permanecido la torpeza venal? ¿O acaso os deleita comprar y vender hasta la torpeza al lado del trigo, del vino, del aceite, de los animales, de las bestias domésticas y todo lo que se compra o se vende en los “romanos” o mercados? Y quizá llegue gente aquí, a tales mercados, y se le pregunta. “¿Qué buscáis? ¿Comediantes, meretrices? En Bula los tienes”. ¿Pensáis que es una gloria? Ignoro si hay infamia mayor. Hermanos míos, con todo dolor lo digo: las otras ciudades vecinas os condenan ante los hombres y en el juicio de Dios. Todo el que quiere imitar el mal os pone como ejemplo. Incluso a nuestra ciudad de Hipona, donde tales cosas han desaparecido casi por completo, llegan desde la vuestra esas torpes personas. Quizá digáis: “Nosotros somos como los de Cartago”. En Cartago hay una multitud santa y religiosa; pero, como en todas las grandes ciudades, es tal la cantidad de gente, que unos se excusan con otros. En Cartago se puede decir: “Lo hacen los paganos, lo hacen los judíos”; pero aquí, lo haga quien lo haga, lo hace un cristiano. Con gran dolor os estoy diciendo esto. ¡Ojalá llegue el momento en que la herida de mi corazón se cure con vuestra corrección! Lo confieso a vuestra caridad: en el nombre del Señor, conozco vuestra ciudad y las vecinas, cuál es su población y el número de sus habitantes; ¿puede no conoceros a todos vuestro obispo, dispensador de la palabra y del sacramento? ¿Quién os excusará de vuestras torpezas? Ved que hay juegos; dejen de ir los cristianos, y veamos si no es tal el vacío que hasta la misma torpeza se avergüence. Veamos si esas mismas personas torpes no se convierten al Señor y se liberan o, en el

nominum consuetudo, christianus etiam ille tunc **populus** fuit. Neque enim post passionem suam coepit habere **populum** Christus: sed illius **populus** erat ex Abraham genitus, cui perhibens testimonium ipse Dominus ait: *Abraham concupivit videre diem meum; et vidit, et gavisus est*. Ergo ex Abraham natus est ille **populus**, qui servivit in Aegypto, et qui manu potenti per Moysen famulum Dei de domo servitutis liberatus, per mare Rubrum fluctibus descendentibus ductus, in eremo exercitatus, legi subditus, in **regno** collocatur. Unde, sicut dixi, exstiterunt Prophetae, inde isti martyres floruerunt. Nondum quidem erat mortuus Christus: sed martyres eos fecit moriturus Christus.

⁴¹⁶ Posteriores enim persecutores **populi** christiani, ad negandum nomen Christi compellebant eos quos persequabantur: illi in Christi nomine perseverantissime consistentes, patiebantur talia, qualia illos perpressos esse, cum legerentur, audivimus. Istis ergo martyribus recentioribus, quorum millibus terra purpurata est, **imperabatur** et dicebatur a persecutoribus, Negate Christum. Quod non facientes, patiebantur talia, qualia et isti perpressi sunt. Istis vero dicebatur, Negate legem Moysi.

⁴¹⁷ Ecce, ut de aliis taceamus, qualem locum hic habuit iste miser Antiochus? Per eum **populus** Dei flagellatus est et probatus: per eum isti sancti iuvenes coronati. Ergo habuit hic locum suum. Malus erat; sed bene illo usus est, qui malus esse non potest.

caso de permanecer en la torpeza, no tienen que salir de la ciudad. Hacedos este regalo, cristianos: no vayáis a los teatros⁴¹⁸.

Sermón 301 A, 9: Me atrevo a deciros que imitéis a vuestra ciudad vecina, imitad a vuestra vecina Simitu. Nada más os digo. Os lo digo más claramente en el nombre de nuestro Señor Jesucristo: allí nadie entra en el teatro; allí no quedó nadie que asistiese a esas torpezas. El legado quiso representar allí torpezas de ese género, pero no asistió nadie: ni los jefes, ni los plebeyos, ni los judíos. ¿No son ellos personas honestas? ¿No lo es la ciudad? ¿No es aquella colonia tanto más honesta cuanto más vacía está de estas cosas? No os diría estas cosas si sólo oyese cosas buenas sobre vosotros; pero, si me callase, temería ser condenado junto con vosotros. Así, pues, hermanos míos, quiso Dios que pasase por aquí. Mi hermano me retuvo, me mandó, me suplicó y me forzó a dirigiros la palabra. ¿De qué debía hablaros sino de lo que más temor me infunde? ¿De qué sino de lo que más me duele? ¿Ignoráis que yo y todos nosotros hemos de rendir cuentas muy exactas a Dios por vuestras alabanzas? ¿Pensáis que estas alabanzas son un honor para mí? Son un peso, no un honor. Muy ajustadas cuentas hemos de dar de esas alabanzas; temo mucho que nos diga Cristo en el día del juicio: “Siervos malos, con agrado recibíais las alabanzas del pueblo a la vez que le callabais su propia muerte”. El Señor Dios nuestro nos concederá que en adelante sólo oigamos cosas buenas de vosotros y que por su misericordia recibamos el consuelo de vuestra corrección. Cuanto más grande es ahora la tristeza, tanto mayor será entonces el gozo⁴¹⁹.

⁴¹⁸ *Opportune de spectaculo sanctorum Machabaeorum, quorum victoriae memoriam hodie celebramus, de spectaculis theatricis admonenda visa est mihi Caritas vestra. O fratres Bullenses, circumquaque prope in omnibus civitatibus vicinis vestris lascivia impietatis obmutuit. Non erubescitis, quia apud vos solos remansit turpitude venalis? An delectat vos, inter frumentum, vinum, oleum, animalia, pecora et quaecumque in Romanis vel nudinis venundantur, etiam turpitudinem emere et vendere? Et fortassis ad talia commercia huc veniant peregrini, et dicitur: Quid quaeris? mimos, meretrices? Bullae habes. Gloriam putatis? Nescio an sit maior infamia. Omnino, fratres mei, ex dolore dico, vicinitas aliarum civitatum condemnat vos in conspectu hominum et in iudicio Dei. Quisquis vult malum imitari, vos proponit. Ad Hipponem nostram, ubi iam talia pene defecerunt, turpes istae personae de vestra civitate ducuntur. Sed forte dicitis: Nos Carthagini similes sumus. Quomodo apud Carthaginem est plebs sancta et religiosa, sic tanta turba est in magna civitate, ut se excusent omnes de aliis. Pagani faciunt, Iudaei faciunt, potest dici Carthagine; hic, quicumque faciunt, Christiani faciunt. Cum magno dolore vobis haec dicimus: Utinam aliquando vestra correctione vulnus cordis nostri sanetur! Dicimus Caritati vestrae: Novimus in nomine Dei civitatem et vestram, et vicinas vobis, quanta est hic multitudo, quantus populus; potestis nisi noti omnes ei, qui vobis dispensator est constitutus verbi et sacramenti? Quis excusat ab hac turpitudine? Ecce ludi sunt: non eant Christiani, et videamus si non tanta erit solitudo, ut sibi erubescat ipsa turpitude. Videamus si non ipsae personae turpes aut ad Dominum convertentur, et liberabuntur, aut, si in sua turpitudine permanebunt, de ista civitate migrabunt. Hoc vobis praestate vos, Christiani: theatra nolite intrare.*

⁴¹⁹ *Audeo dicere: Vicinam civitatem vestram imitamini, vicinam civitatem Simitu imitamini. Nihil aliud vobis dico. Apertius vobis dico in nomine Domini Iesu Christi; nemo ibi intrat in theatrum, nullus ibi turpis remansit. Legatus ibi voluit agere huiusmodi turpitudines; nullus principalis, nullus plebeius intravit, nullus Iudaeus intravit. Ipsi honesti non sunt? Illa civitas non est? Illa colonia non est, tanto honestior, quanto istis rebus inanior? Haec vobis non diceremus, si bona de vobis audiremus; si autem tacuerimus, timeo ne pariter iudicemur. Voluit ergo Deus, fratres mei, ut transirem hac. Frater meus tenuit me, iussit, rogavit, compulit, ut verbum vobis facerem. Unde facerem, nisi unde plus timeo? Unde facerem, nisi unde plus doleo? Nescitis me et nos omnes gravissimam rationem reddituros Deo de laudibus vestris? Putatis quod istae laudes honorent nos? Onerant, non honorant. Valde gravis de illis laudibus ratio redditur; valde timeo, ne dicat nobis Christus in iudicio suo: Mali servi, laudes populi mei libenter accipiebatis, et mortem ipsorum eis tacebatis. Praestabit autem Dominus Deus noster, ut de cetero bona de vobis audiamus, et in illius miseratione consolemur de vestra correctione: tanto enim erit maius gaudium, quanto magna modo tristitia.*

Sermón 302, 17: Sin embargo, hermanos míos, os lo ruego, podéis decirme acerca de las autoridades: “Si las hubiera exhortado, hubiesen hecho el bien”. Mi respuesta es ésta: “Le he exhortado, pero no me hizo caso; y lo exhorté cuando tú no me escuchaste”. ¿Cómo amonestar a un pueblo en particular? Al menos, a un hombre hemos podido exhortarlo en privado y decirle: “Obra de esta o de aquella manera”, en ausencia de testigos. ¿Quién puede llevarse un pueblo aparte y amonestarlo sin que nadie lo sepa?⁴²⁰

Sermón 302, 19: Pero es poco, como dije, es poco que sintáis ese dolor, si no impedís, según vuestras posibilidades, lo que no corresponde hacer al pueblo. No quiero decir, hermanos, que pueda salir alguno de vosotros e impedirlo al pueblo; ni siquiera yo lo puedo; pero cada uno puede hacerlo en su casa con su hijo, su siervo, su vecino, su cliente, con quien es menor que él; moveos para que no lo hagan. Convenced a cuantos podáis; con otros, con aquellos sobre los que tenéis autoridad, mostraos severos. De una sola cosa estoy seguro, y todos lo están conmigo: en esta ciudad se encuentran muchas casas en las que no hay ni un pagano y que no se encuentra ni una sola casa en la que no haya cristianos. Y, si se mira bien, no hay ninguna casa donde no son más los cristianos que los paganos. Es cierto; vosotros estáis de acuerdo. Os dais cuenta, pues, de que no sucedería nada malo de no quererlo los cristianos. No hay réplica posible. Puede hacerse el mal en privado, pero no en público, si los cristianos no lo quieren y se proponen impedirlo, pues cada cual sujetaría a su siervo, a su hijo. Al adolescente lo amansaría la severidad del padre, del padrino, del maestro, del buen vecino; la severidad de una corrección mayor, en su propio cuerpo. Si se obrase de esta manera, no serían muchos los males que nos afligiesen⁴²¹.

Sermón 302, 20: Hermanos míos, temo la ira de Dios; de Dios, que no teme a las turbas. ¡Qué pronto se dice: “Lo que el pueblo ha hecho, hecho está!” “¿Quién hay que pueda vengarse de un pueblo entero?” Así es en verdad; ¿quién puede hacerlo? ¿Ni siquiera Dios? ¿Temió, acaso, Dios al mundo entero cuando envió el diluvio? ¿Temió a las pobladas ciudades de Sodoma y Gomorra cuando las destruyó con fuego bajado del cielo?⁴²²

⁴²⁰ Tamen, fratres mei, obsecro vos, de potestatibus potest mihi dici: Moneret illum et bona faceret. Et respondeo ego: Monui, sed non me audivit; et ibi monui, ubi tu non audisti. **Populum** quis monet in parte? Vel potuimus unum hominem in parte admonere, et dicere: Sic age, vel sic age, ubi alius nullus esset. Quis ducat **populum** in partem et nullo sciente moneat **populum**?

⁴²¹ Sed parum est, ut dixi, parum est ut non faciatis, parum est ut doleatis, nisi etiam ea quae ad **populi** non pertinent potestatem pro viribus vestris prohibeatis. Non dico, fratres, quia potest aliquis vestrum exire et **populum** prohibere: hoc nec nos possumus; sed unusquisque in domo sua filium suum, servum suum, amicum suum, vicinum suum, clientem suum, minorem suum, agite cum illis, ut ista non faciant. Quibus potestis, suadete; et aliis severitatem adhibete, in quos potestatem habetis. Unum scio, quod omnes mecum sciunt, in hac **civitate** multas invenire domos, in quibus non sit vel unus paganus; nullam domum inveniri, ubi non sint Christiani. Et si discutiatur diligenter, nulla domus invenitur, ubi non plures Christiani sint quam pagani. Verum est, consentitis. Videtis ergo quia mala non fierent, si Christiani noluisent. Non est quod respondeatur. Occulta mala possunt fieri, publica non possunt, prohibentibus et nolentibus Christianis; quia unusquisque teneret servum suum, unusquisque teneret filium suum: adolescentem domaret severitas patris, severitas patrii, severitas magistri, severitas boni vicini, severitas correctionis maioris, corporis ipsius. Haec si sic agerentur, non multum nos mala contristarent.

⁴²² Fratres mei, iram Dei timeo: Deus non timet turbas. Quam cito dicitur: Quod **populus** fecerit, fecit: quis est qui vindicet in **populum**? Itane, quis est? Nec Deus? Timuit enim Deus universum mundum, quando fecit diluvium? Timuit tot **civitates** Sodomae et Gomorrhae, quando caelesti igne delevit?

Sermón 304, 3: ¿Hasta dónde se hizo obediente Cristo? Hasta encarnarse la Palabra, hasta participar de la mortalidad humana, hasta ser tentado tres veces, hasta ser objeto de las burlas del pueblo judío, hasta ser escupido y encadenado, abofeteado y flagelado; y si esto es poco, hasta la muerte⁴²³.

Sermón 305, 3: Advierte, pues, que Cristo nació de la Virgen no por necesidad natural, sino porque quiso; murió porque quiso y de la manera que quiso. Para su bien, se servía de los hombres malos, sin que ellos se diesen cuenta; para nuestra felicidad, ponía al pueblo furioso y demente al servicio de su poder y entre quienes le daban muerte veía a quienes iban a vivir con él. Viéndolos aún poseídos por la locura de aquel pueblo loco, dijo: *Padre, perdónales, porque no saben lo que hacen*⁴²⁴.

Sermón 305 A, 1: Ha brillado el día solemnísimo para Roma, donde se celebra con gran afluencia de gente. También nosotros, aunque ausentes en el cuerpo, presentes en el espíritu, nos asociamos a nuestros hermanos en un único cuerpo bajo una única cabeza. (...) Según la tradición, el bienaventurado Lorenzo era joven en el cuerpo, pero varón grave en el espíritu, a quien mucho realzaba la lozanía de su edad y la corona inmarcesible. Era un diácono, inferior al obispo por su función, pero igual al apóstol por la corona. La solemnidad de todos los bienaventurados mártires ha sido instituida en la Iglesia para que quienes no los vieron padecer los recuerden en la fiesta y sean arrastrados a la imitación por la fe⁴²⁵.

Sermón 306 C, 7: Os he mostrado cómo fue escuchado el pueblo ingrato, pero para su mal; fue escuchado el diablo, fueron escuchados los demonios⁴²⁶.

Sermón 308, 5: Voy a deciros algo de lo que nunca he hablado a vuestra caridad; algo que ocurrió en este pueblo, en esta iglesia. Hubo aquí cierto hombre sencillo, inocente, buen cristiano, conocido por muchos de vosotros o, mejor, por todos los habitantes de Hipona. Su nombre era Tutuslimeno. ¿Quién de vosotros, ciudadanos de aquí, no conoce a Tutuslimeno?⁴²⁷

Sermón 308 A, 7: Sucedió lo mismo que con el caso de la moneda. Ellos querían acusarle, y si afirmaba que había que pagar tributo al César, habría renegado, en

⁴²³ Quousque factus est obediens Christus? Usque ad incarnationem Verbi, usque ad participationem mortalitatis humanae, usque ad trinam diaboli tentationem, usque ad irrisionem **populi** Iudaeorum, usque ad sputa et vincula, usque ad alapas et flagella; si parum est, *usque ad mortem*;

⁴²⁴ Sic ergo Christum intellege potestate natum ex virgine, non conditione, sed potestate: potestate mortuum, potestate sic mortuum. Ad bonum suum utebatur nescientibus malis, et frementem **populum** insanum in usum suae virtutis ad nostram beatitudinem transferebat, et in his a quibus moriebatur, suos victuros secum videbat: et videns eos in insano **populo** adhuc insanos: *Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*.

⁴²⁵ Illuxit dies Romae sollemnissimus, qui magna frequentia **populi** celebratur; adiungimur nos, quamvis absentes corpore, praesentes tamen spiritu, fratribus nostris in uno corpore, sub uno capite. (...) Erat beatus Laurentius in corpore, sicut accepimus, adulescens, vir gravis in animo, quem multum commendabat aetas viridior, corona immarcescibilior. Erat autem diaconus, officio inferior episcopo, corona aequatus Apostolo. Haec autem sollemnitas omnium martyrum gloriosorum ad hoc instituta est in **Ecclesia**, ut ad imitationem, qui non viderunt patientes, adducantur fide, commemorentur sollemnitate.

⁴²⁶ Ecce ostendi vobis exauditum **populum** ingratum, sed malo suo; exauditum diabolum, exauditos daemones.

⁴²⁷ Aliquid dicam, quod nunquam dixi Caritati vestrae, in hoc **populo**, quod contigit in hac **ecclesia**. Fuit hic homo quidam simplex, innocens, bene fidelis, a multis vestris, id est, Hipponensibus, imo ab omnibus cognitus, Tutuslymeni vocatus. Tutumlymeni quis vestrum non novit, qui **cives** estis?

cierto modo, del pueblo judío, súbdito y tributario de aquél; si, por el contrario, hubiese dicho que no había que pagarlo, se le acusaría ante los amigos y ministros del César, en cuanto que prohibía pagarlo. (...) Así, pues, *si decimos que del cielo, nos replicará: "Por qué no creísteis en él?" Si decimos que de los hombres, tememos al pueblo. En efecto, todos tenían a Juan por un profeta.* Por un lado, temían al pueblo; por otro, la verdad; de una parte eran tímidos; de otra, envidiosos; pero en cualquier caso ciegos. Respondieron: *Lo ignoramos.* Apareció la lámpara, huyeron las tinieblas; efectivamente, aunque se hallasen corporalmente presentes, huyeron con el corazón, diciendo que ignoraban lo que sabían. La prueba de la huida es el temor del corazón: temían que el pueblo los apedrease si decían que el bautismo de Juan procedía de los hombres; temían quedar convictos por Cristo si decían que procedía del cielo⁴²⁸.

Sermón 313 A, 3: ¡Cuántos males causa la torpe curiosidad!, la vana concupiscencia de los ojos, la avidez de espectáculos frívolos, la locura de los estadios, los combates sin premio alguno! Los aurigas luchan por un premio; ¿buscando qué premio luchan las masas por los aurigas? Pero agrada el auriga, agrada el cazador, agrada el actor. ¿Deleita así la torpeza al hombre honesto? Cambia también tus espectáculos; la Iglesia muestra a tu mente otros más respetables y venerados. (...) Muy bien hizo, muy bien hizo la antigua disciplina romana, que colocó a toda clase de histriones entre los infames. No había para ellos honor ninguno en la curia, ni siquiera en la tribu de los plebeyos; en todos los lugares fueron separados de los honestos y presentados a los honestos como venales. ¿Por qué lo apartaste de ti, de la curia, por dignidad, y lo pusiste junto a ti, por placer, en el teatro? Tu placer ha de ir de acuerdo con tu dignidad. Incluso los miserables se suman a los gritos, a los deseos y a los placeres, propios de gente que está fuera de sí, de los espectadores. Elimina todas esas cosas; quien no quiere asistir a esos espectáculos se muestra misericordioso con ellos⁴²⁹.

Sermón 313 B, 1: Hemos cantado el salmo: *Bendito el Señor, que no nos entregó como presa a sus dientes.* Es el agradecimiento debido a los dones de Dios. *Bendito el Señor, que no nos entregó como presa a sus dientes.* Es, ciertamente, el grito de la gratitud, y, gratitud merecida. Mas ¿cuándo podrá el hombre agradecer a Dios todos sus dones? Ignoro si cuando el bienaventurado mártir derramó su sangre sangrada en este lugar había aquí tanta gente enfurecida contra él cuanta forma la muchedumbre que ahora le alaba. Vuelvo a repetirlo –pues me agrada ver que el pueblo acude con

⁴²⁸ Sed quomodo ille fecit de nummo, quando volebant calumniari ei, si diceret: Reddatur tributum Caesari, quasi maledixisset **genti** Iudaeorum, quam fecisset subditam et tributariam; (...) Ergo, *si dixerimus: De caelo; dicet nobis: Quare non credidistis ei? Si dixerimus: Ex hominibus, timeamus **populum.** Omnes enim Ioannem tamquam prophetam habebant.* Hac timentes **populum**, hac timentes veritatem; hinc timidi, hinc invidi; ubique caeci, responderunt: *Nescimus.* Prolata est lucerna, fugerunt tenebrae; etenim, quamvis praesentes essent corpore, fugerunt corde, dicendo se nescire quod sciebant. Indicium fugae, cordis timor; timebant a **populo** lapidari, si dicerent ex hominibus baptismum Ioannis; timebant a Christo convinci, si dicerent de caelo baptismum Ioannis.

⁴²⁹ Quae mala facit turpis curiositas, concupiscentia vana oculorum, aviditas nugacium spectaculorum, insania stadiorum, nullo praemio conflictus certaminum! Certant aurigae aliquo praemio; litigant pro aurigis **populi** quo praemio? Sed delectat auriga, delectat venator, delectat scenicus. Itane honestum delectat turpitude? Muta etiam cupiditatem spectaculorum; exhibet **Ecclesia** menti tuae honorabiliora et veneranda spectacula. (...) Optime fecit, omnino optime fecit antiqua disciplina Romana, quae omne genus histrionum in infami loco deputavit. Non illis ullus honor in curia, non saltem in **plebeia** tribu; undique ab honestis remoti, et honestis venales propositi. Quid a te propter dignitatem de curia removisti, et propter voluptatem tibi in theatro posuisti? Consonet dignitati tuae voluptas tua. Et ipsi miseri addicti sunt spectantium vocibus, spectantium cupiditatibus, spectantium insanientibus voluptatibus. Remove ista omnia, liberantur; misericordiam in illos facit, qui spectare noluerit.

devoción a la casa del Señor edificada en este lugar y comparar también los tiempos;- vuelvo a decir y repito, y en cuanto puedo lo encarezco a vuestra devoción, que ignoro si, cuando el bienaventurado mártir derramó en este lugar su sangre sangrada, había aquí tanta gente enfurecida cuanta forma la muchedumbre que ahora le alaba. Aun en el caso de que la hubiera, fue *bendito el Señor, que no nos entregó como presa a sus dientes*. Cuando le daban muerte, creían vencer sobre él; mas eran vencidos por los que morían y se gozaban de ello. Con razón se enfurecían si eran vencidos. Desapareció, pues, la turba de los furiosos y les sucedió la muchedumbre de los que le alaban. Diga, diga la muchedumbre de los que le alaban: *Bendito el Señor, que no nos entregó como presa a sus dientes*. ¿A los dientes de quiénes? A los dientes de los enemigos, de los impíos, de los perseguidores de Jerusalén; a los dientes de Babilonia, a los dientes de la ciudad enemiga, a los dientes de la turba que persiguió al Señor, que abandonó al creador, que se volvió a la criatura, que adora lo hecho por la mano del hombre y desprecia a quien la hizo. *Bendito el Señor, que no nos entregó como presa a sus dientes*⁴³⁰.

Sermón 313 B, 2: ¡Qué riquísimo botín, qué abundante caza hubiese tenido la impía Babilonia para alimentarse si el obispo Cipriano hubiese negado al Señor! ¡Con qué banquete, con qué extraordinaria caza se hubiese alimentado la impía Babilonia si hubiese negado al Señor! ¡Con qué banquete, con qué extraordinaria caza se hubiese alimentado la impía Babilonia si hubiese negado al Señor el obispo Cipriano, el doctor de los gentiles, el que frustraba a los ídolos, traicionaba a los demonios, conquistaba a los paganos, confirmaba a los cristianos e inflamaba a los mártires! Si, pues, tan grande y célebre varón hubiese negado al Señor, ¡qué presa para alegrar a la impía Babilonia! *Bendito el Señor, que no nos entregó como presa a sus dientes*. Aunque no se hayan ensañado contra ellos, los hayan perseguido, atormentado, encarcelado, encadenado, golpeado, prendido fuego y entregado a las fieras, dado que no negó a Cristo, el confesor del Señor fue coronado. Ellos perdieron su crueldad, los mártires encontraron la gloria. *Bendito el Señor*; diga el pueblo cristiano, dígalo este lugar que se llena con el pueblo de los que lo confiesan, repleto del pueblo que adora al único Dios verdadero; dígalo este lugar: esta cosecha se sembraba cuando aquel lugar era regado con la sangre del mártir. No te extrañes, tierra, de tu fertilidad, si has sido regada para que brotase esto⁴³¹.

⁴³⁰ Psalmum cantavimus: *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum*. Donis Dei debita gratulatio. *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum*. Vox est certe gratulationis, et digna gratulatio. Et quando tantis donis divinis humana sufficit gratulatio? Quando in isto loco beatissimus martyr sacrum sanguinem fudit, nescio utrum tanta hic fuerit turba furentium, quanta nunc est multitudo laudantium. Iterum dico - delectat enim me, **populum** videre in domo Domini religiosissime in hunc locum convenientem, et tempora temporibus comparare - unde iterum dico et repeto, et vestris sensibus, quanta possum, devotione commendo; quando in isto loco beatissimus martyr sacrum sanguinem fudit, nescio utrum tanta hic fuerit turba furentium, quanta nunc est multitudo laudantium. Sed et si fuit, fuit *benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum*. Quando occidebant, se vicisse credebant; vincebantur a morientibus, et gaudebant. Si vincebantur, utique furebant. Abscessit ergo turba furentium, successit multitudo laudantium. Dicat, dicat multitudo laudantium: *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum*. Dentibus quorum? Dentibus inimicorum, dentibus impiorum, dentibus persecutorum Ierusalem, dentibus Babyloniae, dentibus **civitatis** inimicae, dentibus turbae in sceleribus insanientis, dentibus turbae Dominum persequentis, creatorem deserentis, ad creaturam se convertentis, manu facta colentis, a quo facta est contemnentis. *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum*.

⁴³¹ Quali sagina praedae, quali pinguedine venationis Babylon impia pasceretur, si a Cypriano episcopo Dominus negaretur! Quali sagina, quali venatione, quam optima praeda Babylon impia pasceretur, si a Cypriano episcopo, doctore **gentium**, frustratore idolorum, proditore daemoniorum, lucratore paganorum, confirmatore Christianorum, inflammatore martyrum; si ergo a tali et tanto viro Dominus negaretur, quali

Sermón 313 E, 5: El diablo, pues, que persuadió a los herejes la separación y a los donatistas el precipitarse, fue quien persuadió a Judas la entrega de Jesús, la desesperación y la soga. Tú, donatista, que quieres quitarte la vida y que evitas la soga del traidor, ¿por qué no evitas el precipicio del diablo? El diablo persuadió a Judas a que se colgase con una soga; él mismo fue quien sugirió al Señor que se precipitase. Por tanto, evitad al diablo en una y otra cosa; si evitáis al diablo en lo de la soga, igualmente debéis negarle el consentimiento en cuanto a precipitaros. Cuando el diablo sugirió al Señor que se precipitase, ¿qué escuchó de él? *Retírate, Satanás*. Di esto al diablo tú, donatista, cuando te sugiera el precipicio él que os llena, para que, una vez precipitados, le rindáis culto. En verdad, hermanos, ellos mismos se precipitan y son precipitados por sus perversos pueblos. Son homicidas en mayor manera quienes recogen con veneración los cuerpos de los precipitados, quienes se embriagan junto a sus sepulturas⁴³².

Sermón 317, 1: El bienaventurado mártir Esteban, el primer diácono, ordenado después de los apóstoles por los apóstoles mismos, fue coronado antes que ellos. Hizo brillar con su pasión aquellas tierras y, ya muerto, visitó estas nuestras. Pero no las hubiese visitado una vez muerto de no vivir a pesar de la muerte. Tan poco polvo reunió a una multitud numerosa; la ceniza apenas se la ve, pero los beneficios son manifiestos⁴³³.

Sermón 319, 4: ¿Y cómo oró por los judíos, por los que lo apedreaban, por aquellos corazones sanguinarios y espíritus crueles? Hincado de rodillas. La grande humildad de Esteban se corresponde con la gran culpa de aquel pueblo⁴³⁴.

Sermón 323, 4: Y mientras Agustín contaba esto, desde la memoria de San Esteban el pueblo comenzó a clamar y a decir: “¡Gracias a Dios! ¡Alabanzas a Cristo!” En medio de aquel clamor incesante, la joven que había sido curada fue llevada al ábside. Al verla, el pueblo, en medio de gozo y llanto, en silencio total de palabras, pero

venatione Babylon impia laetaretur! *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum*. Saevierint, persecuti fuerint, torserint, incluserint, alligaverint, percusserint, incenderint, bestiis subreixerint; non est Christus negatus, confessor Domini est coronatus. Illi saevitiam perdiderunt, gloriam martyres invenerunt. *Benedictus Dominus*, dicat **populus** christianus, dicat omnino, decet ut dicat: *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum*. Modo dicat hic locus: impletur **populo** confitentium, impletur **populo** unum verum Deum adorantium; dicat hic locus: tunc enim seges ista seminabatur, quando ille locus sanguine martyris rigabatur. Noli mirari, terra, fertilitatem tuam, si rigata es, ut hoc pullulares.

⁴³² Diabolus ergo, qui persuasit haeticis separationem, Donatistis praecipitationem, ipse persuasit Iudae et traditionem et desperationem et laqueum. Tu ergo, Donatista, qui te vis occidere, qui vitas traditoris laqueum, quare non vitas diaboli praecipitium? Diabolus persuasit Iudae, ut sibi collum ligaret; ipse est qui suggessit Domino, ut se praecipitaret. Ergo diabolus in utroque vitate: sicut in laqueo diabolus vitatis, ita in praecipitio diaboli consentire non debetis. Suggestens quippe diabolus praecipitium quid audivit a Domino? *Redi retro, satanas!* O Donatista, hoc dic diabolo, quando tibi suggerit praecipitium; qui etiam vos implevit, ut praecipitati colamini. Revera enim, fratres, et ipsi se praecipitant, et a suis perversis **populis** praecipitantur. Illi sunt homicidae ampliores, qui corpora praecipitatorum cum honore colligunt, qui praecipitatorum sanguinem excipiunt, qui eorum sepulchra honorant, qui ad eorum tumulos se inebriant.

⁴³³ Martyr Stephanus, beatus et primus post Apostolos ab Apostolis diaconus ordinatus, ante Apostolos coronatus; illas terras passus illustravit, istas mortuus visitavit. Sed mortuus non visitaret, nisi et mortuus viveret. Exiguus pulvis tantum **populum** congregavit: cinis latet, beneficia patent.

⁴³⁴ Et pro Iudaeis, pro lapidatoribus suis, pro cruentis cordibus, pro crudelibus animis quomodo oravit? Genu fixit. Tanta humilitas Stephani, magnus reatus est illius **populi**.

no sin ruido, cesó por un momento de gritar. Restablecido el silencio, el obispo Agustín dijo:

“Está escrito en el salmo: *Dije: “Confesaré contra mí mi delito ante el Señor mi Dios”, y tú perdonaste la maldad de mi corazón. Dije: “Confesaré”*; no lo he confesado aún. *Dije: “Confesaré”, y tú perdonaste*. Encomendé a vuestras oraciones a esta desgraciada; mejor, a esta ex desgraciada. Nos dispusimos a orar, y hemos sido escuchados. Expresemos nuestro gozo con la acción de gracias. La santa madre Iglesia ha sido escuchada antes que aquella madre maldiciente para su ruina. Vueltos al Señor....⁴³⁵

Sermón 330, 3: Hablo al pueblo, no a un solo hombre; y, si todos pudieran oírme, no lo diría a uno solo, sino al género humano. Vuelve, pues; sé como aquel hijo menor que, después de malgastar y perder todos sus haberes viviendo pródigamente, sintió necesidad, apacentó puercos y, agotado por el hambre, suspiró y se acordó de su padre⁴³⁶.

Sermón 334, 1: Este es el grito de todos los buenos fieles cristianos y, sobre todo, de los gloriosos mártires: *Si Dios está con nosotros, ¿quién contra nosotros?* Bramaba el mundo contra ellos, los pueblos tramaban vanas acechanzas y los príncipes hacían alianzas; inventaban nuevas torturas y la crueldad se las ingeniaba para hallar suplicios increíbles⁴³⁷.

Sermón 334, 2: Tienes contra ti al rey, ¿y dices: *Quién contra nosotros?* Tienes contra ti al pueblo entero, ¿y dices: *Quién contra nosotros?* ¿Cómo lo pruebas, oh mártir glorioso? ¿Cómo me demuestras lo que dices: *Si Dios está con nosotros, quién contra nosotros?* Es evidente que, si Dios está con vosotros, se puede preguntar: “¿Quién contra vosotros?” Pero tienes que probarme que Dios está con vosotros⁴³⁸.

Sermón 335 B, 4: Por tanto, si no debes confiar en los hijos de los hombres, en quienes no hay salud –pues la salud que ellos poseen no les viene de sí mismo, razón por la que se dijo: *La salud es del Señor y tu bendición está sobre el pueblo*; si no

⁴³⁵ Et cum haec diceret Augustinus, **populus** de memoria sancti Stephani clamare coepit, Deo gratias! Christo laudes! In quo continuo clamore, puella quae curata est ad absidam perducta est. Qua visa, **populus** cum gaudio et fletu, nullis interpositis sermonibus, sed solo strepitu interposito, aliquandiu clamorem protraxit: et silentio facto, Augustinus episcopus dixit: "Scriptum est in Psalmo: *Dixi, Proloquar adversum me delictum meum Domino Deo meo, et tu dimisisti impietatem cordis mei. Dixi, Proloquar: nondum prolocutus sum: Dixi, Proloquar, et tu dimisisti*. Commendavi istam miseram, imo ex misera, commendavi eam vestris orationibus. Disposuimus orare, et exauditi sumus. Sit gaudium nostrum actio gratiarum. Citius exaudita est mater **Ecclesia**, quam in perniciem maledicta mater illa". Conversi ad Dominum, etc.

⁴³⁶ **Populo** dico, non uni homini; etsi omnes me audire possint, non dico uni, sed humano generi. Redi ergo, esto filius ille iunior, qui sua substantia vivens prodige dispersa et perdita eguit, porcos pavit, fame fatigatus respiravit, recoluit memoria patrem suum.

⁴³⁷ Omnium quidem bonorum fidelium Christianorum, maxime tamen gloriosorum martyrum est vox ista: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Fremebat mundus adversus eos, **populi** meditabantur inania, principes conveniebant in unum: excogitabantur novi cruciatus, et poenas incredibiles inveniebant ingeniosa crudelitas.

⁴³⁸ Ecce contra te rex, et tu dices, *quis contra nos?* Ecce contra te omnis **populus**, et tu dices: *Quis contra nos?* Unde probas, o gloriose martyr; unde mihi probas quod dices: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Manifestum est enim quia si Deus pro vobis, quis contra vos? Sed proba quia Deus pro vobis.

confías en los hombres, en quienes no hay salud, no debes confiar ni siquiera en ti, puesto que eres hombre que carece de salud⁴³⁹.

Sermón 335 C, 11: En Roma se hallan los sepulcros de varones valerosos que murieron por la patria. ¿A cuál de esos sepulcros se ha dignado entrar el emperador? Ved que, si hubiera que desearse la gloria terrena, ni siquiera de ella se han visto privados quienes buscaron su honor sólo entre los ángeles. Vemos la gloria de que gozan en la tierra, y nos llenamos de estupor. ¿Qué experimentaríamos si la viéramos en el cielo? ¿Qué estupor no se apoderaría de nosotros si viéramos, llenos de gloria entre los ángeles, a los mártires cuyo nacimiento vemos que celebran los pueblos?⁴⁴⁰

⁶⁴⁷ Paulus apostolus dicit: *Neque circumcisio aliquid valet, neque praepucium; sed fides*. Dic adhuc, Apostole, adde, discerne; quia: *Et daemones credunt et contremiscunt*; ergo adde et discerne, *daemones enim credunt, et contremiscunt* quod oderunt. Distingue, Apostole, et circumcide fidem meam, et discerne causam meam de **gente** non sancta.

*impureza, lujuria, hechicería, odios, discordias, celos, rencillas, disensiones, divisiones, envidias, borracheras y cosas semejantes, de las cuales os prevengo, como ya os he dicho, porque quienes tales cosas hacen no heredarán el reino de Dios. ¿Acaso no nos parece que se realizan fuera del cuerpo las demás cosas que allí mencionó, a saber, celos, rencillas, disensiones, envidias, divisiones y, sin embargo, el Doctor de las gentes en fe y en verdad las atribuye a las obras de la carne?*⁶⁴⁸

Sermón 162 A, 3: Caifás, el príncipe de los sacerdotes, era perseguidor de Jesús, y, no obstante eso, habló proféticamente cuando dijo: *Conviene que muera un solo hombre y no que perezca todo el pueblo*⁶⁴⁹.

Sermón 162 A, 9: “Pero no rechazamos la sentencia del Evangelio”. Ciertamente, aunque no lo dijera, nosotros la leeríamos, la sacaríamos a relucir, la manifestaríamos. Léase el Evangelio: veamos donde dice el Señor Jesucristo que está la Iglesia. Allí deben estar abiertos nuestros oídos y nuestros corazones; escuchémosle a él, que él nos diga donde está la Iglesia. Si dice que su Iglesia está en África, corramos todos al partido de Donato; si dice que está en todo el orbe de la tierra, vuelvan al cuerpo los miembros amputados: la rotura de los ramos no es tal que no puedan ser injertados de nuevo. Tienes al apóstol Pablo que afirma: *Pero dices: “Se han desgajado las ramas, para ser injertado yo”.* Bien, se desgajaron por la incredulidad, y tú, en cambio, te mantienes en la fe. No te envanezcas, sino teme, pues si Dios no perdonó a las ramas naturales, tampoco a ti te perdonará. Se había desgajado los judíos cual ramas naturales y fueron injertados los gentiles cual acebuche en el olivo⁶⁵⁰.

Sermón 162 A, 10: El muestra la Iglesia en infinidad de lugares; pero voy a recordar uno solo. Sabéis, hermanos, que después de la resurrección se manifestó a sus discípulos, les descubrió sus cicatrices, se prestó a que le tocasen y no sólo a que le viesen. Sin embargo, ellos, teniéndole en sus manos, tocándole y reconociéndole, en medio de la alegría aún dudaban, como nos enseña el Evangelio, al que es necesario creer y al que no creer es perverso. El Señor dio seguridad con la Escritura a quienes en medio del gozo aún estaban indecisos y en la duda: Les dijo: *Esto era lo que os decía cuando aún estaba con vosotros: que convenía que se cumpliera cuanto estaba escrito de mí en la ley, en los profetas y los salmos. Entonces les abrió la inteligencia para que comprendieran las Escrituras y les dijo: Así, pues, convenía que Cristo padeciera, resucitase al tercer día y en su nombre se predicase la penitencia y el perdón de los*

⁶⁴⁸ Ut taceam quod in alia Epistola ipse Doctor **Gentium** dicit: *Manifesta autem sunt opera carnis; et exsequitur: Quae sunt fornicationes, immunditiae, luxuriae, veneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, dissensiones, haereses, invidiae, ebrietates, et his similia; quae praedico vobis, sicut praedixi, quia qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.* Numquid enim non videtur nobis extra corpus fieri cetera illa quae ibi interposuit, aemulationes, animositates, dissensiones, invidias, haereses? Et tamen operibus carnis ista tribuit Doctor **Gentium** in fide et veritate.

⁶⁴⁹ Caiphás, princeps sacerdotum, Christi persecutor erat; et tamen prophetiam locutus est, quando ait: *Expedit ut unus homo moriatur, et non tota gens pereat.*

⁶⁵⁰ Sed non recusamus Evangelii sententiam: plane, etsi non diceret, nos legeremus, nos erueremus, nos ostenderemus. Recitetur Evangelium; videamus ubi esse dicit **Ecclesiam** Dominus Iesus Christus. Illi certe et aures nostrae et corda patere debent; ipsum audiamus, dicat nobis, **Ecclesia** ubi sit. Si in Africa esse dixerit **Ecclesiam** suam, omnes confluumus in partem Donati; si in toto terrarum orbe dixerit **Ecclesiam** suam, redeant ad corpus membra praecisa; non enim sic fracti sunt rami, ut denuo inseri non possint. Habes apostolum Paulum dicentem: *Sed dicitis: Fracti sunt rami, ut ego inserar. Bene. Propter incredulitatem fracti sunt; tu autem fide stas. Noli altum sapere, sed time. Nam, si Deus naturalibus ramis non pepercit, neque tibi parceret.* Fracti enim erant Iudaei, tamquam rami naturales, et insertae erant gentes, tamquam oleaster in olivam.

pecados en todos los pueblos, comenzando por Jerusalén. Allí no estás tú, allí estoy yo. ¿Por qué esperas que un hombre te juzgue desde un tribunal? Escucha a Cristo en el Evangelio: *En todos los pueblos, dice, comenzando por Jerusalén.* ¿Estás tú allí? ¿Estás en comunión con todos los pueblos? ¿Estás en comunión con aquella Iglesia que se ha difundido por todos los pueblos, comenzando por Jerusalén? Si estás en comunión, allí estás, estás en la vid, no te has desgajado; pues la vid que creció y llenó todo el orbe de la tierra es el cuerpo de Cristo, la Iglesia de Cristo, cuya cabeza está en el cielo. En cambio, si no estás en comunión más que con los africanos, y desde África envías a escondidas a los que puedes para que consuelen a los peregrinos, ¿no te encuentras anclado en una parte y desgajado del conjunto? ¿Qué dijiste ante el tribunal del procónsul? –“Soy católico”. Son palabras textuales; constan en las actas. Si eres católico, ten la totalidad; “holon” significa el todo, y a la Iglesia se la llama católica porque está por todas partes. ¿Se la ha llamado, acaso “catamérica” y no católica? “Meros” significa parte, y “holon” la totalidad; con palabra griega se la llama católica, es decir, según la totalidad. Así, pues, ¿estás en comunión con todo el mundo? “no”, responde. Entonces estás en una parte; ¿cómo, pues, eres católico? Grande es la diferencia entre el todo y la parte, de donde se deriva el nombre de católica. Tú recibiste el nombre del partido de Donato; la católica lo recibió de todo el orbe de la tierra. Pero ¿acaso somos nosotros los que decimos que estamos en todo el mundo, y no Dios? Mencioné antes el Evangelio; en él leí: *En todos los pueblos comenzando por Jerusalén.* ¿No llegó desde allí al África? Si, pues, comenzó en Jerusalén, llegó hasta allí llenando todo, no secándolo. ¿Quién hay que diga: “Desde la fuente se hizo un canal para que llegase el agua hasta mí, se secó el camino, pero llegó a mí”? Si se secó en el camino, ¿por dónde llegó hasta ti? Llenando todo, sin duda, llegó hasta ti. Canal ingrato, ¿por qué blasfemas contra la fuente? Si ella no mana, no te llenas. Pero tema que tú te hayas secado; por necesidad todo canal desconectado de la fuente se seca. De su áspera sequedad procede el que hablen contra la Iglesia; hablaría con suavidad si estuviesen húmedos. “Soy católico”. ¿Qué significa católico? ¿Hombre de Numidia? Voy a preguntar cuando menos a los griegos, pues católico no es una palabra púnica, sino griega; busca un intérprete. Con razón te equivocas en la lengua tú que no estás en comunión con todas las lenguas⁶⁵¹.

⁶⁵¹ **Ecclesiam** innumerabilibus locis ostendit; sed tamen commemorem unum aliquod. Post resurrectionem, nostis, fratres, ostendit se discipulis suis, cicatrices demonstravit, palpandum prae-buit, non solum videndum. Illi autem tenentes, et palpantes, et agnoscentes, adhuc tamen prae gaudio haesitabant, sicut Evangelium nos docet, cui oportet credere, cui nefas est non credere. Dominus autem adhuc haesitantibus prae gaudio et dubitantibus intulit firmitatem de Scripturis, et ait: *Haec dicebam vobis, cum adhuc essem vobiscum, quia oportet impleri omnia quae scripta sunt in Lege et Prophetis et Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, ut intellegerent Scripturas, et dixit eis: Quia sic oportebat Christum pati, et resurgere tertia die, et praedicari in nomine eius paenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem.* Ibi tu non es, ibi ego sum. Quid exspectas hominem, qui de te iudicet de tribunali? Audi Christum de Evangelio. *Per omnes gentes*, inquit, *incipientibus ab Ierusalem.* Tu ibi es? Communicas omnibus **gentibus**? Communicas ei **Ecclesiae**, quae diffusa est per omnes **gentes**, incipiens ab Ierusalem? Si comunicas, ibi es, in vite es, praecisus non es; ipsa est enim vitis, quae crevit et implevit totum orbem terrarum, corpus Christi, **Ecclesia** Christi, cuius caput in caelo. Si autem non comunicas nisi Afris, et de Africa quo potueris clanculo mittis qui consolentur peregrinos, non te invenis in parte remansisse, a toto praecisum esse? Quid dixisti in iudicio proconsulis? Catholicus sum. Vox est ipsius; de *Gestis* recitatur. Catholicus totum tene; holon enim totum est, et inde appellata est **Ecclesia** catholica, quia per totum est. Numquid catamerica dicta est, et non catholica? Meros enim pars est, holon totum est; de graeco verbo dicta est "catholica", secundum totum. Ergo comunicas universo? Non, inquit. Ergo in parte es; quomodo catholicus es? Multum interest totum et partem, unde accipit nomen catholica. Tu enim accepisti nomen de parte Donati; catholica nomen accepit ab universo orbe terrarum. Sed nos dicimus in universo esse, et Deus forte non dicit? Evangelium commemoravi, ex Evangelio recitavi. *Per omnes gentes*, inquit, *incipientibus ab Ierusalem.*

Sermón 162 A, 12: Esta es la Iglesia que tengo yo y tú no; si, pues, estás desgajado, reconoce el tronco del que te as separado. Vuelve a él e injértate para no secarte y ser arrojado al fuego. Los profetas, los apóstoles, el Señor, todos hablan de la Iglesia extendida por todo el orbe. Todos ellos dictan sentencia contra ti. Del tribunal del procónsul recurres al del emperador; ¿a cuál vas a recurrir desde el del Evangelio? ¿Acaso a Donato? ¿Sentenciará Donato contra Cristo, o es más bien Cristo quien juzga a Donato? ¿Qué puede decirte Donato? “Yo prediqué a mi Cristo en África”. ¿Qué va a decirte? ¿Acaso: “Me he puesto en lugar de Cristo” y “Soy el sustituto de Cristo”? Sólo esto le queda por decir, pues se atrevió a separar a los hombres del cuerpo, porque se constituyó en sustituto de Cristo. He aquí la sentencia de Cristo, he aquí lo que dicen los evangelios: *En todos los pueblos, comenzando por Jerusalén*. Comenzó en Jerusalén: allí descendió el Espíritu Santo; allí estaban los apóstoles, cuando bajó sobre ellos; allí comenzó a predicarse el Evangelio, allí a extenderse por todos los pueblos y desde allí llegó luego al África. ¿Abandonó a los de este lugar a donde llegó después? No los abandonó a no ser por voluntad de ellos, pues también nosotros somos africanos; con toda certeza permanece en los católicos africanos el Evangelio que llegó al África, de la misma manera que permanece en todos los pueblos. En todos los pueblos hay herejes, unos allí, otros aquí, y no son conocidos los africanos por quienes están en aquellos pueblos. Han sido arrancados de la vid. La católica los conoce a todos, pero ellos no se conocen a sí mismos. He aquí que la vid de la que han sido cortados los sarmientos los conoce a todos, pero ellos no se conocen a sí mismos. He aquí que la vid de la que han sido cortados los sarmientos los conoce a todos, a los que permanecen en ella y a los cortados. He aquí que la Iglesia católica está difundida por doquier. Aquellos sarmientos quedaron en el mismo lugar en que fueron cortados; no pudieron llegar a unas partes y a otras. La católica, en cambio, extendida por doquier, por doquier tiene los suyos y por doquier llora los cortados. A todos grita para que vuelvan y se injerten. Su grito no es escuchado, pero, no obstante, sus pechos caritativos no cesan de manar con la exhortación. Se preocupa de los sarmientos cortados; en África llama a los donatistas, en Oriente levanta su voz contra los arrianos, contra los fotinianos, contra éstos y aquéllos. Como está extendida por todas partes, en todas partes encuentra a quienes llamar, porque estaban en ella y de ella se separaron. Comenzaron a ser sarmientos estériles y fueron cortados; si no permanecen en la infidelidad, serán injertados de nuevo. Escuchad esto, hermanos, con temor, de forma que no os vanagloriéis; con caridad, de modo que oréis por ellos también. Vueltos al Señor...⁶⁵²

Non inde venit ad Africam? Si enim coepit ab Ierusalem, implendo omnia venit ad te, non siccando. Quis est qui dicat: Ductus est rivus de fonte, ut veniret ad me; siccavit in via, et pervenit ad me? Si in via siccavit, ad te qua pervenit? Utique implendo omnia pervenit ad te. Ingrate rive, quare fontem blasphemus? Nisi manaret, non impleretur. Sed timeo, ne tu siccaveris; etenim omnis rivus a fonte praecisus siccet necesse est. De siccitate aspera loquuntur adversus **Ecclesiam**; lenia loquerentur, si rigarentur. Catholicus sum. Quid est: Catholicus? Homo de Numidia? Interrogo saltem Graecos. Non est utique "catholicus" verbum punicum, sed verbum graecum; interpretem quaere. Merito erras in lingua, qui non consentis omnibus linguis.

⁶⁵² Hanc ergo **Ecclesiam** teneo, tu illam non tenes; si ergo praecisus es, agnosce unde praecisus es. Redi, et inserere, ne arescas, et in ignem mittaris. Loquuntur Prophetiae, loquuntur Apostoli, loquitur Dominus de **Ecclesia** toto orbe diffusa: contra te dicunt omnes isti sententiam. A proconsule ad **imperiale** iudicium: ab Evangelio, quo? An forte ad Donatum? Donatus iudicabit contra Christum, an Donatum iudicat Christus? Quid tibi dicturus est Donatus? Ego Christum meum praedicavi de Africa. Quid dicturus? An: Me pro Christo opposui, et ego Christo successi? Hoc restat ut dicat, quia a corpore praecidere ausus est homines, quia Christo successit. Ecce Christi sententia, ecce Evangelia. *Per omnes gentes*, inquit, *incipiens ab Ierusalem*. Coepit ab Ierusalem: ibi venit Spiritus Sanctus; ibi erant Apostoli, quando in illos supervenit; inde coepit Evangelium praedicari, inde diffundi per omnes **gentes**, inde

Sermón 163, 5: La luz de luz, el Hijo del Padre, *su salvación. Anunciad entre las gentes su gloria, sus maravillas en todos los pueblos. Ved cómo se edifica la casa pasada la cautividad. Es terrible más que todos los dioses. ¿Qué dioses? Pues todos los dioses de los gentiles son demonios; el Señor, en cambio, hizo los cielos,...*⁶⁵³.

Sermón 163 A, 3: Por lo tanto, amadísimos, *camina en el espíritu y no deis cumplimiento a los deseos de la carne. Mientras te encuentres en esta lucha, no presumas de las fuerzas de tu libre albedrío, pues te vencerá tu contrario. Implora el auxilio de la gracia divina, y entonces vencerás a la concupiscencia de la carne que se rebela contra ti. Mas es posible que ya hayas sido vencido y dirás quizá: “Ya estoy vencido, ya la concupiscencia tiene sus armas contra mí, ya reina el pecado en mi cuerpo mortal para obedecer sus deseos”. Exclama y di con Pablo: ¡Desdichado de mí!, ¿quién me libraré del cuerpo de esta muerte? Me deleito en la ley de Dios según el hombre interior, pero veo otra ley en mis miembros que se opone a la ley de mi mente y me lleva cautivo en la ley del pecado que reside en mis miembros. El gran maestro del campo de batalla es llevado (como) prisionero; ¿qué puedo hacer yo, prisionero y débil? Implora, pues, el auxilio de la gracia. Se te responderá con estas palabras: La gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor. ¿Quién, pregunta, me libraré del cuerpo de esta muerte? ¡Oh maniqueo!, advierte que dijo: Del cuerpo de esta muerte y no “de la cautividad de aquella raza”. La gracia de Dios, dice, por Jesucristo nuestro Señor. ¡Oh pelagiano!, advierte que dijo: Por Jesucristo nuestro Señor, no “por nuestro libre albedrío”*⁶⁵⁴.

Sermón 164 A: Hay quienes piensan que sólo se ha de dar limosna a los justos, y que no conviene, en cambio, dar nada a los pecadores.

postea venit in Africam. Quo postea venit, ipsos deseruit? Immo non deseruit, si nolint. Nam et nos Afri sumus; utique Evangelium, quod venit in Africam, manet hic in catholicis Afris, quomodo in omnibus **gentibus** manet. Nam et per omnes **gentes** sunt haeretici, alii ibi, alii hic; et non sunt noti Afri, qui sunt in illis **gentibus**. De vite praecisi sunt. Catholica enim novit omnes; ipsi se non noverunt. Etenim vitis, unde sarmenta praecisa sunt, novit omnia sarmenta, et quae in se manent, et quae de se praecisa sunt. Etenim ubique diffusa est **Ecclesia** catholica. Illa sarmenta, ubi praecisa sunt, ibi remanserunt; ad alias partes et alias partes pervenire non potuerunt. Illa autem ubique diffusa, ubique tenet suos, ubique plangit praecisos; clamat ad omnes, ut revertantur et inserantur. Clamor eius non auditur, sed tamen ubera caritatis manare exhortatione non quiescunt. Sollicita est pro praecisis; clamat in Africa ad Donatistas, clamat in Oriente adversus Arianos, adversus Fotinianos, adversus alios atque alios. Quia enim ubique diffusa est, ubique invenit, contra quos clamat; quia in illa erant, et de illa praecisa sunt. Sarmenta coeperunt infructuosa esse, et praecisa sunt; si non permaneant in infidelitate, rursus inserentur. Haec audite, fratres, cum timore, ne superbiatis; cum caritate, ut etiam pro illis oretis. Conversi ad Dominum.

⁶⁵³ Lumen ex lumine, Filium de Patre, *salutare eius. Annuntiate in **gentibus** gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius. Ecce quomodo domus aedificatur post captivitatem. Terribilis est super omnes deos. Super quos deos? Quoniam omnes dii **gentium** daemonia; Dominus autem caelos fecit.*

⁶⁵⁴ Ergo, carissimi, *spiritu ambulate, et concupiscentias carnis ne perfeceritis. In hac pugna constitutus, noli praesumere de liberi arbitrii tui viribus; nam vincit te adversarius. Implora adiutorium gratiae Dei, et tunc vincis rebellantem contra te concupiscentiam carnis. Sed forte iam victus est, et inquires forte: Iam victus sum, iam contra me tenet arma concupiscentia, iam **regnat** peccatum in meo mortali corpore ad oboediendum desideriis eius. Exclama, et dic cum Paulo: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Condelector legi Dei secundum interiorem hominem; video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis. Tantus campi doctor captivus ducitur; quid facio ego captivus et infirmus? Implora ergo adiutorium gratiae; respondebitur tibi, et dicetur: Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Quis me, inquit, liberabit de corpore mortis huius? O Manichaeae, de corpore mortis huius dixit, non de captivitate **gentis** illius. Gratia, inquit, Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. O Pelagiane, per Iesum Christum, inquit, Dominum nostrum, non per liberum arbitrium nostrum.*

A la cabeza de este error se encuentran los maniqueos; creen que en cualquier alimento se hallan mezcladas y reunidas partículas de Dios, y opinan que ha de evitarse que se vean manchadas por los pecadores y enredadas en lazos más miserables. Esta insensatez, que ofende la sensibilidad de cualquier persona sana con sólo proponérsela, quizá no merezca siquiera ser refutada.

Pero algunos, sin pensar nada de eso, opinan que no se ha de alimentar a los pecadores para no atentar contra Dios, cuya indignación contra ellos se manifiesta de manera que también nosotros podemos ser objeto de su ira si queremos socorrer a quienes él quiere castigar. Incluso presentan como pruebas textos de las Sagradas Escrituras en los que leemos: *Otorga misericordia y no recibas al pecador; véngate de los impíos y pecadores. Haz bien al humilde y nada des al impío, porque también el Altísimo tiene odio a los pecadores y se venga de los impíos.* Al no entender cómo han de tomarse estas palabras se revisten de una detestable crueldad. De aquí la conveniencia, hermanos, de hablar a vuestra caridad acerca de este tema, no sea que por error de comprensión no cumpláis la divina voluntad.

El apóstol Pablo afirma clarísimamente que la misericordia ha de otorgarse a todos. Dice: *Mientras tenemos tiempo, no nos cansemos de hacer el bien a todos, pero especialmente a los hermanos en la fe.* Del texto se desprende con bastante claridad que los justos han de ser los primeros en beneficiarse de estas obras. En efecto, ¿quiénes otros han de entenderse bajo la expresión *hermanos en la fe* si en otro lugar encontramos escrito que *el justo vive de la fe*? Pero no se han de cerrar las entrañas de misericordia a los otros hombres, incluidos los pecadores, ni siquiera si nos miran con ánimo hostil, pues nuestro Salvador nos dice y advierte: *Amad a vuestros enemigos, haced el bien a quienes os odian.* Ni siquiera en los libros del Antiguo Testamento se calló esto. Allí está escrito: *Si tu enemigo tiene hambre, dale de comer; si tiene sed, dale de beber,* texto del que se sirvió también el Apóstol ya en el Nuevo.

Pero no por eso es falso lo que antes pusimos; son también preceptos de Dios: *Otorga misericordia y no recibas al pecador.* Tales cosas se dijeron para que a ningún pecador hagas el bien por el hecho de ser pecador; para que hagas el bien a quien te odia no por ser pecador, sino por ser hombre. De esta forma cumplirás ambos preceptos y no serás ni perezoso en la venganza ni inhumano al negar el socorro. Todo el que arguye con rectitud al pecador, ¿qué otra cosa muestra sino que no quiere que sea pecador? Así, pues, odia en él lo que también Dios odia, para que perezca lo que hizo el hombre y se vea libre lo que hizo Dios. El pecado, en efecto, lo hizo el hombre; al hombre en cambio lo hizo Dios. Cuando pronunciamos juntos estos dos nombres: hombre pecador, no lo hacemos en balde. En cuanto es pecador, corrígelo, y en cuanto es hombre, ten piedad de él. De ninguna manera conseguirás librar al hombre si no persigues en él al pecador.

Toda disciplina mira a esto y se adapta y acomoda a cualquier clase de gobernante: no sólo al obispo que gobierna a su pueblo, sino también al pobre que gobierna su casa, al rico que gobierna su familia, al marido que gobierna a su mujer, al padre que gobierna a sus hijos, al magistrado que gobierna su provincia y al rey que gobierna su nación. Todos éstos, si son buenos, quieren, ciertamente, bien a aquellos a los que gobiernan y, según el poder que les fue concedido por el Señor de todo, que gobierna incluso a los gobernantes, se esfuerzan para que aquellos a los que gobiernan permanezcan en vida como hombres y perezcan como pecadores. De esta forma cumplen lo que está escrito: *Otorga misericordia y no recibas al pecador,* para que no quieran que se salve en él la condición de pecador; y *véngate de los impíos y pecadores,* significando aquí que ha de destruirse en ellos lo que los hace impíos y pecadores; *haz bien al humilde,* por el hecho de ser humilde, y *nada des al impío,* por el hecho de ser impío; *puesto que también el Altísimo tiene odio a los pecadores y se venga de los*

impíos, quien, sin embargo, dado que no sólo son pecadores e impíos, sino también hombres, *hace salir su sol sobre buenos y malos y llueve sobre justos e injustos*. Por lo tanto, ningún hombre ha de encontrar cerrada la puerta de la misericordia ni abierta la de la impunidad para su pecado.

De aquí se ha de comprender, sobre todo, cómo no ha de despreciarse la limosna que se otorga a cualesquiera pobres por derecho de humanidad si ya el mismo Señor aliviaba la indigencia de los mismos incluso sacando de la bolsa que llenaba con las aportaciones de los otros. Quizá alguno dirá que no fueron pecadores aquellos hombres débiles y mendigos que según mandato del Señor han de ser más bien invitados, ni tampoco aquellos a quienes él solía dar de la bolsa; y que, por lo tanto, no se sigue de estos testimonios tomados del Evangelio el mandato de que los misericordiosos acojan y alimenten a los pecadores. Pongan esos atención a lo que ya antes mencioné, pues sin duda son pecadores y malvados en grado sumo quienes odian y persiguen a la Iglesia, de los cuales, no obstante, se dice: *Haced el bien a quienes os odian*, y esto se apuntala con el ejemplo de Dios Padre, *que hace salir su sol sobre buenos y malos y llueve sobre justos e injustos*.

Por ello, no acojamos a los pecadores por ser pecadores; pero, no obstante, tratémoslos con delicadeza humana por sí mismos, puesto que también son hombres. Persigamos en ellos su propia maldad y tengamos piedad de nuestra común condición. *Y así, mientras tenemos tiempo, no nos cansemos de hacer el bien a todos, pero especialmente a los hermanos en la fe.*⁶⁵⁵

⁶⁵⁵ Sunt qui existimant eleemosinas iustis tantummodo esse praebendas, peccatoribus autem eiusmodi dari oportere.

In hoc errore primum sacrilegi locum Manichaei tenent, qui credunt in quocumque cibo Dei membra permixta et colligata detineri, quibus censent esse parcendum, ne a peccatoribus polluantur, et nodibus miserioribus implicentur. Haec insania minus digne fortasse refellitur, quam sanorum omnium sensus offendit, si tantummodo proponatur.

Nonnulli autem, nihil tale sentientes, ideo peccatores putant non esse pascendos, ne contra Deum conemur, cuius in eis indignatio declaratur, tamquam ex hoc etiam nobis possit irasci, quia eis volumus subvenire, quos vult ipse punire. Adhibent etiam testimonia Scripturarum sanctarum, ubi legimus: *Da misericordiam, et ne suscipias peccatorem, et impiis et peccatoribus redde vindictam. Bene fac humilii, et ne dederis impio. Quoniam et altissimus odio habet peccatores, et impiis reddet vindictam*. Haec verba quemadmodum accipienda sint non intellegentes, detestabili crudelitate induuntur. Unde nos oportet de hac re, fratres, vestram alloqui caritatem, ne cogitatione perversa cum divina voluntate non consentiatis.

Omnibus esse impertiendam misericordiam docet Paulus apostolus apertissime dicens: *Infatigabiles, inquit, cum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei*. Unde revera satis apparet, in huiusmodi operibus iustos esse praeponendos. Quos enim alios intellegamus *domesticos fidei*, cum alibi aperte sit positum: *Iustus ex fide vivit?* Non tamen aliis hominibus, etiam peccatoribus, misericordiae claudenda sunt viscera, nec si etiam adversum nos hostilem animum gerant, ipso nostro Salvatore dicente ac monente: *Diligite inimicos vestros, bene facite his qui oderunt vos*. Neque hoc in Libris Veteribus tacitum est. Ibi enim legitur: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; siti, potum da illi*, quo etiam in Novo et Apostolus usus est.

Nec ideo tamen falsa sunt quae supra posuimus, quia et ipsa divina praecepta sunt: *Da misericordiam, et ne suscipias peccatorem*. Illa enim ob hoc dicta sunt, ne cuiquam peccatori propterea bene facias, quia peccator est, ut bene autem facias ei qui te odit, non quia peccator, sed quia homo est. Ita utrumque praeceptum tenebis, nec ad vindicandum remissus, nec ad subveniendum inhumanus. Omnis enim qui recta arguit peccatorem, quid aliud quam non vult eum esse peccatorem? Odit ergo in illo quod et Deus odit, ut perimatur quod homo fecit, et liberetur quod Deus fecit. Peccatum quippe homo fecit, ipsum autem hominem Deus. Et duo ista nomina cum dicimus, homo peccator, non utique frustra dicuntur. Quia peccator est corripe, et quia homo est, miserere. Nec omnino liberabis hominem, nisi eum persecutus fueris peccatorem. Huic officio omnis invigilat disciplina, sicut cuique regenti apta et accomodata est, non solum episcopo regenti **plebem** suam, sed etiam pauperi regenti domum suam, diviti regenti familiam suam, marito regenti coniugem suam, patri regenti prolem suam, iudici regenti provinciam suam, regi regenti **gentem** suam. Omnes hi, cum boni sunt, eis quos regunt bene utique volunt, et secundum impertitam ab universorum Domino potestatem, qui etiam regentes regit, dant operam ut idem

Sermón 165, 5: El Apóstol dobló sus rodillas por nosotros para que seamos capaces de todo eso; más aún, para que se nos conceda. También el Evangelio nos atemoriza: *A vosotros se os ha dado conocer los misterios del reino, pero no a ellos. A quien tiene se le dará. ¿Quién tiene para que se le dé, sino aquel a quien se le ha dado? En cambio, a quien no tiene, hasta lo que tiene se le quitará. ¿Quién es el que no tiene sino aquel a quien no se le ha dado? ¿Por qué, pues, a uno se le ha dado y a otro no? No temo decirlo: esta es la profundidad de la cruz. De no sé qué profundidad del juicio de Dios, que no puede escrutarse ni contemplarse, de ahí procede todo lo que podemos. Veo lo que puedo, pero no por qué o de dónde lo que puedo, a no ser lo que hasta el presente he llegado a ver: sé que es don de Dios. ¿Por qué a éste sí y a aquél no? Es demasiado para mí, es un abismo, es la profundidad de la cruz. Puedo exclamar admirado, pero no puedo demostrarlo con discursos. ¿Qué puedo exclamar referente a esta profundidad? ¡Qué magníficas son tus obras, Señor! Los gentiles reciben la luz; los judíos son cegados. Algunos niños son lavados en el sacramento del bautismo; otros, en cambio, quedan abandonados en la muerte del primer hombre. ¡Qué magníficas son tus obras, Señor! ¡Tus pensamientos son demasiado profundos! Y continúa: *El ignorante no los conoce, y el necio no los comprende. ¿Qué es lo que no comprende ni el necio ni el ignorante? Se trata de algo profundo, pues si el necio no lo entiende, pero sí el sabio, no es demasiado profundo. Pero si el sabio se da cuenta de la profundidad, el necio ni eso advierte*⁶⁵⁶.*

ipsi quos regunt, et conserventur homines, et pereant peccatores. Ita implent quod scriptum est: *Da misericordiam et ne suscipias peccatorem*, ne hoc in illo salvum, quod peccator est, velint; *et impiis et peccatoribus redde vindictam*: et in hoc, ipsum quod impii et peccatores sunt deleatur in eis; *bene fac humili*, propter hoc quod humilis est, *et ne dederis impio*, propter hoc quod impius est, *quoniam et Altissimus odio habet peccatores et impiis reddet vindictam*, qui tamen, quia non solum peccatores et impii, verum etiam et homines sunt, *facit oriri solem suum super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos*. Ita nulli hominum claudenda est misericordia, nulli peccato impunitas relaxanda.

Hinc itaque maxime intellegendum est, quam non sit contemnenda eleemosina, quae quibusque pauperibus iure humanitatis impenditur, quando quidem Dominus sublevabat indigentiam pauperum, etiam ex his loculis quos ex opibus implebat aliorum. Quod si forte quis dixerit, nec illos debiles et mendicos, quos Dominus iussit potius invitari, nec illos quibus solebat de loculis erogare, peccatores fuisse; ideo non esse consequens, ut propter haec evangelica testimonia, etiam peccatores a misericordiis suscipi vel pasci iubeantur; illud attendat, quod iam superius memoravi, quia utique peccatores et maxime scelerati sunt, qui oderunt et persequuntur **Ecclesiam**, de quibus tamen dicitur: *Bene facite his qui oderunt vos*. Et hoc exemplo Dei patris astruitur, *qui facit solem suum oriri super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos*.

Non ergo suscipiamus peccatores propter quod sunt peccatores, sed tamen eos ipsos, quia et homines sunt, humana consideratione tractemus. Persequamur in eis propriam iniquitatem, misereamur communem conditionem. Et sic *infatigabiles, cum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei*.

⁶⁵⁶ Haec ut possimus, flexit genua sua pro nobis Apostolus, utique ideo ut detur nobis. Terret enim et Evangelium: *Vobis datum est scire mysterium regni, illis autem non est datum. Qui enim habet, dabitur ei. Quis autem habet cui dabitur, nisi cui datum est? Qui autem non habet, et quod habet auferetur ab eo. Quis autem non habet, nisi cui non est datum? Quare ergo illi datum est, et illi non est datum? Non me piget dicere, hoc est profundum crucis. De profundo nescio quo iudiciorum Dei, quae perscrutari contemplarique non possumus, procedit omne quod possumus. De profunditate, inquam, nescio qua iudiciorum Dei, quae inscrutabilia contemplari non possumus, perscrutari non valemus, procedit omne quod possumus. Quod possum, video: unde possim, non video; nisi quia et hoc hactenus video, quod novi esse a Deo. Quare autem illum, et non illum; multum est ad me, abyssus est, profundum crucis est; admiratione exclamare possum, disputatione demonstrare non possum. Quid possum exclamare de ista profunditate? *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! Gentes* illuminantur, Iudaei excaecantur. Quidam parvuli sacramento Baptismatis abluuntur, quidam vero parvuli in morte primi hominis relinquuntur. *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! Nimis profundae factae sunt cogitationes tuae!* Et sequitur: *Vir imprudens non cognoscit, et stultus non intellegit haec. Quid non intellegit stultus et**

Sermón 165, 8: ¿También en esto he de prestarte oídos a ti y no, más bien, al Doctor de los gentiles?⁶⁵⁷

Sermón 168, 1: ¡Gozo grande el nuestro! Somos promesa de Dios a Abrahán: *En tu linaje serán benditos todos los pueblos*, nosotros éramos el objeto de la promesa. Por eso mismo él nos hizo hijos de la fe de Abrahán, puesto que tiene poder para realizar lo que prometió⁶⁵⁸.

Sermón 169, 9: De aquí procedía también el perseguir a la Iglesia emulando las tradiciones paternas, es decir, el establecer la propia justicia en lugar de buscar la de Dios. Ved, pues, por qué perseguía a la Iglesia. *¿Qué diremos, pues?*, pregunta en otro lugar el mismo Apóstol. *Los gentiles que no buscaban la justicia la alcanzaron*. Pero ¿cuál? *La justicia que viene de la fe*. Los gentiles no buscaban la justicia que proviene de la ley como si fuera la suya propia, justicia que brota del temor del castigo, no del amor a la misma justicia; mas, puesto *que no la buscaban, alcanzaron la justicia, pero la justicia que viene de la fe*. *En cambio, Israel que iba tras la ley de la justicia, no llegó a ella*. ¿Por qué? Porque no buscaba la que viene de la fe. No puso su esperanza en Dios, no la esperó de Dios, no se la pidió a Dios, no creyó en quien justifica al impío; no se hizo semejante al publicano aquel que, vueltos los ojos a tierra y golpeando su pecho, decía: *Señor, séme propicio, que soy pecador*. Por lo tanto, *aunque iba tras la ley de la justicia, no llegó a ella*. ¿Por qué? Porque no la buscaba en la fe, sino, en cierto modo, en las obras. *Tropezaron en la piedra*. He aquí por qué perseguía Pablo a la Iglesia. Cuando esto hacía tropezaba en la piedra. Cristo, en su humildad, yacía en la tierra; él mismo estaba sin duda también en los cielos, a donde había elevado su carne resucitada de entre los muertos; pero si no yaciera en tierra no hubiese gritado a Pablo: *¿Por qué me persigues?* Así, pues, uno yacía porque llevaba por delante la humildad, y el otro tropezaba porque no veía. ¿Y a qué se debía ese no ver? A la hinchazón de la soberbia. ¿Qué es la hinchazón de la soberbia? La justicia propia. Propia, aunque proceda de la ley. ¿Qué significa este “de la ley”? Que se origina del cumplimiento de sus preceptos. ¿Qué significa “propia”? Que se debe a las propias fuerzas. Estaba ausente el amor, el amor a la justicia, el amor a la caridad de Cristo. ¿Y de dónde le vino el amor? Era presa del temor, pero reservaba en su corazón un lugar para la futura caridad. En la plenitud de su furor soberbio y jactancioso, cuando se gloriaba ante los judíos de perseguir a la Iglesia llevado por el celo de las tradiciones paternas, cuando más encumbrado se creía, escuchó de lo alto la voz de nuestro Señor Jesucristo, sentado ya en el cielo, pero recomendando todavía la humildad: *“Saulo, dijo, ¿por qué me persigues? Duro es para ti dar coces contra el aguijón.”*⁶⁵⁹

imprudens? Quia vel profundum est. Nam si stultus non intellegit, et sapiens intellegit, non est nimis profundum. Sed si sapiens intellegit quia profundum est, stultus non intellegit quia vel profundum est.

⁶⁵⁷ Et hic te auditorus sum, et non potius Magistrum **Gentium**?

⁶⁵⁸ Magnum nostrum gaudium; nos promisit Abrahae; nos promissionis filiis sumus. Quando enim dictum est Abrahae: *In semine tuo benedicentur omnes gentes*, nos promissi sumus. Ergo ipse nos fecit filios fidei Abrahae, qui potens est facere quod promisit.

⁶⁵⁹ Hinc enim erat et illud, quod **Ecclesiam** persequeretur, secundum aemulationem paternarum traditionum; inde erat, quia suam iustitiam constituebat, non iustitiam Dei quaerebat. Videte enim, qua inde persequeretur **Ecclesiam**. *Quid ergo dicemus?* ait alio loco ipse Apostolus: *Quia gentes quae non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam*. Sed quam? *Iustitiam autem quae ex fide est. Gentes autem quae non sectabantur iustitiam, quae ex lege est, quasi propriam suam, quae fit de timore poenae, non de amore iustitiae; quia non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam; iustitiam autem quae ex fide est. Israel autem, inquit, persequens legem iustitiae, in legem iustitiae non pervenit. Quare? Quia non ex fide. Quid est: Quia non ex fide?* Non speravit in Deum, non illam petivit a Deo, non credit in

Sermón 173, 2: Nuestra fe dista mucho de la de los gentiles por lo que respecta a la resurrección de los muertos. Ellos no la aceptan de ninguna manera, porque no tienen dónde acogerla. La voluntad del hombre es preparada por el Señor para que sea receptáculo de la fe⁶⁶⁰.

Sermón 173, 3: Por eso dice también el Apóstol: *Respecto de los muertos no quiero, hermanos, que viváis en la ignorancia, para que no os entristezcáis como los gentiles, que no tienen esperanza.* No dice solamente: *Para que nos entristezcáis*, sino: *para que no os entristezcáis como los gentiles, que no tienen esperanza.* Es de necesidad que os entristezcáis, pero adonde llega la tristeza, allí entre el consuelo de la esperanza⁶⁶¹.

Sermón 174, 3: Por eso Zaqueo, que quería verle, simbolizando a las personas humildes, no pone su mirada en la turba, que es impedimento, sino que sube a un sicómoro, como al árbol de fruto necio. *Pues nosotros*, dice el Apóstol, *predicamos a Cristo crucificado, escándalo ciertamente para los judíos y –contempla el sicómoro–necedad, en cambio, para los gentiles*⁶⁶².

Sermón 175, 3: Puesto que ya reconoces a los dementes, reconoce también al médico. *Padre, perdónales, porque no saben lo que hacen.* Ellos, tras haber perdido la mente, se ensañaban contra él y, en su furor, derramaban la sangre del médico; él, en cambio, hasta de su sangre preparaba el medicamento para los enfermos. No fueron vanas, en efecto, aquellas palabras tuyas: *Padre, perdónales porque no saben lo que hacen.* Se escucha al cristiano cuando ora y ¿no es escuchada la oración de Cristo? Quien escucha juntamente con el padre por ser Dios, ¿no es escuchado en su ser humano que tomó por nosotros? Ciertamente fue escuchado. Allí estaban, allí mostraban su crueldad; de ellos eran quienes le lanzaban reproches y le decían: *Ved que*

eum qui iustificat impium; non fuit similis Publicano oculos in terram deicienti, pectus suum percutienti, et dicenti: *Domine, propitius esto mihi peccatori.* Ergo: *Persequens legem iustitiae, in legem iustitiae non pervenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis.* Ecce unde Saulus persequabatur **Ecclesiam**. Quando enim persequabatur **Ecclesiam**, in lapidem offensionis offendebat. Christus humilis in terra iacebat; in caelis quidem et ipse erat, levata illa carne sua a mortuis resuscitata; sed nisi et in terra Christus iaceret, non ipse Saulo clamaret: *Quid me persequeris?* Ergo ille iacebat, quia humilitatem praeferebat; ille offendebat, quia non videbat. Et totum hoc non videre, unde erat? De tumore superbiae. Quid est: De tumore superbiae? Quasi de iustitia sua. Ex lege quidem, sed sua. Quid est: Ex lege? Quia in mandatis legis. Quid est: De sua? Tamquam de viribus suis. Amor deerat, amor iustitiae, amor caritatis Christi. Et unde illi amor? Solus illum possidebat timor, sed caritati venturae locum in corde servabat. Cum saeviret erectus, iactabundus, glorians apud ipsos Iudaeos quod secundum aemulationem paternarum traditionum persequabatur **Ecclesiam**; cum sibi videretur excelsus, audivit desuper vocem Domini nostri Iesu Christi, iam in caelo sedentis, et adhuc humilitatem commendantis: *Saule, inquit, Saule, quid me persequeris? Durum est tibi adversus stimulum calces mittere.*

⁶⁶⁰ Est autem fides nostra maxime discreta ab omni fide **Gentilium** in resurrectione mortuorum. Hanc enim illi omnino non recipiunt: quia ubi recipiant, non habent. A Domino enim praeparatur voluntas hominis, ut sit fidei receptaculum.

⁶⁶¹ Ideo et Apostolus: *De dormientibus*, inquit, *nolo vos ignorare, fratres, ut non contristemini, sicut et Gentes, quae spem non habent.* Non tantum ait: *ut non contristemini*; sed, *ut non sic contristemini, quemadmodum Gentes, quae spem non habent.* Necesse est enim ut contristemini: sed ubi contristaritis, consoletur te spes.

⁶⁶² Hunc ergo volens videre Zacchaeus, in quo figurabatur persona humilium, non attendit turbam impiedientem; sed ascendit sycomorum, quasi fatui pomi lignum. *Nos enim*, inquit Apostolus, *praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum: attende sycomorum: Gentes autem stultitiam.*

come con publicanos y pecadores. Formaban parte del mismo pueblo que daba muerte al médico, quien con su sangre les preparaba el antídoto. Como el Señor no sólo derramó su sangre, sino que hasta se sirvió de su muerte para confeccionar el medicamento, del mismo modo resucitó para dar una prueba de la resurrección. Con paciencia padeció, para enseñarnos, la paciencia a nosotros y en su resurrección nos mostró el premio de esa virtud. Más aún: como sabéis, y todos lo confesamos, subió al cielo y luego envió el Espíritu Santo prometido con anterioridad. Había dicho a sus discípulos: *Permaneced en la ciudad hasta que seáis revestidos con la fuerza de lo alto.* Llegó, pues, el prometido por él, vino el Espíritu Santo, llenó a los discípulos y comenzaron a hablar en las lenguas de todos los pueblos, que aparecía en ellos como signo de unidad. Entonces un solo hombre hablaba todas las lenguas, porque la unidad de la Iglesia hablaría en todas ellas. Se asustaron quienes les escuchaban. Sabían que eran hombres ignorantes, que sólo hablaban una lengua; y se llenaban de admiración y estupor, porque los hombres que hablaban una sola lengua, o a lo más dos, hablaban en las de todos los pueblos. Quedaron paralizados por el estupor, perdieron el orgullo y de montes se convirtieron en valles. Si ahora son humildes, son valles; acogen lo que infundas sobre ellos, no lo dejan pasar. Si cae el agua sobre las cumbres, corre y fluye; si llega a alguna concavidad o lugar hondo, éste la recoge y ella se detiene. Así eran ya aquéllos: se llenaban de estupor y admiración; habían perdido su crueldad⁶⁶³.

Sermón 176, 6: Retened esto y perseverad en ello. Que nadie cambie; que nadie sea leproso. La doctrina inconstante, que cambia de color, simboliza la lepra de la mente; también ésta la limpia Cristo. Quizá pensaste distintamente en algún punto, reflexionaste y cambiaste para mejor tu opinión, y de este modo lo que era variado pasó a ser de un único color. No te lo atribuyas, no sea que te halles entre los nueve que no le dieron las gracias. Sólo uno se mostró agradecido; los restantes eran judíos; él, extranjero, y simbolizaba a los pueblos extraños; aquel número entregó a Cristo el diezmo. A él, por tanto le debemos la existencia, la vida y la inteligencia; a él debemos el ser hombres, el haber vivido bien y el haber entendido con rectitud. Nuestro no es nada, a no ser el pecado que poseemos. Pues ¿qué tienes que no hayas recibido? Así, pues, vosotros, sobre todo quienes entendéis lo que oís: que es preciso curarse de la

⁶⁶³ Agnoscis phreneticos, agnosce et medicum. *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Illi perdita mente saeviebant, et medici sanguinem saeviendo fundebant; ille autem etiam de ipso sanguine suo aegrotis medicamenta faciebat. Non enim vere frustra dixit: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Orat christianus, et exauditur; orat Christus, et non exauditur? Nam qui exaudit cum Patre, quia Deus est, quomodo non exauditur homo, quod pro nobis factus est? Prorsus exauditus est. Ibi erant, ibi saeviebant; de his erant qui reprehendebant eum, et dicebant: *Ecce cum publicanis et peccatoribus convescitur.* Erant in ipso **populo**, a quo ipse medicus occidebatur, et in eius sanguine etiam ipsis antidotum parabatur. Cum enim Dominus non solum sanguinem funderet, verum etiam ipsam suam mortem ad medicamenti confectionem impenderet; resurrexit ad demonstrandum resurrectionis exemplum. Patientia sua passus est, ut doceret patientiam nostram; et in resurrectione sua praemium patientiae demonstravit. Item, ut nostis, et omnes confitemur, ascendit in caelum, deinde ab eo Spiritus Sanctus est missus, ante promissus. Dixerat enim discipulis suis: *Sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto.* Venit ergo et promissio ipsius, venit Spiritus Sanctus, implevit discipulos, coeperunt loqui linguis omnium **gentium**: signum in illis procedebat unitatis. Loquebatur enim tunc unus homo omnibus linguis; quia locutura erat unitas **Ecclesiae** in omnibus linguis. Expaverunt qui audiebant. Noverant enim homines idiotas fuisse, unius tantum linguae; et mirabantur ac stupebant, quod unius linguae homines, vel ut multum duarum, linguis omnium **gentium** loquerentur: suspensi sunt stupore, perdiderunt elationem, de monte facti sunt valles. Iam si humiles sunt, valles sunt; quod infuderis capiunt, non dimittunt. Si venerit aqua super altitudinem, decurrit et defluit: si venerit aqua ad concavum et humilem locum, et capitur et stat. Tales iam illi erant; stupebant, mirabantur, perdiderant saevitiam.

enfermedad, elevad a lo alto vuestro corazón purificado de la variedad y dad gracias a Dios⁶⁶⁴.

Sermón 183, 11: Después de su resurrección, dice a los discípulos: *¿No sabíais que convenía que se cumpliera todo cuanto está escrito en la ley de Moisés, en los profetas y en los salmos de mí? Entonces, continúa diciendo el evangelista, entonces les abrió la inteligencia para que comprendieran las Escrituras y les dijo: Así, convenía que Cristo padeciera y resucitara de los muertos al tercer día.* He aquí al esposo, al que confesó Pedro, es decir, el hijo de Dios vivo; convenía que padeciese y resucitara al tercer día. Se había realizado ya, lo veían cumplido, tenían la cabeza y buscaban el cuerpo. ¿Cuál es la cabeza? El mismo Cristo que padeció y al tercer día resucitó es la cabeza. ¿Cuál es el cuerpo? La misma Iglesia. Por tanto, los discípulos veían la cabeza, pero no el cuerpo. Muéstreles la cabeza el cuerpo a quienes no lo ven. Dinos, Señor Jesús; dinos, esposo santo; instrúyenos acerca de tu cuerpo, de tu esposa, de tu amada, de tu paloma, a la que diste tu sangre por dote, di: *Convenía que Cristo padeciera y resucitara de entre los muertos al tercer día.* Esto del esposo; habla también de la esposa, escribe las tablillas de tu matrimonio. Escuchad lo que dice de la esposa: *Y se predicase, dice. Así sigue: Convenía que Cristo padeciese y resucitase de entre los muertos al tercer día y en su nombre se predicase la penitencia y el perdón en todos los pueblos. ¿Dónde te escondes? En todos los pueblos, comenzando por Jerusalén.* Así se cumplió. Hemos leído la promesa y estamos viendo la realidad. Esta es mi luz; ¿dónde está tu oscuridad? Así, pues, Cristo es el esposo de esta Iglesia que predica en todos los pueblos y que pulula y crece hasta los confines de la tierra, comenzando por Jerusalén: de esta Iglesia es esposo Cristo. “Tú, ¿qué dice? ¿De qué Iglesia es esposo Cristo? ¿Del partido de Donato? De esa no es él el esposo, no es él. Hemos venido a un matrimonio, leamos las tablillas y no discutamos. Si tú dices que Cristo es el esposo de la Iglesia constituida por el partido de Donato, yo leo las tablillas y encuentro que Cristo es el esposo de la Iglesia extendida por todo el orbe de la tierra. Si dice: “Es aquél”, y en realidad no lo es, niegas que Cristo vino en la carne⁶⁶⁵.

⁶⁶⁴ Hoc tenete, in hoc persistite. Nemo variet, nemo leprosus sit. Doctrina inconstans, non habens unum colorem, mentis lepram significat: et istam Christus mundat. Forte in aliquo variasti, et inspexisti, et in melius sententiam commutasti; et quod varium erat, unius coloris effectum est. Noli tibi tribuere, ne sis inter novem qui gratias non egerunt. Unus egit gratias, ceteri Iudaei erant; ille alienigena erat, **gentes** alienigenas significabat, numerus ille Christo decimas dedit. Illi ergo debemus quod sumus, quod vivimus, quod intellegimus: quod homines sumus, quod bene viximus, quod recte intelleximus, illi debemus. Nostrum nihil, nisi peccatum quod habemus. Quid enim habes, quod non accepisti? Vos ergo, maxime qui scitis quid audiatis, curandum ab aegritudine, mundatum a varietate sursum cor ponite, et Deo gratias agite.

Sermón 335 K, 5: Hermanos míos, con la primera venida de nuestro Señor Jesucristo, cual David espiritual procedente del linaje de David, nuestro enemigo recibió un golpe en la frente y quedó postrado. Fue derribada toda la superstición de los gentiles, que ya nunca más pudo levantarse contra la Iglesia de Dios, porque, cuando intentaba hacerlo, ella golpeaba, pero el martirio recibía la corona. Luego, con el crecimiento de la Iglesia, como aquel Goliath llevaba una gran espada de doble filo y llena de crueldad, es decir, la elocuencia de este siglo que sometía a sí muchas mentes, muchos siervos de Dios aprendieron también esa elocuencia para dar muerte a Goliath con su propia espada⁷⁹⁴.

Sermón 335 L, 3: Jesucristo nuestro Señor, que no puede engañarse y a quien nadie engaña, dijo: *Cuando venga el hijo del hombre en su gloria, reunirá en su presencia todos los pueblos, y separará como un pastor las ovejas de los cabritos; las ovejas las pondrá a la derecha y los cabritos a la izquierda.* El menciona las obras buenas de los unos y reprocha las malas a los otros. Para no alargarme, *dirá a los que están a su derecha: “Venid, benditos de mi Padre; recibid el reino, preparado para vosotros desde el comienzo del mundo”*⁷⁹⁵.

Sermón 340 A, 11: Leamos, pues, ese documento, hermanos; ¿por qué seguir disputando? ¿Y si las tablillas de nuestro Señor, de quien nos compró, quitan todo motivo de disputa? Tú dices que la Iglesia de Cristo se halla en los africanos y en África; yo digo que la Iglesia de Cristo está extendida por todos los pueblos. Esta es la cuestión; aquí está el origen de la disputa entre los hermanos. Tú litigas en favor de una

patiuntur, propter iustitiam. Quid mihi exaggeras poenam? o false testis, proba iustitiam. Martyres ergo non facit poena sed causa. Noli exaggerare poenam tuam, proba prius iustitiam tuam, quod facturus non es sed probaturus sane praecisione iniquitatis tuae. Si vultis fratres martyres veros imitari, causam vobis eligit ut dicatis Deo: *iudica me Domine et discerne causam meam a gente non sancta.* Discerne non poenam meam, nam habet hanc et gens non sancta, sed causam meam quam non habet nisi gens sancta. Causam ergo vobis eligit, causam bonam et iustam, quoniam *beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum.*

⁷⁹³ Ipsi gentiles impii immortales esse volunt. Sed se esse posse immortales non credunt. Qui enim fidem non receperunt spem immortalitatis perdiderunt. Non ergo magnum desiderare immortalitatem: hoc enim desiderium est et impiorum; sed quidem magnum credere quod immortales erimus, et sic vivere ut ad ipsam immortalitatem pervenire possimus.

⁷⁹⁴ Fratres mei, prima dispensatione Domini nostri Iesu Christi tamquam illius spiritualis David qui venerat ex genere David, accepit in fronte inimicus noster, et prostratus est. Iacuit omnis superstitio gentium, quae non potuit deinceps se erigere adversus Ecclesiam Dei, quia et quando se erigebat, ipsa tum actuabatur, sed martyrium coronabatur. Deinde proficiente Ecclesia, quoniam magnam quamdam romphaeam vel frameam, id est immanissimum gladium Goliath ille portabat, eloquentiam saeculi huius quae multas sibi mentes subiugabat, multi servi Dei et ipsam eloquentiam didicerunt, ut de suo gladio Goliath interficeretur.

⁷⁹⁵ Dicit enim Dominus noster Iesus Christus, qui non potest falli, qui neminem fallit: *Cum venerit, inquit, Filius hominis in gloria sua, congregabuntur ante eum omnes gentes, et separat eas sicut pastor oves ab haedis: oves ponit ad dexteram, haedos ad sinistram.* Commemorat bona opera illorum, increpat mala illorum. Ne longum faciamus, *dicet eis qui ad dexteram eius sunt: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.*

parte; litigas para seguir en esa parte. Yo te llevo la contraria para que poseas la totalidad. Comprende que es pleito que busca la concordia, un pleito de caridad. No te digo: “Has sido vencido; retírate”. Ya desde el comienzo desagradaron a nuestro Señor Jesucristo los divisores de la herencia. En efecto, uno de la muchedumbre dijo a quien predicaba la verdad a los pueblos: *Señor, di a mi hermano que divida conmigo la herencia*. Y el Señor no quiso confirmar la división, pues había venido a procurar la unidad, según acabamos de oír ahora en el Evangelio sobre la unidad. *Tengo otras ovejas que no son de este redil; conviene que las traiga, para que haya un solo rebaño y un solo pastor*. El Señor, pues, que amaba la unidad y odiaba la división, dijo a aquel hombre: *Dime, ¡oh hombre!: ¿quién me ha constituido en divisor de la herencia entre vosotros?* Yo os digo: *Guardaos de toda avaricia*. No quiso ser divisor de la herencia; había venido a congregar la unidad y a hacer de todas las tierras una única herencia. Léanse los documentos de su herencia; léanse como había comenzado a decir. Resucitó de entre los muertos, se manifestó a los discípulos, no sólo para que lo viesan, sino también para que lo tocasen y palpasen. *Palpad, les dijo; tocad, y ved que los espíritus no tienen carne y huesos como veis que yo tengo*. Habían pensado, en efecto, que era un espíritu, no un cuerpo; que era un fantasma, no él en verdad. *Y cuando aún estaban llenos de extrañeza por el gozo, les dijo: “¿No sabíais que, estando aún en medio de vosotros, os decía que convenía que se cumpliesen todas las cosas que sobre mí están escritas en la ley de Moisés, en los profetas y los salmos?”* ¿Qué significa esto? ¿Qué está escrito sobre él en la ley, en los profetas y en los salmos? Escucha: *Que convenía que Cristo padeciese*. “Lo creo”, dice. Con razón, hermanos; poned atención a lo restante. Leo las tablillas del Señor, leo el documento, o, mejor, el instrumento de nuestra herencia; leámoslo y entendámoslo; ¿por qué litigamos? He aquí la lectura; escucha lo restante: *Convenía que Cristo padeciera*. -¿Crees esto conmigo? -Lo creo-dice. *Y resucitará de entre los muertos al tercer día*. -¿Lo crees conmigo? -Lo creo ciertamente. -Cree también lo restante, y se acabó toda discordia. ¿Qué hay en lo que resta? *Y que se predique en su nombre la penitencia y el perdón de los pecados por todos los pueblos, comenzando por Jerusalén*. Ved lo que leo; ésta es la Iglesia de Cristo: *Por todos los pueblos, comenzando por Jerusalén*. Aférrate a ella conmigo, y se acabó toda discordia. Si no estás en ella, estás en una parte. El vencer te aporta daño, y el ser vencido, ganancia. Reconoce que has sido vencido, y tendrás conmigo a la Iglesia difundida por todos los pueblos, comenzando por Jerusalén⁷⁹⁶.

⁷⁹⁶ Legamus ergo instrumentum, fratres: quare litigamus? Quid si tabulae Domini nostri, emptoris nostri, tollant a nobis litem? Tu dicis **Ecclesiam** Christi in Afris et in Africa esse; ego dico **Ecclesiam** Christi per omnes **gentes** diffundi. Ecce ubi quaestio est, ecce unde rixa inter fratres. Litigas tu pro parte: litigas, ut in parte remaneas. Ego tibi contradico, ut totum possideas. Intellege litem concordem, intellege litem caritatis. Non tibi dico: Victus es, recede. Ab initio enim displicuerunt Domino nostro Iesu Christo divisores hereditatis. Nam praedicanti in **populis** veritatem ait unus de turba: *Domine, dic fratri meo dividat mecum hereditatem*. Et Dominus, qui noluit confirmare divisionem, qui venerat facere unitatem - audivimus enim et modo in Evangelio de ipsa unitate: *Habeo alias oves, quae non sunt de hoc ovili; oportet me eas adducere, ut sit unus grex, et unus pastor*- Dominus ergo, qui amabat unitatem, oderat divisionem, ait illi homini: *Dic, homo, quis me constituit divisorem hereditatis inter vos?* Ego dico vobis: *Cavete ab omni cupiditate*. Noluit esse divisor hereditatis: unitatem venerat congregare, unam hereditatem per terras dare. Legantur instrumenta hereditatis ipsius; legantur, ut dicere coeperam. Resurrexit a mortuis, ostendit se discipulis suis, non solum videndum, sed etiam tangendum et contrectandum. *Palpate, inquit, et tangite, et videte quia spiritus ossa et carnem non habet sicut me videtis habere*. Putarant enim illum spiritum esse, non corpus; fantasma esse, non veritatem. *Et cum adhuc prae gaudio mirarentur, ait illis: non sciebatis quia, cum essem adhuc inter vos, haec dicebam vobis, quia oportebat impleri omnia quae scripta sunt in Lege Moysi et Prophetis et Psalmis de me?* Quid est hoc? quid est scriptum de illo in Lege et Prophetis et Psalmis? Audi: *Quia oportebat Christum pati*. Credo, inquit. Merito, fratres: attendite cetera. Tabulas dominicas lego, instrumentum vel potius testamentum hereditatis nostrae lego; legamus, intellegamus: quare litigamus? Ecce lego, audi

Sermón 340 A, 12: Un abogado, un defensor de ellos, gritó en medio de nuestra conferencia, lleno de angustia: “Ni una causa prejuzga a otra causa, ni una persona a otra persona”. ¿Pecó Ceciliano? Mejor, no pecó Ceciliano; pero supón que pecó Ceciliano. Escucha a quien ciertamente es tu defensor. “Ni una causa prejuzga a otra causa, ni una persona a otra persona”. No prejuzga una persona a otra persona, y ¿Va a prejuzgar a la heredad de Cristo, que se extiende por todos los pueblos comenzando por Jerusalén?⁷⁹⁷

Sermón 342, 4: ¿Quiénes son éstos? Tal vez, los judíos llamados en otro tiempo de Egipto, librados con mano poderosa, pasados por el mar Rojo a pie enjuto, libres de enemigos que los persiguiesen, alimentados con el maná, sacados de la esclavitud, conducidos al reino y rescatados con tantos favores. He aquí los suyos que no la recibieron; pero al no recibirla se convirtieron en extraños. Estaban en el olivo, pero la soberbia los desgajó. El acebuche despreciable y contentible por la amargura de sus frutos se hallaba en todo el mundo, y todo el mundo lo aborrecía por ser silvestre; sin embargo, por su humildad mereció ser injertado allí de donde se desgajó el olivo por su soberbia. Escucha al olivo orgulloso, merecedor de ser desgajado: *nosotros no hemos nacido en la esclavitud; tenemos por padre a Abrahán*. Se les responde: *Si fuerais hijos de Abrahán, haríais las obras de Abrahán*. Saliendo al frente de lo que dijeron: *Nosotros no hemos nacido de la esclavitud*, se les dijo: *Seréis verdaderamente libres si el Hijo os libera*. ¿Os jactáis de ser libres? *Todo el que comete pecado es siervo del pecado*. Así, pues, ¡cuánto más seguro se hallaría el hombre siendo siervo de otro hombre que de un deseo perverso! Ellos, soberbios, no acogieron al humilde. Mira al acebuche digno de ser injertado, al centurión aquel, miembro no del pueblo judío, sino del gentil: *Señor, no soy digno de que entres bajo mi techo*. Y el Señor: *En verdad os digo que no he hallado tanta fe en Israel*. No he hallado en el olivo lo que encontré en el acebuche. Por tanto, córtese el olivo soberbio e injértese el humilde acebuche. Contéplale injertando, contéplale cortando: *Por lo cual os digo que vendrán muchos de oriente y de occidente: vendrán muchos acebuches a injertarse en el olivo; y se sentarán a la mesa con Abrahán, e Isaac, y Jacob en el reino de los cielos*. Acabas de oír cómo es injertado el humilde acebuche; escucha cómo es cortado el olivo soberbio: *En cambio, los hijos del reino irán a las tinieblas exteriores; allí habrá llanto y rechinar de dientes*. ¿Por qué? Porque *los suyos no la recibieron*. ¿Y por qué fue injertado el acebuche? *Porque a cuantos la recibieron les dio el poder de ser hijos de Dios*⁷⁹⁸.

cetera: *Oportebat Christum pati*. Credis mecum? Credo, inquit. *Et resurgere a mortuis tertio die*. Credis mecum? Credo plane. Crede et cetera, et finita est discordia. Quid est illud in ceteris? *Et praedicari in nomine eius paenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem*. Ecce quod lego, haec est **Ecclesia** Christi: *Per omnes gentes, incipiens ab Ierusalem*. Tene illam mecum, et tolles discordiam. Si in illa non eris, in parte eris. Damno tuo vincis, lucro tuo vinceris. Agnosce quia victus es, et tenebis illam mecum per omnes **gentes** diffusam, incipiens ab Ierusalem.

⁷⁹⁷ *Advocatus ipsorum, defensor ipsorum in mediis gestis collationis nostrae clamavit in angustiis: "Nec causa causae, nec persona personae praeiudicat"*. Peccavit Caecilianus? Immo non peccavit Caecilianus, sed pone peccaverit Caecilianus; audi certe defensorem tuum. "Nec causa causae, nec personae persona". Non praeiudicaret uni personae una persona: et praeiudicabit finibus terrae? Praeiudicabit hereditati Christi eunti per omnes **gentes**, incipientibus ab Ierusalem?

⁷⁹⁸ Qui isti sunt? Forte Iudaei olim vocati ex Aegypto, liberati in manu potenti, per Rubrum Mare traieci, per siccum evadentes, hostibus insequentibus carentes, manna pasti, de servitute eruti, ad **regnum** perducti, tot beneficiis empti. Ecce sui, qui non receperunt; sed non recipiendo facti sunt alieni. In oliva erant, superbiendo fracti sunt. Oleaster contemptibilis, amaritudine baccarum aspernabilis, per totum mundum erat; illo totus mundus horrebat silvestri oleastro, sed tamen per humilitatem ibi meruit inseri,

Sermón 346 A, 2: Le anunció que su misma descendencia, es decir, el pueblo que nacería de él según la carne, sería esclavo en Egipto durante cuatrocientos años: así sucedió; que había de ser liberado de aquella esclavitud: fue liberado; que había de recibir la tierra de promisión: la recibió. Se anunciaron cosas muy lejanas en el tiempo y otras más cercanas, y se cumplieron y siguen cumpliéndose. Habló la Palabra del Señor por medio de los profetas, anunciando que aquel pueblo pecaría y sería entregado a las manos de sus enemigos por haber ofendido a su Dios: todo se cumplió; que iría cautivo a Babilonia: se cumplió; que de él saldría Cristo, el rey: vino Cristo, nació Cristo, porque él mismo era la Palabra que proclamaba su venida futura. Se dijo también que los judíos habían de crucificarle, y lo crucificaron; se predijo que resucitaría y sería glorificado, y se cumplió: resucitó y subió al cielo; se predijo que toda la tierra creería en su nombre y que los reyes perseguirían a su Iglesia: ambas cosas se cumplieron; se predijo que los reyes creerían en él: estamos viendo ya la fe de los reyes, y ¿dudamos de la fidelidad de Cristo? Se predijeron las divisiones causadas por los herejes: ¿acaso no las estamos viendo también y no gemimos en medio de las herejías que se hacen sentir por doquier? Se predijo que los ídolos iban a ser destruidos por obra de la Iglesia y del nombre de Cristo: también esto lo vemos cumplirse; se predijeron escándalos en la misma Iglesia, se predijo la cizaña y la paja, cosas todas que no sólo vemos con nuestros propios ojos, sino que lo toleramos con cuanta fortaleza nos ha concedido el Señor⁷⁹⁹.

Sermón 346 A, 3: Hermanos míos, a muchos que no creen ni han oído la voz de los santos patriarcas se los hallará como se halló la multitud en tiempos de Noé: no se salvaron más que cuantos entraron en el arca. Si reflexionasen y cambiasen sus caminos

unde oliva superbiendo praecidi. Audi olivam superbientem, et frangi dignam: *Nos de servitute non sumus nati, patrem habemus Abraham.* Respondetur: *Si filii Abrahae essetis, facta Abrahae faceretis.* Contra id quod dictum est: *De servitute non sumus nati: Si vos Filius liberaverit, vere liberi eritis.* Liberos vos esse iactatis? *Omnis qui facit peccatum, servus est peccati.* Quanto ergo tutius homo servus esses hominis, quam perversae cupiditatis? Illi tamen superbiendo humilem non receperunt. Vide oleastrum dignum inseri, centurionem illum, non de Israeliticis, sed de **Gentilibus**: *Domine, non sum dignus, ut sub tectum meum intres.* Et Dominus: *Amen, dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel.* In oliva non inveni quod inveni in oleastro. Ergo oliva superbiens praecidatur, oleaster humilis inseratur. Vide inserentem, vide praecidentem: *Propterea dico vobis, quia multi ab Oriente et Occidente venient; multus veniet oleaster inserendus in oliva; et recumbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno caelorum.* Audisti quemadmodum oleaster humilis inseratur; audi quemadmodum oliva superba praecidatur: *Filii autem regni ibunt in tenebras exteriores; ibi erit fletus et stridor dentium.* Quare? Quia sui eum non receperunt. Et quare insertus oleaster? Quia *quotquot eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri.*

⁷⁹⁹ Quod ipsum genus, id est, **populus** inde nascens secundum carnem, quod serviturus esset in Aegypto per annos quadringentos: factum est. Quod esset ab illa captivitate liberandus: liberatus est. Quod esset accepturus promissionis terram: accepit. Et longe futura et propinqua dicta sunt, et peracta, et nunc aguntur. Locutus est sermo Domini per prophetas, peccare illam **gentem**, tradendam in manus hostium suorum, quod offenderent Deum suum: facta sunt omnia. Venturam in captivitatem babyloniam; et hoc factum est. Venturum inde regem Christum: venit Christus, natus est Christus, quia ipse Sermo se ipsum pronuntiabat esse venturum. Dictum est quod ipsum crucifixuri essent Iudaei: crucifixerunt. Praedictum est quod resurrecturus et glorificandus esset: factum est, resurrexit, ascendit in caelum. Praedictum est quod in nomine eius omnis terra creditura esset; praedictum est quod reges persecuturi essent **Ecclesiam** eius: facta sunt haec. Praedictum est quod reges credituri essent in eum: tenemus iam fidem regum, et de fide Christi dubitamus? Praedictae sunt haeresum circumcisiones: numquid et ipsas non videmus, et inter eas undique circumstreptentes ingemiscimus? Praedictum est ipsa idola per **Ecclesiam** nomenque Christi esse delenda: et hoc videmus impleri. Praedicta sunt scandala in ipsa **Ecclesia**, praedicta et zizania, praedicta et palea: haec omnia et oculis intuemur, et quantacumque possumus fortitudine impertita a Domino toleramus.

alejándolos de la impiedad y se convirtiesen a nuestro Señor, satisfacerían por sus pecados y, acudiendo con lágrimas a su misericordia, con toda certeza no perecerían. Tampoco dejó de mostrarse misericordioso hacia Nínive, que mereció la salvación en tres días. ¿Hay algo más breve que un espacio de tres días? Pero ellos, a pesar de la premura del tiempo, no dejaron de esperar en la misericordia de Dios para doblegar su clemencia. Si ciudad tan grande dispuso de tres días para conquistar la misericordia de Dios, ¿no hubo tiempo en el espacio de cien, doscientos, trescientos años que duró la construcción del arca? Desde que Cristo comenzó a cortar las maderas incorruptibles en la selva de los gentiles, es decir, de la Iglesia, si aquellos hombres hubiesen cambiado sus caminos y costumbres, si para tener propicio a Dios le hubiese ofrecido el sacrificio de un corazón atribulado, sin duda alguna hubiesen salido ilesos. Teman, pues, los hombres ser hallados así en aquel último día⁸⁰⁰.

Sermón 346 B, 3: Por tanto, hermanos, puesto que somos cristianos y católicos, corramos por este camino que es la única Iglesia de Dios, según está predicha en las Sagradas Escrituras. Dios no quiso que permaneciera oculta, para que nadie tuviera excusa; se predijo que iba a extenderse por todo el orbe de la tierra y a mostrarse a todos los pueblos. Y no deben turbarnos las innumerables herejías y cismas; más no turbarían en el caso de no existir, puesto que han sido predichas. Todos, tanto los que permanecen en la Católica como quienes se hallan fuera de ella, dan testimonio a favor del Evangelio. ¿Qué estoy diciendo? Dan testimonio de que es verdad todo lo que afirma el Evangelio. ¿Cómo se predijo que había de ser la Iglesia de Dios presente en medio de los pueblos? Única, cimentada sobre la roca, invencible para las puertas del infierno. Las puertas del infierno son el principio del pecado: *La paga del pecado es la muerte*, y la muerte pertenece ciertamente a los infiernos. ¿Cuál es el inicio del pecado? Preguntemos a la Escritura. *El principio de todo pecado*, dijo, *es la soberbia*; y si la soberbia es el principio del pecado, la soberbia es la puerta de los infiernos. Considerad ya qué es lo que ha engendrado todas las herejías; no hallaréis ninguna otra madre a no ser la soberbia. Pues cuando los hombres presumen mucho de sí mismos, llamándose santos y queriendo arrastrar a las masas tras de sí, sólo por soberbia dieron origen a las herejías y a los cismas, útiles ambos. Mas como a la Iglesia católica no la vencen los hijos de la soberbia, es decir, todas aquellas herejías y cismas, por eso mismo se predijo: *Y las puertas del infierno no la vencerán*⁸⁰¹.

⁸⁰⁰ Fratres mei, multi non credentes, neque vocem sanctorum patrum audientes, sic habent inveniri, quomodo multitudo illa inventa est in die Noae: non evaserunt nisi qui in arca fuerunt. Nam si cogitarent et immutassent vias suas ab impietate, et ad Dominum nostrum converterentur, satisfacerent ei pro delictis suis et ingemiscentes ad eius misericordiam, sine dubio non perirent. Neque enim Deus in Ninivem immisericors fuit, quae in triduo meruit salvari. Quid tam breve quam triduum? Nec tamen illi in tanta angustia temporis de Dei misericordia desperaverunt ad flectendam eius clementiam. Si ergo triduum spatium habuit tam magna **civitas** flectere ad misericordiam Deum, quantum esse potuit spatium per centum annos, et ducentos, et trecentos, in quibus fabricabatur arca? Ex quo coepit Christus ligna imputribilia de silva **gentium** caedere, id est **Ecclesiae**, si homines illi vias suas moresque mutassent, si ad propitiandum Deo sacrificium contribulati cordis offerrent, sine ulla dubitatione illaesi evaderent. Timeant ergo homines, ne sic inveniantur in illo die novissimo.

⁸⁰¹ Itaque, fratres, curramus in hac via, quia Christiani catholici sumus, quae est una **Ecclesia** Dei, sicut praedicta est in Scripturis sanctis. Non enim latere illam Deus voluit, ut nemo se excusaret: praedicta est futura per orbem terrarum, exhibita est toto orbi terrarum. Nec nos debent movere haereses et schismata innumerabilia: magis nos turbarent, si non essent, quia et ipsa praedicta sunt. Omnes, sive qui manent in catholica, sive qui extra catholicam sunt, attestantur Evangelio. Quid est quod dico? Testimonium dant, vera omnia esse, quae dicta sunt in Evangelio. Quomodo enim praedicta est **Ecclesia** Dei futura per **gentes**? Una, constituta in petra, quam portae inferorum non vincant. Porta inferorum est initium peccati: *Stipendia enim peccati mors*, et mors utique ad inferos pertinet. Quid est autem initium peccati? Scriptura interrogetur. *Initium*, inquit, *omnis peccati superbia*; et si superbia est initium peccati, superbia est porta

Sermón 352, 3: Recuerde cada uno con exactitud el ejemplo que encontramos en aquel primer pueblo. (...) De igual manera, pero al contrario, se dice: *Por tanto, sois linaje de Abrahán*, aunque esté hablando a los gentiles, que no traían su descendencia carnal de Abrahán. Eran sus hijos no porque hubiesen nacido de él, sino porque le imitaban⁸⁰².

Sermón 353, 2: *Puesto que quien ha muerto a la carne deja de pecar, de forma que el resto de su vida en la carne la guía no los deseos humanos, sino la voluntad de Dios. Es suficiente con que el tiempo pasado hayáis satisfecho los deseos de los gentiles viviendo en lascivias, placeres, comilonas y borracheras y en la nefanda idolatría. Es suficiente, pues, con que en el pasado hayáis servido a las obras fangosas del pecado, como a la dominación de los egipcios. El mar Rojo, es decir, el bautismo de Cristo consagrado con su sangre, ha derribado ya al verdadero faraón y hecho perecer a los egipcios; nada temáis respecto a los pecados pasados, cual si fueran enemigos que os persiguen por la espalda. Por lo demás, pensad en atravesar el desierto de esta vida y llegar a la tierra de promisión, a la Jerusalén celeste, la tierra de los vivos; que vuestros corazones, cual bocas interiores, no pierdan el sentido del gusto por desprecio a la palabra de Dios, como cansancio de maná; no murmuréis de los alimentos celestiales apeteciendo los de los judíos; no fornicuéis, como algunos de ellos fornicaron; ni tentéis a Cristo, como lo tentaron algunos de ellos. Si estáis sedientos de la fe de los gentiles y os encontráis con la amargura de quienes se resisten, como la de aquellas aguas que Israel no pudo beber, imitando la paciencia de Dios, tórnense dulces como si se les hubiera arrojado el madero de la cruz. Si os hubiera mordido la serpiente de la tentación, contemplada la exaltación de aquella serpiente cual muerte vencida y sometida en la carne del Señor, sanaos con el mismo medicamento de la cruz. Si el enemigo Amalec intenta obstruir el camino e impedir os ir por él, vencedle con la señal de la cruz, extendiendo con absoluta perseverancia los brazos. Sed cristianos verdaderos y sinceros; no imitéis a los que son cristianos de nombre, pero vacíos de obras. Una vez más lo digo y he de repetirlo: *Es ya bastante que hayáis satisfecho en el pasado los deseos propios de los gentiles*. Detestad y aborreced a los perros que vuelven a su vómito; detestad y aborreced la casa barrida y vacía en la que se introducen otros siete espíritus peores, de modo que el después del hombre sea peor que el antes. Vosotros tened como morador a quien os purificó. *Os mandamos y rogamos que no recibáis en vano la gracia de Dios. Es ya bastante que hayáis satisfecho en el pasado los deseos propios de los gentiles*⁸⁰³.*

inferorum. Iam ergo cogitate, quae res genuit omnes haereses: nullam aliam matrem quam superbiam inuenietis. Cum enim sibi multum dant homines, et se sanctos dicunt, et ad se volunt turbas trahere, et a Christo divellere, fecerunt utiles haereses et utilia schismata nonnisi per superbiam. Sed quia ab illis omnibus haeresibus et schismatibus, id est, filiis superbiae non vincitur **Ecclesia** catholica, ideo praedictum est: *Et portae inferorum non vincunt eam*.

⁸⁰² Exemplum etiam in primo illo **populo** exhibitum unusquisque fideliter recordetur. (...) Sicut e contra de bonis dicitur: *Ergo semen Abrahae estis*: cum loquatur **Gentibus**, quae stirpem carnis ex Abrahae genere non ducebant. Filii enim erant, non nascendo, sed imitando.

⁸⁰³ *Quia qui mortuus est carne, desiit peccare, ut iam non hominum desideriis, sed voluntate Dei reliquum in carne vivat. Sufficit enim praeteritum tempus voluntates **gentium** consummasse in libidinibus, et voluptatibus, et comessionibus, potatione et nefandis idolorum servitutibus. Sufficit enim praeteritum tempus luteis operibus peccatorum, tamquam Aegyptiorum dominationi servisse. Iam mare Rubrum, Baptisma scilicet Christi sanguine consecratum, verum deiecit Pharaonem, Aegyptios interemit: nihil de peccatis praeteritis tamquam de insequentibus a tergo hostibus formidetis. De cetero cogitate vitae huius eremum permeare, et ad terram promissionis, supernam Ierusalem, terram viventium pervenire: ne verbi Dei contemptu tamquam mannae fastidio, corda vestra velut ora interiora desipiant; ne*

Sermón 358, 2: ¿Qué necesidad tengo, hermanos, de encareceros con muchas palabras, y palabras mías, a la Iglesia católica, que da fruto y crece en todo el orbe de la tierra? Tenemos las palabras del Señor en favor de ella y de nosotros. *El Señor* —está escrito— *me dijo: “Tú eres mi hijo, yo te he engendrado hoy. Pídemelo, y te daré los pueblos como herencia, y tu posesión llegará hasta los confines de la tierra”*. Entonces, hermanos, ¿por qué litigamos por la posesión en vez de leer las santas tablas? Supongan que nos hemos presentado ante el juez. El pleito versa sobre una posesión; un pleito que no lo engendra el afán de litigar, sino el amor. Además, el que pleitea por una posesión terrena lo hace para excluir de ella a su adversario; nosotros para incluirlo. El que pleitea por una posesión terrena, cuando escucha que su adversario dice: “Quiero poseerla”, le responde: “No te lo permito”. Yo, en cambio, digo a mi hermano: “Quiero que la poseas conmigo”; él, litigando, responde: “No quiero”. No temo, pues, que el Señor me desprecie o reproche como a aquellos hermanos o aquel hermano que lo interpeló en público para decirle: *Señor, di a mi hermano que reparta conmigo la herencia*. Al instante, el Señor, que odiaba la división, lo corrigió, diciéndole: *Dime, hombre, quién me ha constituido juez o divisor de la herencia entre vosotros. Yo os digo: guardaos de toda ambición*. No temo que se me corrija de esta manera. Pero interpele a mi Señor; confieso que lo interpele. Pero no le pido: *Señor, di a mi hermano que reparta conmigo la herencia, y tu posesión llegará hasta los confines de la tierra*⁸⁰⁴.

Sermón 358, 3: Escucha otro testimonio de las santas tablas. De Cristo el Señor, en la persona de Salomón, se dice: *Dominará de mar a mar y desde el río hasta los*

cibos concupiscentes Aegyptios de alimentis caelestibus murmuretis: ne fornicemini, sicut quidam illorum fornicati sunt; et ne tentetis Christum, sicut quidam illorum tentaverunt. Si vobis fidem **Gentilium** sitientibus amaritudo aliqua resistentium, velut aquarum illarum quas Israel non potuit bibere, occurrerit; imitata Domini patientia, velut iniecto crucis ligno dulcescant. Si tentatio serpentina momorderit; conspecta illius exaltatione serpentis, tamquam mortis in carne Domini victae atque triumphatae, eodem crucis medicamento sanetur. Si adversarius Amalechita iter intercludere atque impedire conabitur, perseverantissima extensione brachiorum eiusdem crucis indicio superetur. Veri et germani estote Christiani: nolite imitari nomine Christianos, opere vacuos. Iterum dico, et saepe dicendum est: *Sufficit praeteritum tempus voluntates gentium consummasse*. Detestamini et aversamini canes conversos ad vomitum suum: detestamini et aversamini mundatam et vacantem domum, quo nequiores alii spiritus septem adducuntur, ut sint novissima hominis peiora, quam erant prima. Vos vestrum mundatorem tenete habitatorem. *Praecipientes enim rogamus ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Sufficit enim praeteritum tempus voluntates gentium consummasse*.

⁸⁰⁴ Quid ergo vobis, fratres, **Ecclesiam** catholicam toto orbe terrarum fructificantem atque crescentem commendem multis verbis, et meis. Habemus verba Domini pro illa, et pro nobis. *Dominus, inquit, dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam fines terrae*. Quare ergo, fratres, de possessione litigamus, et non potius sanctas tabulas recitamus? Venisse nos opinentur ad iudicem. De possessione contentio est: et haec contentio non litis, sed dilectionis est. Denique litigator terrenae possessionis ad hoc litigat, ut excludat adversarium: nos ut intromittamus. Litigator terrenae possessionis, cum audierit adversarium dicentem: Possidere volo; respondet: Non permitto. Ego autem fratri dico: Possideas mecum volo; ille litigando dicit: Nolo. Non itaque timeo ne contemnat me Dominus et corripiat, sicut illos fratres, vel illum fratrem, qui eum interpellavit in **populo**, et ait: *Domine, dic fratri meo, ut dividat mecum hereditatem*. Continuo Dominus proferens correptionem, quia oderat divisionem: *Dic homo, inquit, quis me constituit iudicem, aut divisorem hereditatis inter vos? Ego dico vobis, cavete ab omni cupiditate*. Istam correptionem non timeo. Interpello enim Dominum meum: fateor, interpello. Non tamen dico: *Domine, dic fratri meo, dividat hereditatem mecum*; sed dico: Domine, dic fratri meo, teneat mecum unitatem. Ecce possessionis huius tabulas recito, non ad hoc ut solus possideam, sed ut fratrem meum mecum nolentem possidere convincam. Ecce tabulas, frater: *Postula a me, inquit, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam fines terrae*.

confines del orbe de la tierra. Ante él se postrarán los etíopes y sus enemigos lamerán el suelo. Los reyes de Tarsis y las islas le traen regalo; los reyes de Arabia y de Saba le ofrecen dones. Y le adorarán todos los reyes de la tierra; todos los pueblos le servirán. (...) Y, con todo, incluso después de estas palabras del Apóstol, después de la aparición de la Iglesia y su expansión por todo el orbe, se me dirá: “Yo no abandono a Donato, no abandono a no sé qué Gayo, Lucio, Parmeniano”⁸⁰⁵.

Sermón 359, 1: La primera lectura de la Sagrada Escritura, tomada del libro del Eclesiástico, nos ha recomendado tres cosas excelentes y dignas de la más alta consideración: la concordia entre los hermanos, el amor al prójimo y el acuerdo mutuo entre el marido y la mujer. (...) Cuando el Espíritu Santo descendió sobre ellos y comenzó Dios a habitar el cielo que hizo de la tierra, llenos del Espíritu Santo, hablaban las lenguas de todos los pueblos. Por eso se dijo: *No hay idiomas ni palabras en los que no se oigan sus voces.* Y cómo a partir de entonces fueron enviados a predicar el Evangelio a todos los pueblos: *Por toda la tierra se oyó su sonido, y sus palabras llegaron hasta el confín del orbe de la tierra*⁸⁰⁶.

Sermón 359, 4: Sean hermanos todos los cristianos, todos los fieles, los nacidos de Dios y de la Madre Iglesia por el Espíritu Santo; sean hermanos, posean también ellos la herencia que ha de ser entregada y no dividida. Su herencia es el mismo Dios. Aquel de quien ellos son herencia es, a la vez, herencia de ellos. ¿Cómo es que son ellos su herencia? *Pídemelo, y te daré los pueblos como herencia tuya.* ¿Cómo es él herencia de ellos? *El Señor es la porción de mi herencia y de mi cáliz*⁸⁰⁷.

Sermón 359, 5: Que esto es lo que deseamos, lo atestiguan también las actas públicas; que esto es lo que hemos querido, lo muestran no sólo los discursos pronunciados, sino también las cartas que les entregamos a ellos. ¿Amáis el ser obispos? Sedlo con nosotros. Ninguna otra cosa odiamos, detestamos, abominamos y anatematizamos en vosotros más que el error humano. Detestamos, he dicho, el error humano, no la verdad divina; reconocemos lo que tenéis de Dios y corregimos el mal que tenéis. Reconozco en el desertor la señal de mi Dios, la señal de mi general, el signo distintivo de mi rey. Busco, hallo, me pongo en movimiento, me acerco, tomo de la mano, conduzco y corrijo al desertor, pero no destruyo la señal. Para quien lo advierta, para quien lo vea, esto no es litigar, sino amar. Dijimos que, dentro de la única Iglesia,

⁸⁰⁵ Audi sanctarum aliud testimonium tabularum. De Domino dicitur Christo in figura Salomonis: *Dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrae. Coram illo decident Aethiopes, et inimici eius terram lingent. Reges Tharsis et insulae munera offerent: reges Arabum et Saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges terrae: omnes gentes servient illi.* (...) Et tamen adhuc post apostolicas voces, post **Ecclesiae** declarationem et toto mundo dilatationem, dicitur mihi: Non dimitto Donatum, non dimitto nescio quem Gaium, Lucium, Parmenianum.

⁸⁰⁶ Prima lectio divinatorum eloquiorum, de libro qui appellatur **Ecclesiasticus**, commendavit nobis tria quaedam excellentia et consideratione dignissima, concordiam fratrum, et amorem proximorum, et virum ac mulierem sibi consentientes. (...) Quando in eos venit Spiritus Sanctus, et coepit Deus habitare caelum quod fecit de terra, locuti sunt, implente et donante Spiritu Sancto, linguis omnium **gentium**. Inde dictum: *Non sunt loquelaes, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.* Et quia inde missi sunt ad praedicationem Evangelii per omnes **gentes**: *In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum.*

⁸⁰⁷ Fratres sint Christiani omnes, fratres sint fideles omnes, fratres sint nati ex Deo et ex visceribus matris **Ecclesiae** per Spiritum Sanctum: fratres sint, habeant et ipsi hereditatem dandam, et non dividendam. Hereditas eorum Deus ipse est. Cuius sunt ipsi hereditas, ipse est vicissim eorum hereditas. Quomodo sunt ipsi eius hereditas? *Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam.* Quomodo est ille ipsorum hereditas? *Dominus pars hereditatis meae, et calicis mei.*

los hermanos podían vivir concordes en bien de la paz; hermosa cosa es, en efecto, la concordia fraterna. “No puede haber dos obispos a la vez”. Dijimos que ambos se sentaran en una misma basílica; uno en la cátedra, otro como huésped; que uno se sentara en la cátedra cristiana; el otro, al lado, en la del hereje, como colega; además, que uno presida en su asamblea, y el otro, a su vez, en la propia. Dijimos que los apóstoles habían predicado la penitencia a todos los pueblos, comenzando por Jerusalén. ¿Qué responderás a esta Iglesia que los apóstoles edificaron por todo el mundo, comenzando por Jerusalén? Dijimos: “Supongamos que Ceciliano hubiera sido culpable”. Un hombre, o dos, o cinco, o diez que hayan sido culpables, ¿han de prejuzgar a tantos millares de fieles extendidos por todo el orbe de la tierra con maravillosa fecundidad? Eso es lo que dijimos. Creyó Abrahán cuando se le prometieron todos los pueblos; pecó Ceciliano, y ¿perecieron todos los pueblos de modo que pesa más la obra de la maldad que la promesa de la verdad? Todo eso se dijo y puede leerse. Contra los ejemplos divinos, contra los testimonios que proclaman que la Iglesia está extendida por todo el orbe de la tierra, de cuya Iglesia mantenemos la unidad en el nombre del Señor, ninguna respuesta pudieron encontrar⁸⁰⁸.

Sermón 360, 1: Pero también aquel doctor de los gentiles, el vaso de elección, Saulo convertido en Pablo, soberbio convertido en el menor, depredador convertido en pastor, lobo convertido en oveja, hebreo hijo de hebreos, fariseo en cuanto a la ley, instruido en la ley a los pies de Gamaliel, y, con todo, ni conocía que estaba sentando en el cielo ni permitía que fuese adorado en la tierra el Cristo que leía en los profetas. Sin saberlo, cantaba con su boca la fe en su pasión y resurrección, y, lleno de furor, la devastaba en su error. De acuerdo con lo dicho por los profetas, entre los cuales había nacido y crecido, Cristo, resucitado ya de entre los muertos, estaba sentado en el cielo, pero él seguía aún cegado por la mentira de sus padres, según la cual los discípulos lo habían robado del sepulcro. De la misma manera, las voces de las Sagradas Escrituras me golpeaban por doquier a propósito de la Iglesia católica difundida por todo el orbe, pero los falsos crímenes de los traidores pretendidos por mis padres me hacían sordo. No me comparo con Pablo en los méritos, sino en los pecados. Aunque no merecí ser tan bueno, sin embargo no fui tan malo, careciendo de la medicina de la corrección. Ni él reconocía al esposo en los libros que leía, ni yo a la esposa. Quien le reveló a él la glorificación de Cristo en lo que está escrito: *Elévate sobre los cielos, ¡oh Dios!*, me

⁸⁰⁸ Quoniam hoc volumus et publica *Gesta* testantur: quoniam hoc voluerimus, indices sunt non tantum sermones, sed litterae nostrae datae ad illos. Episcopatum amatis? Nobiscum habete. In vobis nihil odimus, nihil detestamur, nihil exsecramur, nihil anathemamus, nisi humanum errorem. Humanum, diximus, detestamur errorem, non divinam veritatem: sed quod Dei habetis, agnoscimus; quod vestrum improbum habetis, corrigimus. Signum Domini mei, signum **Imperatoris** mei, characterem **Regis** mei in desertore agnosco; quaero, invenio, admoveo, accedo, apprehendo, duco, corrigo desertorem, non violo characterem. Si quis advertat, si quis attendat, hoc non est litigare, sed amare. Diximus posse in una **Ecclesia**, pacis causa, esse fratres concordes: speciosa enim res est concordia fratrum. Non posse enim duos esse episcopos. Diximus, ut ambo sedeant in una simplici basilica; ille in cathedra, ille ut peregrinus; ille in cathedra christiana, ille in haeretica quasi collega iuxta sedeat: rursus ille in congregatione sua praesideat, vicissim ille in sua. Paenitentiam praedicatam esse in remissionem peccatorum per omnes **gentes** ab Apostolis incipientibus ab Ierusalem diximus. Quid respondebis huic **Ecclesiae**, quae est per omnes **gentes** ab Apostolis incipientibus ab Ierusalem aedificata? Diximus: Ponamus omnino malam habuerit causam Caecilianus. Unus homo malam causam habens, duo homines, quinque, decem, praeiudicabunt tot millibus fidelium toto orbe terrarum multiplici fecunditate diffusorum? Diximus ista. Credidit Abraham, et promissae sunt ei omnes **gentes**: peccavit Caecilianus, et perierunt omnes **gentes**, ut plus valeat quod iniquitas commisit, quam quod veritas promisit? Dicta sunt haec: leguntur. Omnino contra exempla divina, contra testimonia, quae asserunt **Ecclesiam** toto orbe terrarum diffundi, cuius **Ecclesiae** in nomine Domini tenemus unitatem, nihil illi respondere potuerunt.

reveló a mí la extensión de la Iglesia en lo que sigue: *Sobre toda la tierra está tu gloria*⁸⁰⁹.

Sermón 362, 3: En otro lugar los mencionó con el nombre de canastos, cuando Jesucristo el Señor dijo que el reino de los cielos era semejante a una red barredera: *El reino de los cielos se parece a una red arrojada al mar, que recoge peces de toda especie; cuando está llena, la sacan, y, sentándose a la orilla, los seleccionan, echando los buenos a los canastos, y los malos fuera.* Nuestro Señor quiso significar que ahora se echa la palabra de Dios sobre los pueblos y naciones del mismo modo que una red al mar⁸¹⁰.

Sermón 362, 6: Que existe la resurrección de los muertos, ya lo he tratado; así lo creemos, así debemos creerlo, y así hablamos, porque así hemos creído, si es que somos cristianos, al contemplar la potencia del brazo del Señor, que humilla por doquier la soberbia de los pueblos y edifica esta fe por el orbe de la tierra con tanta amplitud cuanta se había prometido antes de ser realidad⁸¹¹.

Sermón 363, 3: Después del bautismo queda aún la travesía del desierto, la travesía de la vida que vivimos en la fe, hasta que lleguemos a la tierra de promisión, la tierra de los vivientes, donde el Señor es nuestra porción: a la Jerusalén eterna. Hasta que lleguemos allí, toda esta vida es para nosotros un desierto y una tentación continua. Pero el pueblo de Dios vence todo en aquel que venció al mundo. Como en el bautismo se borran los pecados pasados cual enemigos que nos persiguen por la espalda, de idéntica manera, después del bautismo, en la marcha de esta vida vencemos a todos nuestros adversarios comiendo el alimento y bebiendo la bebida espirituales.

El nombre de nuestro emperador aterrorizó a los enemigos de nuestra vida. Primero se levantó la ira de los gentiles para echar a perder el nombre cristiano; mas, cuando la ira se vio incapaz, se transformó en dolor, y, a medida que la fe crecía más y más y se adueñaba de todo, el dolor se volvió temor, para que hasta los soberbios del mundo, como aves del cielo, busquen refugio y protección a la sombra de aquella planta

⁸⁰⁹ Sed etiam ille Doctor **Gentium** vas electionis, ex Saulo Paulus, ex elato minimus, ex praedone pastor, ex lupo aries, Hebraeus erat ex Hebraeis, secundum legem Pharisaeus, ad pedes Gamalielis doctoris legem eruditus: et tamen Christum, quem legebat in Prophetis, nec sedere noverat in caelis, nec coli permittebat in terris. Fidem passionis et resurrectionis eius nesciens ore cantabat, et saeviens errore vastabat. Secundum Prophetas, in quibus natus erat et creverat, iam Christus surgens a mortuis sedebat in caelo; et ille adhuc in parentum suorum caecabatur mendacio, quia eum discipuli eius furati fuerant de sepulcro. Sic et ego de **Ecclesia** catholica toto orbe diffusa circumtundebam divinarum vocibus Litterarum; et me surdum faciebant a parentibus intentata falsa crimina traditorum. Non me Pauli meritis comparo, sed peccatis. Etiamsi tam bonus esse non merui, non tamen sine medicina correptionis tam malus fui. Nec ille sponsum agnoscebat in Libris quos legebat, nec ego sponsam. Qui revelavit illi de Christi clarificatione quod scriptum est: *Exaltare super caelos, Deus*; ipse revelavit mihi de **Ecclesiae** effusione quod sequitur: *Super omnem terram gloria tua.*

⁸¹⁰ Vasorum etiam nomine alio loco commemoravit, quando ait Dominus Iesus Christus, simile esse **regnum** caelorum sagenae, id est, retibus; retia enim quaedam sagena appellantur. *Simile ergo est, inquit, regnum caelorum sagenae missae in mare, et ex omni genere congreganti: quae cum impleta esset, educentes, et secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt.* Significare voluit Dominus noster modo sic mitti verbum Dei super **populos** et super **gentes**, quomodo sagena in mare iacitur.

⁸¹¹ Quia ergo est resurrectio disputavimus, sic credimus, sic credere debemus, sic loquimur, quia sic credidimus, si Christiani sumus, intuentes potentiam brachii Domini sternentis usquequaque superbiam **gentium**, et aedificantis hanc fidem tam late per orbem terrarum, quam promissum est multo antequam fieret: haec intuentes, aedificamur ad credendum ea quae nondum videmus, ut ipsam visionem mercedem fidei recipiamus.

crecida a partir de un minutísimo grano de mostaza. Así también, este cántico que conmemora lo que entonces les aconteció a ellos conserva el mismo orden: la ira, el dolor y el temor de los gentiles. *Lo escucharon, dice, los gentiles, y se llenaron de ira; los habitantes de Filistea fueron presa del dolor. Entonces se apresuraron, es decir, se turbaron, los príncipes de Edón y los príncipes de los moabitas; se apoderó de ellos el temblor y languidieron todos los habitantes de Canaán; caiga sobre ellos el temblor y el temor de la grandeza de tu brazo. Vuélvanse como piedras hasta que pase tu pueblo, ¡oh Señor!; hasta que pase el pueblo que adquiriste.* Así se hizo, así se hace. Estupefactos de admiración, los enemigos de la Iglesia se vuelven como piedras hasta que pasemos a la patria. Y quienes intenten ofrecer resistencia, como entonces fueron derrotados por los brazos extendidos de Moisés, lo serán también ahora con la señal de la cruz del Señor. Así somos introducidos y afincados en el monte de la heredad del Señor, que de la pequeña piedra que vio Daniel creció hasta llenar toda la tierra. Esta es la morada preparada para el Señor, pues el templo de Dios es santo y la casa que de él procede es santa. *El templo de Dios es santo, dice el Apóstol; templo que sois vosotros.* Para que nadie ponga su mirada en la Jerusalén terrena, cuyo templo era una figura pasajera, según convenía, indicó que estaba hablando del reino eterno, que es la heredad de Dios, la Jerusalén eterna. Dijo a continuación: *Lo que ha preparado tu mano, ¡oh Señor!, tú que reinas siempre, por siempre y todavía más.* ¿Hay algo que dure más que el *por siempre*? ¿Quién puede decirlo? ¿Por qué añadió entonces: *y todavía más*? Puesto que se acostumbra entender *por siempre* en el sentido de un espacio de tiempo muy largo, quizá por eso añadió: *y todavía más*, para que se entendiese la auténtica eternidad, que no tiene fin. ¿Habla así, acaso, porque Dios reina *siempre* en los reinos celestes, que estableció por los siglos de los siglos, y estableció un precepto que no pasará; a la vez que reina *por siempre* en aquellos a quienes, después de convertidos, les perdonó los pecados originados por la transgresión del precepto y los adquirió en un momento preciso y les regaló la felicidad sin fin, y reina *todavía* en aquellos a los que puso, en medio de suplicios justísimos, a los pies de su pueblo? Pues nadie queda excluido del reinado de aquel cuya ley eterna regula todas las criaturas dentro de un orden justísimo mediante la dialéctica del dar y pedir cuentas y el merecimiento del premio y del castigo. Dios resiste a los soberbios, mientras da su gracia a los humildes. *La caballería del faraón entró en el mar con los carros y caballeros, y el Señor dejó caer sobre ellos las aguas del mar. En cambio, los hijos de Israel caminaron a pie enjuto por medio del mar*⁸¹².

⁸¹² Restat enim post Baptismum transitus per eremum, per vitam quae agitur in spe, donec veniamus ad terram promissionis, terram viventium ubi nobis est portio Dominus, in aeternam Ierusalem; quo donec veniamus, tota ista vita eremus nobis est, et tota tentatio. Sed in eo qui vicit saeculum, vincit omnia **populus** Dei. Nam sicut in Baptismo, tamquam hostes a tergo insequentes, praeterita peccata delentur: sic post Baptismum, in itinere vitae huius, cum escam spiritalem manducamus, et potum spiritalem bibimus, omnia nobis adversantia superamus. Terruit quippe inimicos viae nostrae nomen **Imperatoris** nostri. Prius enim surrexit ira **gentium** ad perdendum nomen christianum; ubi autem ira nihil potuit, conversa est in dolorem, et magis magisque fide crescente atque occupante omnia, dolor conversus est in timorem; ut et superbi huius saeculi, tamquam volatilia caeli, sub umbra oleris illius, quod ex minutissimo grano sinapis multum crevit, refugium protectionemque conquirant. Sic et in hoc cantico, ubi commemorantur ea, quae tunc in figura contingebant in illis, servatus est ordo irae, doloris, et timoris **gentium**. *Audierunt, inquit, gentes, et iratae sunt; dolores comprehenderunt habitatores Philistiim. Tunc festinaverunt, id est conturbati sunt, duces Edom, et principes Moabitarum: apprehendit eos tremor: tabuerunt omnes inhabitantes Chanaan. Incumbat in eos tremor, et timor magnitudinis brachii tui. Fiant tamquam lapides, donec transeat populus tuus, Domine, donec transeat populus tuus hic, quem acquisisti.* Sic factum est, sic fit. Admiratione stupentes tamquam lapides fiunt inimici **Ecclesiae**, donec transeamus ad patriam. Sed et qui resistere tentaverint, sicut tunc Amalech extentis manibus Moysi, ita nunc in signo crucis dominicae superantur. Atque ita introducimur, atque plantamur in monte hereditatis Domini, qui ex parvo

Sermón 369, 2: ¿Cómo es la palabra sin tiempo por la que fueron hechos los tiempos; la palabra para comenzar a pronunciar la cual nadie abrió los labios y nadie los cerró una vez pronunciada; la palabra que no comienza en la boca de los que hablan y abre las bocas de los mudos; la palabra que no crea las lenguas disertadas de los gentiles y hace disertadas las lenguas de quienes aún no hablan?⁸¹³

⁸⁵⁴ Et audi in carne fiduciam: Circumcisione octavi diei; id est, non proselytus, non advena ad **populum** Dei, non maior circumciscus, sed a parentibus natus Iudaeus, habeo circumcisionem octavi diei. Ex genere Israel, de tribu Benjamin, Hebraeus ex Hebraeis, secundum legem Pharisaeus. Primarii quidam erant, et quasi ad nobilitatem Iudaicam segregati, non contemptibili **plebi** commixti, qui dicebantur Pharisaei. Nam dicitur hoc verbum, quasi segregationem interpretari, quomodo in latina lingua dicitur " egregius ", quasi a grege separatus.

⁸⁵⁵ Illi eum condigne laudant, Deum apud Deum, et dant gloriam in excelsis Deo. *Nos autem plebs eius et oves manuum eius,* pro modulo infirmitatis nostrae pacem per bonam voluntatem reconciliati mereamur.

⁸⁵⁶ Et ideo propter purgationem, quae fit per mediatorem, unus voluit esse mediator et ipse homo fieri, qui aequalis est Patri, ut per cognatam substantiam - quod est homo - ad summam substantiam - quod est Deus - perveniremus. Ideoque descendit, quia in inferioribus eramus, et ascendit, ne in inferioribus remaneremus. Ille unus mediator verus est, qui neminem fallit, qui etiam cum sit Patri aequalis, etiam minor illo propter nos esse voluit, non amittendo quod aequale est, sed suscipiendo quod minus est. Iam liberavit etiam carnem nostram in carne sua. *Iam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur.* Ad illum veniunt preces nostrae, quamvis in sacramentis **Ecclesiae** ad Patrem dirigantur. *Iam non moritur.* Ipse enim summus sacerdos eas offert, qui semetipsum holocaustum pro nobis obtulit. Ipse est qui nos perducit, interponens se, non ut intercludat, sed ut dirigat; non ut separet, sed ut reconciliet; non ut impediat, sed ut impedimenta dirumpat. Ipse est pontifex unus et sacerdos unus, qui praefigurabatur in antiquis sacerdotibus Dei. Ideo quaerebatur sacerdos sine macula corporis, quia ille solus sine macula peccati vixit, etiam in corpore mortali. Nam quod in corpore praefigurabatur illorum, in illius vita significabatur. Nos autem omnes episcopi sacerdotes ideo dicimur, quia praepositi sumus. Universa

Sermón 198, 60: Ciertamente, el Dios hecho hombre, no cambiándose en hombre sino asumiendo al hombre, ha querido devenir hombre para enseñar humildad. Parecería que nada puede añadirse a esta humildad y, sin embargo, ni para su condición humana ha elegido aquello de que los hombres se hinchan. No ha elegido padres ilustres o dotados de alguna dignidad; en efecto, para que contra la justicia del pobre y proletario nadie se jactase de la aristocracia de los padres ni se inflase irremediablemente, ha querido nacer de una mujer que estaba desposada con un obrero. Ni siquiera ha elegido una ciudad ilustre en la que nacer –Belén tiene pocos habitantes–; de ahí era ciertamente él, nacido de la tribu de David. Sin embargo, en esa tribu, como en las demás, había muchos pobres y proletarios. Incluso David mismo, *de cuya semilla fue hecho según la carne* el Señor Jesucristo, ¿acaso no pastoreaba ovejas antes de ser elegido divinamente para reinar? En efecto, también en él había elegido *lo vulgar del mundo para confundir lo ilustre*, y para que en su persona se prefigurase lo que por medio de su descendencia había de cumplirse. Ha elegido, pues, también baja estirpe de que nacer. Pero quizá diría alguien: “Aunque ha nacido de clase baja, ha querido jactarse en la prosapia de los discípulos”. No ha elegido reyes o senadores o filósofos u oradores. Todo lo contrario, ha elegido a plebeyos, pobres, indoctos, *pescadores*. Pedro, pescador; Cipriano, orador: si el pescador no hubiera precedido lealmente, no se habría acercado humildemente el orador. Ningún abyecto desespere de sí; basta con que agarre a Cristo, y su esperanza no quedará fallida⁸⁵⁷.

Sermón 216, 7: Cuanto inoculó con sus sugerencias criminales y con sus atractivos sumamente lascivos, será extraído y puesto a la luz pública. Ahora es aniquilado el cautiverio mediante el cual ejercía su posesión tiránica; se os quitará el yugo con que cruelmente os oprimía y se colocará sobre su cerviz. Para vuestra liberación se os pide solamente que deis el consentimiento a vuestro Redentor. Esperad en él, asamblea del nuevo pueblo, pueblo que estás a punto de nacer, pueblo que hizo el Señor; esmérate en ser alumbrado con salud y evitar un aborto propio de fieras. Pon tus ojos en el seno de la madre Iglesia; advierte su esfuerzo envuelto en gemidos para traerte a la vida, para darte a luz en la fe. No golpeéis por impaciencia las entrañas maternas, haciendo así más estrecha la puerta por la que naceréis. Pueblo que estás siendo creado, alaba a tu Dios; alaba a tu Dios, pueblo que estás siendo creado. Alábbale porque te amamanta, alábbale porque te alimenta; puesto que te nutre, crece en sabiduría y edad. También él aceptó la espera del parto temporal, él que ni sufre mengua por la

tamen **Ecclesia** corpus est illius sacerdotis. Ad sacerdotem pertinet corpus suum. Nam et apostolus Petrus ideo dicit ad ipsam **Ecclesiam**: *Plebs sancta, regale sacerdotium*.

⁸⁵⁷ Nam propterea fieri voluit homo, ut doceret humilitatem Deus homo factus, non commutando se in homine, sed assumendo hominem. Ad hanc humilitatem nihil addi posse videretur, et tamen nec ipsi humanis elegit ea de quibus homines tument. Non elegit parentes nobiles vel aliqua praeditos dignitate. Nasci enim voluit de femina quae desponsata erat fabro, ne se quisquam adversus iustitiam pauperis et ignobilis de parentum nobilitate iactaret et insanabiliter inflaretur. Non saltem nobilem **civitatem** in qua nasceretur elegit –paucorum hominum est Bethlehem –inde erat quidem ipse, de tribu David. Tamen in ipsa tribu, sicut in ceteris, multi erant pauperes et ignobiles. Et ipse David, ex cuius semine factus est secundum carnem Dominus Iesus Christus, nonne oves pascebat, antequam divinitus eligeretur ad **regnum**? Iam enim et in ipso ignobilia mundi elegerat, ut nobilia confunderentur, et in eo ipso praefiguraretur quod per semen eius completeretur. Elegit ergo et genus humile, unde nasceretur. Sed forte diceret aliquis: "Etsi ipse humiliter natus est, in discipulorum nobilitate iactare se voluit". Non elegit reges, aut senatores, aut philosophos, aut oratores. Immo vero elegit **plebeios**, pauperes, indoctos, piscatores. Petrus piscator, Cyprianus orator. Nisi fideliter praecederet piscator, non humiliter accederet orator. Non de se quisquam desperet abiectus: tantum teneat Christum, et spes eius falsa non erit.

brevedad del tiempo, ni aumento por la amplitud del mismo, antes bien excluyó desde la eternidad todas las estrecheces y hasta el tiempo mismo⁸⁵⁸.

Sermón 218, 6: El que el rótulo estuviese escrito en tres lenguas: hebreo, griego y latín, indicaba que iba a reinar no sólo sobre los judíos, sino también sobre los gentiles. Por eso, después de haber dicho en el mismo salmo: *Él me constituyó rey sobre Sión, su monte santo*, es decir, donde reinó la lengua hebrea, añade a continuación, como refiriéndose a la griega y a la latina: *El Señor me dijo: Tú eres mi hijo, yo te he engendrado hoy; pídemelo, y te daré los pueblos en herencia, y los confines de la tierra como tu posesión*. No porque el griego y el latín sean las únicas lenguas habladas por los gentiles, sino porque son las que más destacan; la griega, por cultura literaria, y la latina, por el Imperio Romano. La mención de estas tres lenguas manifestaba que la totalidad de los gentiles se sometería a Cristo; no obstante ello, en el rótulo no se añadió: “Rey de los gentiles”, sino que se escribió sólo: *Rey de los judíos*, para que la fórmula precisa revelase el origen de la raza cristiana. Como está escrito: *La ley salió de Sión, y la palabra del Señor, de Jerusalén*. ¿Quiénes son, en efecto, los que dice en el salmo: *Nos sometió a los pueblos y puso a los gentiles bajo nuestros pies*, sino aquellos de quienes dice el Apóstol: *Si los gentiles participaron de sus bienes espirituales, deben servirles con sus bienes materiales?* ¿Acaso no vemos que los pueblos están sometidos a la excelentísima gracia anunciada por los apóstoles? ¿O debemos mirar a las ramas desgajadas, las que hoy reciben el nombre de judíos? ¿No debemos oír más bien a aquel israelita, descendiente de Abrahán, convertido de Saúl (Saulo) en Pablo (Paulo) y, por tanto, de pequeño en grande, que amonesta y dice al acebuche injertado: “Date cuenta que *no eres tú quien sostiene la raíz, sino la raíz quien te sostiene a ti*”? Así, pues, el rey de los judíos es Cristo, bajo cuyo yugo ligero han sido enviados también a la salvación los gentiles. Que se les haya concedido a ellos es fruto de una mayor misericordia, como lo revela claramente el Apóstol mismo allí donde dice: *Pues afirmo que Cristo se puso al servicio de los circuncisos en pro de la veracidad de Dios, para dar cumplimiento a las promesas hechas a los padres, y que los gentiles glorifican a Dios por su misericordia*. No tenía ninguna obligación de quitar el pan a los hijos para dárselo a los perros, si los perros, humillados para apañar las migas que caen de la mesa de sus amos y elevados y hechos hombres por la humildad misma, no hubieran merecido tener acceso a la mesa⁸⁵⁹.

⁸⁵⁸ Quidquid facinorosissimis suggestionibus, quidquid flagitiosissimis illecebris immittebat, nunc exhaurietur, nunc publicabitur. Nunc **populabitur** captivitas eius, qua vos tyrannice possidebat. Avertetur a vobis iugum, quo vos immaniter deprimebat, et eius cervicibus imponetur: tantum vos in liberationem vestram, Redemptori vestro vestrum praebete consensum. Sperate in eum, omne concilium novae **plebis**, et **popule** qui nasceris, quem fecit Dominus, enitere ut salubriter pariaris, ne feraliter abortiaris. Ecce uterus matris **Ecclesiae**, ecce ut te pariat, atque in lucem fidei producat, laborat in gemitu suo. Nolite vestra impatientia viscera materna concutere, et partus vestri ianuas angustare. **Popule** qui crearis, lauda Deum tuum: lauda, qui crearis, lauda Dominum tuum. Quia lactaris, lauda: quia aleris, lauda: quia nutriris, profice sapientia et aetate. Ille quoque has moras partus temporalis admisit, qui nec brevitate temporis deficit, nec longitudine ulla temporis proficit, sed a diebus aeternis cunctas angustias et tempus exclusit.

⁸⁵⁹ Quod tribus linguis titulus conscriptus erat, hebraea, graeca, et latina; non solum Iudaeis, sed etiam **Gentibus** eum **regnaturum** fuisse declaratum est. Proinde in eodem psalmo cum dixisset: *Ego autem constitutus sum rex super Sion montem sanctum eius*, ubi, scilicet, hebraea lingua **regnavit**; continuo tamquam graeca, latinaque subiungens: *Dominus, inquit, dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te: postula a me et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae*. Non qui graeca et latina solae sunt **gentium** linguae, sed quia ipsae maxime excellunt, graeca propter studium litterarum, latina, propter **Imperium** Romanorum. Quamvis in illis **tribus** linguis Christo subiuganda universitas **gentium** omnium monstraretur, non tamen illic scriptum est et **Rex Gentium**, sed tantummodo *Iudaeorum*, ut commendaretur origo seminis, in proprietate nominis. *Lex enim a Sion*

Sermón 218, 7: Los príncipes de los judíos sugirieron a Pilato que en ningún modo escribiera que él era el rey de los judíos, sino que decía serlo; pero él respondió: *Lo escrito, escrito está*. Como los judíos simbolizaban las ramas desgajadas, así Pilato simbolizaba el acebuche injertado, pues que era un gentil quien escribía la confesión de los gentiles, dejando convictos de su rechazo a los judíos, de quienes con razón dijo el Señor: *Se os quitará a vosotros el reino y se le entregará a un pueblo que cumpla la justicia*. Pero no por eso deja de ser rey de los judíos. Es la raíz la que sostiene el acebuche, no el acebuche a la raíz. Y, aunque la infidelidad haya desgajado aquellas ramas, *no por ello repudió Dios a su pueblo, al que conoció de antemano. Pues también yo soy israelita* –dice el Apóstol-. Aunque los hijos del reino que no quisieron que el Hijo de Dios fuera su rey vayan a parar a las tinieblas exteriores, vendrán muchos de oriente y de occidente y se sentarán a la mesa, no con Platón y Cicerón, sino con Abrahán, Isaac y Jacob, en el reino de Dios. Pilato, en efecto, escribió: *Rey de los judíos*, no “Rey de los griegos” o “Rey de los latinos”, aunque iba a reinar sobre los gentiles. Y los que mandó escribir quedó escrito, sin que la sugerencia de los incrédulos lograra cambiar lo que tanto tiempo antes estaba predicho en el salmo: *No modifiques la inscripción del rótulo*. Todos los pueblos creen en el rey de los judíos; él reina sobre todos los gentiles, pero es solamente rey de los judíos; Tanto vigor tuvo aquella raíz, que ella misma puede cambiar en olivo al acebuche injertado, mientras que el acebuche no puede eliminar el nombre del olivo⁸⁶⁰.

Sermón 250, 3: Dirijamos ahora nuestra atención a la última pesca: encontremos en ella alivio y consuelo. Tuvo lugar después de la resurrección del Señor precisamente porque de esta manera simbolizó cómo ha de ser la Iglesia después de la resurrección. Ved que se dirige la palabra a los discípulos ocupados en la pesca; es el Señor quien les habla; el mismo que les habló antes, les habló después; pero la primera vez les dijo qué debían echar, y la segunda adónde, es decir, a la derecha de la barca. Por tanto, ahora

prodiet, dictum est, et verbum Domini ab Ierusalem. Nam qui sunt qui dicunt in Psalmo: Subiecit plebes nobis et Gentes sub pedibus nostris, nisi de quibus Apostolus dicit: Si enim spiritalibus eorum communicaverunt Gentes, debent et in carnalibus ministrare eis?. An non videamus Apostolorum excellentissimae gratiae subiectas esse nationes aut ramos fractos debemus attendere, qui hodie Iudaei appellantur, an non potius audire illum israhelitam ex genere Abraham de Saulo Paulum et ideo de parvo magnum, admonentem et dicentem inserto oleastro: Intellege. Non tu radicem portas, sed radix te. Rex ergo Iudaeorum Christus, sub cuius leve iugum etiam gentes missae sunt in salutem. Quod eis maiore misericordia concessum est, hoc apertius ipse ostendit Apostolus ait: Dico enim Christum ministrum fuisse circumcisionis propter veritate, Dei, ad confirmandas promissiones patrum, gentes autem super misericordiam glorificare Deum. Neque enim debitum erat panem filiorum tollere et mittere canibus, nisi canes humiliati ad colligendas micas quas de mensa dominorum suorum carpunt, per ipsam humilitatem exaltati atque homines facti, ad ipsam mensam mererentur accedere.

⁸⁶⁰ Quod suggererunt principes Iudaeorum, Pilato, ne absolute scriberet quod sit rex Iudaeorum, sed quod ipse regem se dixerit Iudaeorum; ramis illis fractis ita Pilatus inserendum figurabat oleastrum: quia homo erat ex Gentibus, Gentium scribens confessionem, de quibus merito ipse Dominus dixit: *Auferetur a vobis regnum, et dabitur genti facienti iustitiam*. Nec ideo tamen, non est rex ille Iudaeorum. Radix enim portat oleastrum, non oleaster radicem. Et quamvis illi rami per infidelitatem fracti sint; non ideo Deus reppulit plebem suam, quam praescivit. Et ego, inquit: *Israelita sum*. Et quamvis filii regni, qui noluerunt Dei Filium regnare sibi, eant in tenebras exteriores; tamen multi ab Oriente et Occidente venient, et recumbent, non cum Platone et Cicerone, sed cum Abraham et Isaac et Iacob in regno coelorum. Pilatus quidem regem Iudaeorum scripsit, non regem Graecorum aut Latinorum; quamvis Gentibus regnaturum. Et quod scripsit, scripsit, neque infidelium suggestionem mutavit: cui tanto ante praedictum erat in Psalmis: *Tituli inscriptionem ne corrumpas*. Omnes gentes credunt in regem Iudaeorum: omnibus gentibus regnat, sed tamen *Rex Iudaeorum*. Tantum valuit illa radix, ut insertum oleastrum in se possit ipsa mutare, oleaster autem olivae nomen non possit auferre.

son capturados los que estarán a la derecha; son capturados aquellos a quienes se dijo: *Venid, benditos de mi Padre; recibid el reino*. Echan las redes y pescan. En la primera pesca no se mencionó el número; sólo se habló de una gran cantidad, sin indicar número. Efectivamente, ahora hay muchos con exceso; es decir, son muchos los que vienen, entran y llenan las iglesias; pero lo mismo llenan el teatro que la iglesia; la llenan sobrepasando el número, pero no pertenecen al número aquel que existirá en la vida eterna, a no ser que cambien en vida. ¿Se convierten todos acaso? ¿Cómo? Ni siquiera los buenos perseveran todos. Pues a ellos les dijo: *Quien perseverare hasta el final, ése se salvará*. A los que aún son malos se les dice: *No quiero la muerte del pecador, sino que se convierta y viva*.

Así, pues, en la primera pesca no se indicó el número porque son muchos los que exceden la cifra, como dice el salmo: *Hice el anuncio, hablé y se multiplicaron por encima del número*. Ahora echan las redes a la derecha, no se rebasa el número: ciento cincuenta y tres peces, pero grandes. Pues así está escrito: *Y, a pesar de ser grandes, no se rompió la red*. Entonces, en efecto, tendrá lugar la asamblea de todos los santos, sin que existan las divisiones y rasgones de los herejes; habrá paz y unidad perfecta, no serán ni uno más ni uno menos: el número exacto. Pero, si sólo son ciento cincuenta y tres, son demasiado pocos. ¡Lejos de nosotros pensar que haya sólo éstos en nuestra comunidad! ¡Cuánto menos en la Iglesia entera de Dios! El Apocalipsis, del mismo bienaventurado evangelista Juan, indica que vio una muchedumbre tan numerosa de santos y hombres felices en aquella eternidad que nadie podía contarla. Así lo tienes escrito allí. Y, sin embargo, todos éstos están dentro del número ciento cincuenta y tres. Quiero reducir este número a otro más pequeño todavía. Son ciento cincuenta y tres; hagámoslo más pequeño aún: son diecisiete.

Estos ciento cincuenta y tres hacen diecisiete. ¿Por qué diez? ¿Por qué siete? Diez en atención a la ley y siete en atención al Espíritu. La forma septenaria, en atención a la perfección asociada a los dones del Espíritu Santo. Dice el bienaventurado profeta Isaías: *Reposará sobre él el Espíritu Santo*. Y, después de haber mencionado al Espíritu Santo, enumeró sus siete virtudes: *Espíritu de Sabiduría y de entendimiento, Espíritu de consejo y fortaleza: ya son cuatro; Espíritu de ciencia y de piedad, Espíritu de temor del Señor*. Comenzó con la sabiduría y concluyó con el temor; habla como descendiendo de lo superior a lo inferior, desde la sabiduría hasta el temor. El orden inverso, de lo inferior a lo superior, va desde el temor hasta la sabiduría. *Pues el temor del Señor es el comienzo de la sabiduría*. Esto es un don de la gracia; mediante esta virtud septiforme actúa el Espíritu Santo en los amados de Dios para que la ley tenga alguna fuerza en ellos. En efecto, si quitas el Espíritu, ¿qué puede la ley? Convierte al hombre en trasgresor. Por eso se dijo: *La letra mata*. Manda, pero no hace. No mataba antes de ser prescrito, y, aunque la Providencia te tenía por pecador, no te tenía por trasgresor. Se te prescribe algo, y no lo haces; se te prohíbe una cosa, y la haces: ved que la letra mata. La ley contiene diez mandamientos. El primero ordena a adorar a un solo Dios y a ninguno otro, y prohíbe fabricar ídolo alguno. El Segundo: *no tomarás en nombre del Señor tu Dios en vano*. El tercero: Observa el sábado, pero espiritual no carnalmente como los judíos. Estos tres preceptos se refieren al amor de Dios; mas dado que *de estos dos preceptos –dice– pende toda la ley y los profetas*, es decir, del amor a Dios y el amor al prójimo, después de escuchar lo que corresponde al amor de Dios: la unidad, la verdad, el descanso, pon atención a lo que concierne al amor al prójimo. *Honra a tu padre y a tu madre*: aquí tiene el cuarto precepto. El quinto: *No cometerás adulterio*. El sexto: *No matarás*. El séptimo: *No robarás*. El octavo: *No dirás falso testimonio*. El noveno: *No codiciarás los bienes de tu prójimo*. El décimo: *No desearás la mujer de tu prójimo*. Quien dice: *No desearás*, llama a la puerta de dentro, golpea

nuestro interior, donde la concupiscencia sirve a sus intereses. He aquí la ley abreviada en diez preceptos. ¿Qué provecho sacas de conocerla, si no la cumples? Serás un trasgresor. Para cumplirla necesitas ayuda. ¿De dónde puede venirte? Del Espíritu. *La letra mata, pero el Espíritu vivifica*⁸⁶¹.

Sermón 260, 1: Para no alargarme, puesto que tenemos mucho que hacer, el sermón que voy a dirigir a los regenerados en el bautismo que hoy van a mezclarse con el pueblo será breve, pero rico en contenido. Vosotros, los bautizados que cumplís hoy el misterio de vuestra octava, acoged estas breves palabras y comprended que la circuncisión de la carne, que era una figura, se ha trasladado a la circuncisión del corazón. Según la ley antigua, la circuncisión en la carne tenía lugar en el día octavo, precisamente en atención a Cristo el Señor, que resucitó en el día octavo, día del Señor, después del séptimo o sábado. Estaba mandado que la circuncisión se hiciera con

⁸⁶¹ Ad illam piscationem novissimam animum convertamus; ibi reficiamur, ibi consolemur. Et ideo ipsa post resurrectionem Domini facta est quia sic significavit **Ecclesiam** qualis post resurrectionem futura est. Ecce dicitur discipulis piscantibus, Dominus dicit, qui et prius dixit, ipse et postea, sed prius quid mitterent, modo quo mitterent, id est, in dexteram partem navigii. Ergo illi modo capiuntur qui ad dexteram stabunt, illi capiuntur quibus dictum est: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum*. Mittunt et capiunt. Ibi numerus non est dictus in prima piscatione, sola multitudo dicta est, numerus non est definitus. Multi sunt enim super numerum modo, id est veniunt, intrans, implent **ecclesias**; ipsi implent et theatra qui **ecclesiam**; super numerum implent; ad numerum illum qui futurus est in vita aeterna non pertinent, nisi mutantur cum vivunt. Et numquid omnes mutantur? Quomodo? Nec illi boni omnes perseverant. Ideo illis dictum est: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*. Et illis qui adhuc mali sunt dicitur: *Nolo mortem peccatoris sed ut convertatur et vivat*. Ergo ibi numerus non est dictus quia multi super numerum facti sunt, quoties dixit Psalmus: *Annuntiavi et locutus sum, multiplicati sunt super numerum*. Modo in dexteram, non super numerum; centum quinquaginta tres sunt pisces sed magni. Hoc enim dictum est: *Et cum magni essent, non est scissum rete*. Tunc enim congregatio sanctorum erit, divisiones et scissura haereticorum non erit, pax erit et perfecta unitas erit, nemo minus erit, nemo plus, integer numerus. Sed valde pauci sunt si centum quinquaginta et tres sunt. Absit a nobis ut tot soli sint in hac **plebe**, quanto magis in universa **Ecclesia** Dei. Apocalipsis ipsius beati Ioannis evangelistae ostendit visam fuisse tantam multitudinem sanctorum et in illa aeternitate felicitum quantum numerare nemo possit. Sic ibi habes scriptum. Et tamen omnes ad numerum istum pertinent ad centum quinquaginta tres. Ad paucitatem ampliore volo redigere numerum istum. Centum quinquaginta tres sunt, pauciores illos faciamus, decem septem sunt. Isti centum quinquaginta tres decem septem sunt. Quare decem? quare septem? Decem propter legem, septem propter Spiritum. Septenaria enim forma propter perfectionem quae praedicatur in donis Spiritus Sancti. *Requiescet*, inquit beatus Isaias propheta, *requiescet*, inquit, *super eum Spiritus Sanctus*. Et cum dixisset Spiritum Sanctum enumeravit septem virtutes: *spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis*, habes quattuor. *Spiritus scientiae et pietatis, spiritus timoris Domini*. A sapientia coepit, ad timorem terminavit, tamquam descendens locutus est a summis ad ima, a sapientia ad timorem. Ab imis ad summa: a timore ad sapientiam. *Initium enim sapientiae timor Domini*. Hoc est donum gratiae, ista septenaria virtute in dilectis Dei operatur Spiritus Sanctus ut aliquid lex valeat ibi. Nam si tollas Spiritum, quid valet lex? Praevaricatorem facit, ideo dictum est: *Littera occidit*. Iubet et non facit. Non occidebat antequam tibi iuberetur et si tenebat te providentia peccatorem, non tamen tenebat praevicicatorem. Iubetur et non facis, prohibetur et facis, ecce littera occidit. Lex autem decem praecepta habet. Praeceptum primum legis est: colendum esse unum Deum, nullum alium, nullum idolum faciendum. Praeceptum secundum est: Non accipies nomen Domini Dei tui in vanum. Praeceptum tertium est: Observa diem sabbati spiritaliter non carnaliter quomodo Iudaei. Ista tria praecepta ad dilectionem Dei pertinent, sed quia *in his duobus praeceptis*, ait, *tota Lex pendet et Prophetiae*, id est, in dilectione Dei et in dilectione proximi. Cum audisti quid pertineat ad dilectionem Dei: unitas, veritas, quies; adtende quid pertineat ad dilectionem proximi. *Honora patrem tuum et matrem tuam*; habes quartum praeceptum. *Non moechaberis*; habes quintum. *Non homicidium facies*; habes sextum. *Non furtum facies*; habes septimum. *Non falsum testimonium dices*; habes octavum. *Non concupisces rem proximi tui*; habes nonum. *Non concupisces uxorem proximi tui*; habes decimum. Qui dicit: *Non concupisces interna pulsas, interiora percutit* <ubi> concupiscentia negotium agit. Ecce ista lex est in decem. Quid prodest cum didiceris et non feceris? Praevaricator eris. Ut autem facias, auxilium necessarium est. Unde auxilium? De Spiritu. *Littera occidit, Spiritus autem vivificat*.

cuchillos de piedra: la piedra era Cristo. Se os llama *infantes* porque habéis vuelto a nacer, habéis entrado en la nueva vida y habéis renacido para la vida eterna, si no sofocáis con vuestro mal vivir lo que ha renacido en vosotros. Vais a ser restituidos al pueblo y os vais a mezclar con la muchedumbre de los fieles; estad atentos a no imitar a los malos o, mejor, a los falsos fieles. Fieles porque fingen confesar la fe, pero infieles por vivir mal. Ved que os lo advierto en presencia de Dios y sus ángeles: guardad la castidad, ya la conyugal, ya la continencia absoluta. Cada cual cumpla lo prometido. A quienes no tenéis esposa os es lícito adquirirla, pero sólo de aquellas cuyos maridos ya no viven. A las mujeres que no tienen marido les es lícito casarse, pero con varones cuyas mujeres no vivan. Los que tenéis mujer no actuéis indebidamente con otras mujeres. Dad lo mismo que exigís. Os deben fidelidad, y fidelidad debéis vosotros. El marido debe ser fiel a la mujer, y la mujer al marido, y ambos a Dios. Los que habéis prometido la continencia, cumplid lo prometido, puesto que no se os exigiría si no la hubieseis prometido. Lo que antes era lícito para vosotros, ya no lo es; y no se condena el matrimonio, sino a quien vuelve la mirada atrás. Guardaos de hacer trampas en vuestros negocios. Guardaos de la mentira y del perjurio. Guardaos de la charlatanería y del derroche. No hagáis a los demás, sea a los hombres, sea a Dios, lo que no queréis que os hagan a vosotros. ¿Para qué cargaros con más? *Obrad así, y el Dios de la paz estará con vosotros*⁸⁶².

Sermón 283, 3: Por tanto, *esperad en él, asamblea entera del pueblo*. Poned en él vuestra esperanza, no confiéis en vuestras fuerzas. Confesad a él vuestros males y esperad de él vuestros bienes⁸⁶³.

Sermón 301 A, 4: Y lo que llena de extrañeza, hermanos míos, es quiénes lo hicieron. Lo hicieron los mismos que dieron muerte al Señor. Allí mismo, en Jerusalén, después de haber ascendido el Señor al cielo y cumplido su promesa con el envío del Espíritu Santo a los diez días, los discípulos, inundados del Espíritu Santo, hablaron las lenguas de todos los pueblos. (...) No sólo los plebeyos, no sólo los artesanos, los pobres, los necesitados, los de la clase media, sino también muchos ricos opulentos, senadores e incluso mujeres de la más alta clase social renunciaron a todas sus cosas

⁸⁶² Ne moras faciamus, acturi multa, regeneratis in Baptismo, qui hodie miscendi sunt **populo**, brevis, sed gravis sermo reddendus est. Vos qui baptizati estis, et hodie completis sacramentum octavarum vestrarum, breviter accipite et intellegite translata fuisse figuram circumcisionis carnis, ad circumcisionem cordis. Die octavo circumciduntur carne secundum veterem Legem: et hoc propter Dominum Christum, qui post diem septimum sabbatorum octavo Dominico resurrexit. Cultellis petrinis iussum est circumcidi: Petra erat Christus. Infantes appellamini, quoniam regenerati estis, et novam vitam ingressi estis, et ad vitam aeternam renati estis, si hoc quod in vobis renatum est, male vivendo non suffocetis. Reddendi estis **populis**, miscendi estis **plebi** fidelium: cavete ne imitemini malos fideles, imo falsos fideles; quasi confitendo fideles, sed male vivendo infideles. Videte, quia testificor vobis coram Deo et Angelis eius: castitatem servate, sive coniugalem, sive omnimodae continentiae. Quisque quod vovit reddat. Qui non habetis uxores, licet vobis ducere uxores, sed quarum mariti non vivunt. Feminae quae non habent viros, licet eis nubere, sed eis viris quorum uxores non vivunt. Qui habetis uxores, nihil mali faciatis praeter uxores. Reddite quod exigitis. Fides vobis debetur, fidem debetis. Fidem debet maritus uxori, uxor marito; ambo Deo. Quicumque continentiam vovistis, reddite quod vovistis: quia non exigeretur, si non vovissetis. Quod potuit licere, non licet: non quia nuptiae damnantur, sed qui retro respicit damnatur. Cavete a fraudibus in negotiis vestris. Cavete a mendaciis et periuriis. Cavete a verbositate et luxuria. Quaecumque non vultis fieri vobis, nolite facere aliis, et hominibus et Deo. Quid vos onerem? *Haec agite, et Deus pacis erit vobiscum.*

⁸⁶³ Ergo *sperate in eum, omne concilium plebis*. In eum sperate, nolite vestris viribus fidere. Illi confitemini mala vestra, ab illo sperate bona vestra.

cuando llegó la persecución para levantar la torre y vencer, con la sencillez de la fortaleza y de la piedad, al diablo doble y falaz⁸⁶⁴.

Sermón 301 A, 7: Muy oportunamente me pareció que debía amonestaros respecto a los espectáculos del teatro con ocasión del espectáculo de los santos Macabeos, dado que hoy celebramos el recuerdo de su victoria. ¡Oh hermanos de Bula!, por doquier, en las ciudades de vuestro entorno, ha enmudecido la lascivia de la impiedad. ¿No os avergonzáis de que sólo entre vosotros haya permanecido la torpeza venal? ¿O acaso os deleita comprar y vender hasta la torpeza al lado del trigo, del vino, del aceite, de los animales, de las bestias domésticas y todo lo que se compra o se vende en los “romanos” o mercados? Y quizá llegue gente aquí, a tales mercados, y se le pregunta. “¿Qué buscáis? ¿Comediantes, meretrices? En Bula los tienes”. ¿Pensáis que es una gloria? Ignoro si hay infamia mayor. Hermanos míos, con todo dolor lo digo: las otras ciudades vecinas os condenan ante los hombres y en el juicio de Dios. Todo el que quiere imitar el mal os pone como ejemplo. Incluso a nuestra ciudad de Hipona, donde tales cosas han desaparecido casi por completo, llegan desde la vuestra esas torpes personas. Quizá digáis: “Nosotros somos como los de Cartago”. En Cartago hay una multitud santa y religiosa; pero, como en todas las grandes ciudades, es tal la cantidad de gente, que unos se excusan con otros. En Cartago se puede decir: “Lo hacen los paganos, lo hacen los judíos”; pero aquí, lo haga quien lo haga, lo hace un cristiano. Con gran dolor os estoy diciendo esto. ¡Ojalá llegue el momento en que la herida de mi corazón se cure con vuestra corrección! Lo confieso a vuestra caridad: en el nombre del Señor, conozco vuestra ciudad y las vecinas, cuál es su población y el número de sus habitantes; ¿puede no conoceros a todos vuestro obispo, dispensador de la palabra y del sacramento? ¿Quién os excusará de vuestras torpezas? Ved que hay juegos; dejen de ir los cristianos, y veamos si no es tal el vacío que hasta la misma torpeza se avergüence. Veamos si esas mismas personas torpes no se convierten al Señor y se liberan o, en el caso de permanecer en la torpeza, no tienen que salir de la ciudad. Hacedos este regalo, cristianos: no vayáis a los teatros⁸⁶⁵.

⁸⁶⁴ Et mirum est, fratres mei, qui hoc fecit? Ipsi hoc fecerunt, qui Dominum occiderunt. Ibi in Ierusalem, cum Dominus ascendisset in caelum, et post decem dies misso Spiritu Sancto impleret promissum, impleti Spiritu Sancto discipuli linguis omnium **gentium** locuti sunt. (...) Non **plebei** solum, non quicumque opifices, non pauperes, non egeni, non mediocres, sed multi etiam magni divites, senatores, clarissimae etiam feminae veniente persecutione omnibus suis renuntiaverunt, ut turrem perficerent, et simplicitate fortitudinis atque pietatis duplicem ac fallacem diabolum vincerent.

⁸⁶⁵ Opportune de spectaculo sanctorum Machabaeorum, quorum victoriae memoriam hodie celebramus, de spectaculis theatricis admonenda visa est mihi Caritas vestra. O fratres Bullenses, circumquaque prope in omnibus **civitatibus** vicinis vestris lascivia impietatis obmutuit. Non erubescitis, quia apud vos solos remansit turpitude venalis? An delectat vos, inter frumentum, vinum, oleum, animalia, pecora et quaecumque in Romanis vel nundinis venundantur, etiam turpitudinem emere et vendere? Et fortassis ad talia commercia huc veniant peregrini, et dicitur: Quid quaeris? mimos, meretrices? Bullae habes. Gloriam putatis? Nescio an sit maior infamia. Omnino, fratres mei, ex dolore dico, vicinitas aliarum **civitatum** condemnat vos in conspectu hominum et in iudicio Dei. Quisquis vult malum imitari, vos proponit. Ad Hipponem nostram, ubi iam talia pene defecerunt, turpes istae personae de vestra **civitate** ducuntur. Sed forte dicitis: Nos Carthagini similes sumus. Quomodo apud Carthaginem est **plebs** sancta et religiosa, sic tanta turba est in magna **civitate**, ut se excusent omnes de aliis. Pagani faciunt, Iudaei faciunt, potest dici Carthagine; hic, quicumque faciunt, Christiani faciunt. Cum magno dolore vobis haec dicimus: Utinam aliquando vestra correctione vulnus cordis nostri sanetur! Dicimus Caritati vestrae: Novimus in nomine Dei **civitatem** et vestram, et vicinas vobis, quanta est hic multitudo, quantus **populus**; potestis nisi noti omnes ei, qui vobis dispensator est constitutus verbi et sacramenti? Quis excusat ab hac turpitudine? Ecce ludi sunt: non eant Christiani, et videamus si non tanta erit solitudo, ut sibi erubescat ipsa turpitude. Videamus si non ipsae personae turpes aut ad Dominum convertentur, et

Sermón 301 A, 8: Según esto, ¿llenaréis estos mismos lugares quienes ahora habéis llenado los teatros? Al menos, comparad los lugares y golpeaos el pecho. Quizá digáis: “Está bien que os abstengáis de estas cosas vosotros los clérigos, los obispos, pero no nosotros los laicos”. ¿Es que os parecen justas estas palabras? ¿Qué somos nosotros si perecéis vosotros? Una cosa es lo que somos personalmente y otra lo que somos por vosotros. Personalmente, somos cristianos; clérigos y obispos lo somos por vosotros. El Apóstol no hablaba a los clérigos, a los obispos y presbíteros cuando decía: *Vosotros sois miembros de Cristo*. Lo decía al pueblo, a los fieles, a los cristianos: *Pero vosotros sois miembros de Cristo*. Mirad de qué cuerpo sois miembros; mirad bajo qué cabeza vivís en la unidad de un solo cuerpo; mirad al único Espíritu que habéis recibido de él. Repito las mismas palabras del Apóstol: *¿He de quitar mis miembros a Cristo para hacerlos miembros de una meretriz?* ¡Y nuestros cristianos no sólo aman a las meretrices, sino que mantienen su institución! No sólo aman a las que ya lo eran, sino que hasta hacen tales a quienes no lo eran. ¡Como si ellas no tuvieran almas, como si la sangre de Cristo no se hubiese derramado también por ellas, como si nadie hubiese dicho: *Las meretrices y los publicanos os precederán en el reino de los cielos*⁸⁶⁶.

Sermón 301 A, 9: Me atrevo a deciros que imitéis a vuestra ciudad vecina, imitad a vuestra vecina Simitu. Nada más os digo. Os lo digo más claramente en el nombre de nuestro Señor Jesucristo: allí nadie entra en el teatro; allí no quedó nadie que asistiese a esas torpezas. El legado quiso representar allí torpezas de ese género, pero no asistió nadie: ni los jefes, ni los plebeyos, ni los judíos. ¿No son ellos personas honestas? ¿No lo es la ciudad? ¿No es aquella colonia tanto más honesta cuanto más vacía está de estas cosas? No os diría estas cosas si sólo oyese cosas buenas sobre vosotros; pero, si me callase, temería ser condenado junto con vosotros. Así, pues, hermanos míos, quiso Dios que pasase por aquí. Mi hermano me retuvo, me mandó, me suplicó y me forzó a dirigiros la palabra. ¿De qué debía hablaros sino de lo que más temor me infunde? ¿De qué sino de lo que más me duele? ¿Ignoráis que yo y todos nosotros hemos de rendir cuentas muy exactas a Dios por vuestras alabanzas? ¿Pensáis que estas alabanzas son un honor para mí? Son un peso, no un honor. Muy ajustadas cuentas hemos de dar de esas alabanzas; temo mucho que nos diga Cristo en el día del juicio: “Siervos malos, con agrado recibíais las alabanzas del pueblo a la vez que le callabais su propia muerte”. El Señor Dios nuestro nos concederá que en adelante sólo oigamos cosas buenas de vosotros y que por su misericordia recibamos el consuelo de

liberabuntur, aut, si in sua turpitudine permanebunt, de ista **civitate** migrabunt. Hoc vobis praestate vos, Christiani: theatra nolite intrare.

⁸⁶⁶ Ergo ipsi haec loca implebunt, qui modo theatra implestis? Vel comparate loca, et contundite pectora. Dicitis fortasse: Bene vos ab istis abstinete, qui clerici estis, qui episcopi estis, non autem nos laici. Itane vero haec vox iusta vobis videtur? Quid enim sumus os, i peritis vos? Aliud est, quod sumus propter nos; aliud, quod sumus propter vos. Christiani sumus propter nos, clerici et episcopi non nisi propter vos. Apostolus non clericis, non episcopis et presbyteris loquebatur, quando dicebat: *Vos autem estis membra Christi*. **Plebibus** dicebat, fidelibus dicebat, Christianis dicebat: *Vos autem estis membra Christi*. Attendite in quo corpore membra sitis, attendite sub quo capite in una corporis compage vivatis; videte unum Spiritum, quem ab illo accepistis. Ipsa replico verba Apostoli: *Tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis?* Et Christiani nostri non solum diligunt, sed etiam instituunt meretrices? Non solum diligunt eas, quae erant, sed instituunt eas, quae non erant; quasi non et ipsae animas habeant, quasi non et pro ipsis effusus sit sanguis Christi, quasi non dictum sit: *Meretrices et publicani praecedunt vos in regnum caelorum*.

vuestra corrección. Cuanto más grande es ahora la tristeza, tanto mayor será entonces el gozo⁸⁶⁷.

Sermón 306 C, 1: Aprendiendo y enseñando esto Cuadrado –era, en efecto, obispo-, cuya fiesta solemne celebramos hoy, confesó a Cristo con todo su pueblo, clérigos y laicos. Envió delante a la grey que apacentaba. La Masa Cándida, cuya solemnidad celebramos hace cuatro días, era el pueblo de Dios confiado a su gobierno. ¡Qué gran pared revocada regía este Cuadrado! Y todas aquellas almas y la pared revocada regía este Cuadrado! Y todas aquellas almas y la pared formada con ellas aún no veían la Iglesia que contemplamos nosotros; aún no la veían, pero la construían con las piedras que eran ellas mismas; al morir corrían como piedras vivas a su armazón. Ahora vemos a la Iglesia extendida por todo el orbe de la tierra; entonces era grande en pocos, y ahora extendida y difundida entre muchos. Vemos también que se cumple lo predicho por los profetas, que habían anticipado como futuro lo que ahora vemos⁸⁶⁸.

Sermón 313 A, 3: ¡Cuántos males causa la torpe curiosidad!, la vana concupiscencia de los ojos, la avidez de espectáculos frívolos, la locura de los estadios, los combates sin premio alguno! Los aurigas luchan por un premio; ¿buscando qué premio luchan las masas por los aurigas? Pero agrada el auriga, agrada el cazador, agrada el actor. ¿Deleita así la torpeza al hombre honesto? Cambia también tus espectáculos; la Iglesia muestra a tu mente otros más respetables y venerados. (...) Muy bien hizo, muy bien hizo la antigua disciplina romana, que colocó a toda clase de histriones entre los infames. No había para ellos honor ninguno en la curia, ni siquiera en la tribu de los plebeyos; en todos los lugares fueron separados de los honestos y presentados a los honestos como venales. ¿Por qué lo apartaste de ti, de la curia, por dignidad, y lo pusiste junto a ti, por placer, en el teatro? Tu placer ha de ir de acuerdo con tu dignidad. Incluso los miserables se suman a los gritos, a los deseos y a los placeres, propios de gente que está fuera de sí, de los espectadores. Elimina todas esas cosas; quien no quiere asistir a esos espectáculos se muestra misericordioso con ellos⁸⁶⁹.

⁸⁶⁷ Audeo dicere: Vicinam **civitatem** vestram imitamini, vicinam **civitatem** Simittû imitamini. Nihil aliud vobis dico. Apertius vobis dico in nomine Domini Iesu Christi; nemo ibi intrat in theatrum, nullus ibi turpis remansit. Legatus ibi voluit agere huiusmodi turpitudines; nullus principalis, nullus **plebeus** intravit, nullus Iudaeus intravit. Ipsi honesti non sunt? Illa **civitas** non est? Illa colonia non est, tanto honestior, quanto istis rebus inanior? Haec vobis non dicemus, si bona de vobis audiremus; si autem tacuerimus, timeo ne pariter iudicemur. Voluit ergo Deus, fratres mei, ut transirem hac. Frater meus tenuit me, iussit, rogavit, compulit, ut verbum vobis facerem. Unde facerem, nisi unde plus timeo? Unde facerem, nisi unde plus doleo? Nescitis me et nos omnes gravissimam rationem reddituros Deo de laudibus vestris? Putatis quod istae laudes honorent nos? Onerant, non honorant. Valde gravis de illis laudibus ratio redditur; valde timeo, ne dicat nobis Christus in iudicio suo: Mali servi, laudes **populi** mei libenter accipiebatis, et mortem ipsorum eis tacebatis. Praestabit autem Dominus Deus noster, ut de cetero bona de vobis audiamus, et in illius miseratione consolemur de vestra correctione: tanto enim erit maius gaudium, quanto magna modo tristitia.

⁸⁶⁸ Hoc discens et docens iste Quadratus - erat enim episcopus - cuius sollemnitatem hodie celebramus, cum tota **plebe** sua, clericis et laicis, confessus est Christum. Praemisit gregem, quem pascebat: post quadriduum Quadratus secutus est. Massa enim Candida, cuius ante quadriduum sollemnitas celebrata est, **plebs** erat Dei, gubernationi huius credita. Quam magnum parietem signinarium regebat iste Quadratus! Et illae tot animae, et ex tot animabus, nondum videbant **Ecclesiam**, quam videmus; nondum videbant, et de se ipsis eam construebant, atque in eius conpagem moriendo lapides vivi currebant. Et ecce videmus **Ecclesiam** toto terrarum orbe diffusam, tunc in paucis magnam, nunc in multis latam atque diffusam; et cernimus impleri praedicta Prophetarum, quae praecesserunt futura omnia quae videmus.

⁸⁶⁹ Quae mala facit turpis curiositas, concupiscentia vana oculorum, aviditas nugacium spectaculorum, insania stadiorum, nullo praemio conflictus certaminum! Certant aurigae aliquo praemio; litigant pro aurigis **populi** quo praemio? Sed delectat auriga, delectat venator, delectat scenicus. Itane honestum

Sermón 316, 1: ¿Qué fue lo que escuchasteis cuando se leyó su pasión? *Esteban, lleno de gracia y del Espíritu Santo, hacía grandes prodigios y signos entre el pueblo en el nombre de Jesucristo el Señor.* Advertid quién los hacía y en nombre de quién. Quienes amáis a Esteban, amadlo en Cristo. Esto es lo que él quiere y lo que le agrada; ello le causa gozo y le produce satisfacción⁸⁷⁰.

Sermón 322: “Te ruego, señor beatísimo y padre Agustín, que mandes leer a la santa asamblea este mi relato que te he presentado por orden tuya: (...)

De los diez hermanos que somos, el que sigue al primero mereció recobrar la salud en la memoria del glorioso mártir Lorenzo, que se ha levantado hace poco junto a Rávena, según hemos oído. Yo, el sexto de los hermanos, acompañado de mi hermana, que me sigue en edad, lleno del deseo de recobrar la salud, emprendí el viaje y me presentaba en cualquier pueblo y región donde hubiese lugares sagrados, en los que Dios realizase milagros. Para no mencionar otros lugares celeberrimos por los santos, en este mi peregrinar llegué hasta Ancona, ciudad de Italia, donde Dios realiza muchos milagros por mediación del gloriosísimo mártir Esteban. Pero no pude alcanzar la curación allí precisamente porque la divina Providencia me tenía reservado para aquí. Ni tampoco pasé de largo de la ciudad africana de Uzala, donde se pregona que el bienaventurado mártir Esteban hace maravillas con frecuencia. No obstante, hace tres meses, es decir, el mismo día de las calendas de enero, tanto yo como mi hermana, que me acompaña y quien aún es presa del mismo mal, fuimos advertidos por una visión que no dejaba dudas. Cierta persona de rostro brillante y venerable por la blancura de sus cabellos me dijo que en el espacio de tres meses estaría en posesión de la deseada curación. Sin embargo, a mi hermana se le apareció en visión tu imagen tal como ahora te vemos, por lo cual se nos indicó que debíamos venir a este lugar. A partir de entonces, cuando íbamos de viaje a otras ciudades, también yo veía a tu beatitud en todo igual a como ahora te contemplo. Avisados, pues, claramente por la autoridad divina, llegamos a esta ciudad hace unos quince días. Testigos de mi sufrimiento son vuestros ojos y mi desdichada hermana, que, para aleccionamiento de todos, aporta la prueba de nuestro mal común⁸⁷¹.

delectat turpitudō? Muta etiam cupiditatem spectaculorum; exhibet **Ecclesia** menti tuae honorabiliora et veneranda spectacula. (...) Optime fecit, omnino optime fecit antiqua disciplina Romana, quae omne genus histrionum in infami loco deputavit. Non illis ullus honor in curia, non saltem in **plebeia** tribu; undique ab honestis remoti, et honestis venales propositi. Quid a te propter dignitatem de curia removisti, et propter voluptatem tibi in theatro posuisti? Consonet dignitati tuae voluptas tua. Et ipsi miseri addicti sunt spectantium vocibus, spectantium cupiditatibus, spectantium insanientibus voluptatibus. Remove ista omnia, liberantur; misericordiam in illos facit, qui spectare noluerit.

⁸⁷⁰ Quid ergo audistis, cum eius passio legeretur? *Stephanus autem plenus gratia et Spiritu sancto, faciebat prodigia et signa magna in plebe, per nomen Domini Iesu Christi.* Intellegite quis, per cuius nomen. Qui nostis amare Stephanum, in Christo amate. Hoc enim vult, hoc illi gratum est: inde gaudet, hoc acceptum habet.

⁸⁷¹ *Rogo, domine beatissime papa Augustine, ut hunc libellum meum, quem ex praecepto tuo obtuli, sanctae plebi iubeas recitari.* (...) Ex nobis autem omnibus decem fratribus, qui nascendi quoque ordine primum sequitur ad gloriosi martyris Laurentii memoriam, quae apud Ravennam nuper collocata est, sicut audivimus, meruit sanitatem. Ego autem qui nascendi ordine sum sextus illorum, cum hac sorore mea, quae me aetate subsequitur, ubicumque **gentium**, ubicumque terrarum loca esse sacra, in quibus operaretur Deus miracula, comperissem, magno desideratae sanitatis amore carpebam iter. Sed ut de caeteris celeberrimis sanctorum locis taceam, etiam ad Anconam, Italiae **civitatem**, ubi per gloriosissimum martyrem Stephanum multa miracula Dominus operatur, eadem circuitione perveni. Sed ideo alibi curari non potui, quia huic loco divina praedestinatione servabar. Nec Uzalim **civitatem** Africae praetermisi, ubi beatus martyr Stephanus magna praedicatur frequenter operari. Verumtamen ante hos tres menses, id est, calendarum ianuariarum die, tam ego quam soror mea, quae hic mecum est, eadem adhuc

Sermón 331, 4: En pocas palabras ha definido el profeta en qué consistirá nuestro galardón: *Yo seré su Dios y ellos serán mi pueblo. Yo seré su Dios.* Dios se nos prometió a sí mismo como galardón. Busca a ver si encuentras algo mejor⁸⁷².

Sermón 348 A, 3: Para evitar que alguno de ellos nos condene a vosotros y a mí, defendámonos sirviéndonos del apóstol Pablo; veamos si deseó él para su pueblo – escuchad lo que he dicho- lo que pedimos para vosotros. Escuchad lo que dijo en cierto lugar. Voy a ser breve. ¿Qué afirmas, oh hereje reciente!, quien seas tú que me oyes, si es que estás presente? ¿Qué dices? ¿Que tenemos en nuestro poder el no pecar, de forma que podemos hacerlo realidad con el auxilio de la gracia divina? ¿Es esto lo que afirmas? –Eso es, dice- Entonces, ¿tenemos en nuestro poder el no pecar sin la ayuda de Dios? –Así es, dice. -¿qué valor tiene, pues, lo que dice el Apóstol escribiendo a los corintios: *Oramos a Dios para que no hagáis nada malo?*⁸⁷³.

Sermón 56, 6: *Venga tu reino.* ¿A quién se lo decimos? ¿Acaso no ha de venir el reino de Dios si no lo pedimos? Se habla del reino que llegará al fin del mundo. Dios, en efecto, siempre tiene reino, y nunca está sin reino aquel a quien sirve toda criatura. ¿Pero qué clase de reino deseas? Aquel del que está escrito en el Evangelio: *Venid, benditos de mi Padre, recibid el reino que os ha sido preparado desde el principio del mundo.* Pensando en él decimos: *Venga a nosotros tu reino.* Deseamos que venga a nosotros; deseamos ser hallado en él. Que vendrá, es un hecho; pero ¿de qué te aprovechará si te encuentra a su izquierda? Luego también aquí deseas un bien para ti y oras por ti mismo. Esto deseas, esto anhelas al orar: vivir de tal manera que formes parte del reino de Dios que se otorgará a los santos. Por tanto, oras para vivir bien, oras en beneficio tuyo cuando dices: *Venga tu reino.* Formemos parte de tu reino: llegue también para nosotros lo que ha de llegar para tus santos y justos⁹⁴⁵.

⁹⁴³ Est ergo pauper, est et dives, et occurrerunt sibi; ambos autem fecit Dominus: divitem, unde huic subveniret; pauperem, unde illum probaret. *Beati ergo pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.* Habeant divitias, non habeant divitias: pauperes sint, et ipsorum est **regnum** caelorum.

⁹⁴⁴ *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Hoc additamentum martyrem a latrone discrevit: nam et latro pro malis suis patitur persecutionem, nec quaerit coronam, sed luit debitam poenam. Martyrem non facit poena, sed causa: prius eligat causam, et securus sufferat poenam. In loco uno tres cruces erant, quando passus est Christus: ipse in medio, hinc atque hinc latrones duo. Attende poenam, nihil similius: tamen unus latronum in cruce invenit paradisum. Ille in medio iudicans damnat superbum, subvenit humili. Lignum illud Christo tribunal fuit. Quid agit iudicaturus, qui haec potuit iudicatus? Latroni ait confesso: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.* Ille enim se differebat. Quid enim ille dixerat? *Memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum.* "Novi, inquit, mala mea: certe huc usque crucier, donec venies". Et quia omnis qui se humiliat exaltabitur, statim protulit sententiam, dedit indulgentiam: *Hodie, inquit, mecum eris in paradiso.*

⁹⁴⁵ *Adveniat regnum tuum.* Cui dicimus? Et si non petamus, non est venturum **regnum** Dei? De illo enim **regno** dicitur quod erit post finem saeculi. Nam **regnum** semper habet Deus; et numquam est sine regno, cui servit universa creatura. Sed quod **regnum** optas? De quo scriptum est in Evangelio: *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab initio saeculi.* Ecce de quo dicimus: *Adveniat regnum tuum.* Ut in nobis veniat, optamus; ut in illo inveniamur, optamus. Nam ecce veniet: sed quid tibi

Sermón 56, 7: ¿Qué quiere decir *Hágase tu voluntad*? Hágase en mí de manera que no resista a tu voluntad. Por tanto, también aquí oras por tí y no por Dios. La voluntad de Dios se hará en ti aunque no la cumplas tú. En aquellos a quienes se dirá: *Venid, benditos de mi Padre, recibid el reino preparado desde el principio del mundo para vosotros*, se cumplirá la voluntad de Dios de que los justos y santos reciban el reino, y también de aquellos a quienes ha de decir: *Id al fuego eterno que está preparado para el diablo y sus ángeles*⁹⁴⁶.

Sermón 56, 9: Es necesario explicar que oras por tí y no por Dios cuando dices: *Santificado sea tu nombre*. Es preciso exponerlo también cuando dices: *Hágase tu voluntad*, para que no pienses que deseas un bien a Dios y no que más bien oras por tí. También necesitas aclaración cuando pides: *Venga tu reino*, no vayas a pensar que deseas un bien a Dios, es decir, que reine. A partir de esta petición, y hasta el final de la oración, aparece evidente que rogamos a Dios por nosotros⁹⁴⁷.

Sermón 56, 19: *Santificado sea tu nombre. Venga tu reino. Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo*. Estas tres peticiones se refieren a la vida eterna. Siempre debe ser santificado el nombre de Dios en nosotros, siempre debemos estar en su reino, siempre debemos hacer su voluntad. Esto durará por siempre⁹⁴⁸.

Sermón 57, 5: *Venga tu reino*. Lo pidamos o no lo pidamos, ha de venir. Dios tiene, en efecto, un reino sempiterno. ¿Cuándo no reinó? ¿Cuándo comenzó a reinar? Luego, si su reino no tiene inicio, tampoco tendrá fin. Mas, para que sepáis que también esto lo pedimos en beneficio nuestro, no de Dios –no decimos *Venga tu reino*, como deseando que reine Dios–, el reino de Dios seremos nosotros si, creyendo en él, nos vamos perfeccionando. Serán su reino todos los fieles redimidos con la sangre de su Hijo único. Este reino llegará cuando tenga lugar la resurrección de los muertos; entonces vendrá también él. Y una vez que hayan resucitado los muertos, los separará, como él mismo dice, y pondrá unos a la derecha, otros a la izquierda. A quienes estén a la derecha, les dirá: *Venid, benditos de mi Padre, recibid el reino*. Esto es lo que deseamos y pedimos al orar *Venga tu reino*, es decir, que venga a nosotros. Pues si nosotros fuéramos hallados réprobos, aquel reino vendrá para otros, no para nosotros.

prodest, si ad sinistram te inveniet? Ergo et hic tibi bene optas, pro te oras. Hoc desideras, hoc cupis orando, ut sic vivas, quomodo ad **regnum** Dei, quod est omnibus sanctis dandum, pertineas. Ergo, ut bene vivas, tibi oras, cum dicis: *Adveniat **regnum** tuum*. Pertineamus ad **regnum** tuum, veniat et nobis, quod venturum est sanctis et iustis tuis.

⁹⁴⁶ Quid est ergo: *Fiat voluntas tua*? Fiat in me, ut non resistam voluntati tuae. Ergo et hic pro te oras, et non pro Deo. Fiet enim voluntas Dei in te, et si non fit a te. Nam et quibus dicturus est: *Venite, benedicti Patris mei, percipite **regnum** quod vobis paratum est ab origine mundi*, fiet in illis voluntas Dei, ut iusti et sancti accipiant **regnum**; et quibus dicturus est: *Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius*, fiet in illis voluntas Dei, ut mali damnentur in ignem sempiternum.

⁹⁴⁷ Et hic iam manifestum est quod pro nobis oramus. Quando dicis: *Sanctificetur nomen tuum*, exponendum est tibi quia pro te oras, non pro Deo. Quando dicis: *Fiat voluntas tua*, et hoc exponendum tibi est, ne putes quod Deo bene optas, ut fiat voluntas ipsius, et non potius pro te oras. Quando dicis: *Veniat **regnum** tuum*, et hoc exponendum est, ne putes quia Deo bene optas, ut regnet. Ab isto autem loco et deinceps usque in finem orationis, apparet quia pro nobis rogamus Deum.

⁹⁴⁸ Et erunt petitiones illae tres: *Sanctificetur nomen tuum, Adveniat **regnum** tuum, Fiat voluntas tua in caelo et in terra*, tres istae petitiones sunt propter vitam humanam. Semper enim sanctificatum in nobis debet esse nomen Dei, semper in **regno** eius esse debemus, semper voluntatem eius facere debemus: hoc in aeternum erit.

Si, por el contrario, nos halláramos en el número de quienes pertenecen a los miembros de su Hijo unigénito, su reino vendrá para nosotros; vendrá y no tardará. ¿Acaso quedan todavía tantos siglos cuantos son los ya pasados? El apóstol Juan dice: *Hijos, ésta es la última hora*. Pero pensad que a un día largo corresponde una hora larga. Sea, empero, para vosotros como quien está despierto, se duerme, se levanta y reina. Estemos despiertos ahora; con la muerte dormiremos, al fin de los tiempos nos levantaremos y sin fin reinaremos⁹⁴⁹.

Sermón 57, 6: La voluntad de Dios es que reinen los buenos y sean condenados los malos. (...) La llegada de su reino, reino en que viviremos, será para siempre. El cumplimiento de su voluntad en la tierra como en el cielo, en cualquiera de las maneras que expuse, será eterno⁹⁵⁰.

Sermón 57, 7: Restan las peticiones que se refieren a nuestra vida de peregrinos. Por eso, sigue así: *Danos hoy nuestro pan de cada día*. Danos los bienes eternos, danos los temporales. Prometiste el reino, no nos niegues el auxilio⁹⁵¹.

Sermón 57, 12: ¿Por qué, una vez concluida la oración, no habló algo más, bien sobre la petición que puso en primer lugar, o sobre la última, o las que están en el medio, diciendo qué pasaría, por ejemplo, si el nombre de Dios no fuera santificado en nosotros, o si no llegásemos a pertenecer al reino de Dios, o si su voluntad no se hiciera en la tierra como se hace en el cielo, o si Dios no nos guardase de caer en la tentación? ¿Por qué no dijo nada de eso? ¿Qué fue lo que dijo? *En verdad os digo que si perdonareis los pecados a los hombres, en conexión con: Perdónanos nuestras deudas así como nosotros perdonamos a nuestros deudores*⁹⁵².

Sermón 57, 13: ¿Por qué vamos a temer que no nos lo dé quien lo prometió al decir: *Buscad ante todo el reino de Dios, y todas estas cosas se os darán por añadidura? Antes de que se lo pidáis, sabe vuestro Padre que tenéis necesidad de todo*

⁹⁴⁹ *Veniat regnum tuum*. Petamus, non petamus, venire habet. Habet quidem **regnum** Deus sempiternum. Quando enim non regnavit? Quando **regnare** coepit? Quando **regnum** eius initium non habet, nec finem habebit. Sed ut sciatis quia et hoc pro nobis oramus, non pro Deo (non enim sic dicimus: *Veniat regnum tuum*, quasi optantes, ut **regnet** Deus); **regnum** ipsius nos erimus, si in illum credentes in eo profecerimus. Omnes fideles redempti sanguine Unici ipsius, erunt **regnum** ipsius. Venturum est autem ipsum **regnum**, cum facta fuerit resurrectio mortuorum: tunc enim veniet ipse. Et cum resurrexerint mortui, dividet eos, sicut ipse dicit, et ponet alios ad dexteram, alios ad sinistram. Dicit eis qui ad dexteram erunt: *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum*. Hoc est quod optamus et rogamus, quando dicimus: *Veniat regnum tuum*, ut nobis veniat. Nam si nos reprobi fuerimus, illud regnum aliis venturum est, non nobis. Si autem in eo numero fuerimus, qui pertinent ad membra unigeniti Filii eius, nobis veniet **regnum** eius: et non tardabit. Numquid enim saecula tanta restant, quanta transierunt? Apostolus Ioannes dixit: *Filioli, novissima hora est*. Sed pro ipso die magno longa est hora: et ipsa hora novissima videte quot annos ducat. Tamen sic vobis sit quasi qui vigilet, dormiat, surgat et **regnet**. Modo vigilemus, morte dormiemus, in fine resurgemus, sine fine **regnabimus**.

⁹⁵⁰ Nam voluntas Dei necesse est ut fiat. Voluntas Dei est ut **regnet** boni, damnentur mali. (...) Quod **regnum** ipsius veniet, ubi semper vivemus, aeternum erit. Quod voluntas eius fit, sicut in coelo, ita et in terra, omnibus modis, quos exposui, aeternum erit.

⁹⁵¹ Restant petitiones pro ista vita peregrinationis nostrae: ideo sequitur: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*. Da aeterna, da temporalia. Promisisti **regnum**, noli negare subsidium.

⁹⁵² Quare post finitam Orationem non aliquid nobis inde tractavit, vel quod a capite posuit, vel quod in fine concludit, vel quod in medio collocavit? Si enim non in vobis sanctificatum fuerit nomen Dei, aut si non pertinueritis ad **regnum** Dei, aut si non in vobis facta fuerit voluntas Dei sicut in coelo, aut si non vos Deus custodierit ne intretis in tentationem: quare nihil horum? Sed quid? *Amen dico vobis, quia si dimiseritis peccata hominibus:*

eso. *Buscad ante todo el reino de Dios, y todas estas cosas se os darán por añadidura*⁹⁵³.

Sermón 58, 3: Continuamos diciendo: *Sea santificado tu nombre. Venga tu reino.* La santificación del nombre de Dios consiste en que nosotros nos hagamos santos, pues su nombre es santo desde siempre. Deseamos también que venga su reino. Vendrá aunque no queramos; pero desear y orar que venga su reino no es otra cosa que desear que nos haga dignos de él, no sea que –Dios no lo quiera– venga, pero no para nosotros. Para aquellos a quienes dirá: *Venid, benditos de mi Padre, recibid el reino que está preparado para vosotros desde el comienzo del mundo.* No vendrá para aquellos a quienes se dirá: *Apartaos de mí, malditos; id al fuego eterno.* Cuando decimos *Venga tu reino* pedimos, por tanto, que venga para nosotros. ¿Qué significa que venga para nosotros? Que nos encuentre buenos. Esto es lo que pedimos: que nos haga buenos; entonces vendrá para nosotros su reino⁹⁵⁴.

Sermón 58, 5: Pero ¿qué dice el Señor Jesús?: *Buscad primero el reino de Dios, y las demás cosas se os darán por añadidura. Danos hoy nuestro pan de cada día:* puede entenderse también perfectamente referido a la Eucaristía, alimento de cada día⁹⁵⁵.

Sermón 58, 12: Las tres primeras peticiones: *Santificado sea tu nombre, Venga tu reino y Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo,* son eternas. Las cuatro siguientes corresponden a la vida presente. *Danos hoy nuestro pan de cada día:* ¿acaso, una vez que hayamos llegado a aquella saciedad, hemos de pedir diariamente el pan de cada día? *Perdónanos nuestras deudas:* ¿acaso hemos de decir esto en aquel reino en que no tendremos deuda alguna?⁹⁵⁶

Sermón 58 13: Cuando hayamos llegado al lugar en que reinaremos, no será necesario recitar el Símbolo⁹⁵⁷.

Sermón 59, 4: Sigue la segunda petición: *Venga tu reino.* El reino de Dios ha de venir pidámoslo nosotros o no. ¿Por qué, pues, lo pedimos, sino para que venga también

⁹⁵³ Quid enim timemus ne non nobis exhibeat ille qui promisit, et dixit: *Quaerite primum regnum et iustitiam Dei, et haec omnia apponentur vobis? Novit enim Pater vester, quia ista necessaria sunt vobis, priusquam petatis ab eo. Quaerite primum regnum et iustitiam Dei, et haec omnia apponentur vobis.*

⁹⁵⁴ Sanctificetur nomen tuum, dicimus: *Veniat regnum tuum.* Sanctificatio nominis Dei est, qua efficitur nos sancti. Nam nomen eius semper est sanctum. Optamus etiam venire **regnum** eius: veniet, et si nolumus; sed optare et orare ut veniat **regnum** eius, nihil est aliud quam optare ab illo, ut dignos nos faciat **regno** suo, ne forte, quod absit, veniat, et non nobis veniat. Multis enim non est venturum, quod tamen venturum est. Eis enim venturum est, quibus dicetur: *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.* Illis non veniet quibus dicetur: *Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum.* Cum ergo dicimus: *Veniat regnum tuum,* oramus ut nobis veniat. Quid est, ut nobis veniat? Ut bonos nos inveniat. Hoc ergo oramus, ut bonos nos faciat: tunc enim nobis veniet **regnum** eius.

⁹⁵⁵ Sed quid ait Dominus Iesus? *Quaerite primum regnum Dei et iustitiam, et haec omnia apponentur vobis.* Intellegitur etiam hoc valde bene: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie,* Eucharistiam tuam, quotidianum cibum.

⁹⁵⁶ Tres ergo petitiones superiores *Sanctificetur nomen tuum, Veniat regnum tuum, Fiat voluntas tua, sicut in coelo, et in terra,* aeternae sunt. Quatuor autem sequentes ad istam vitam pertinent. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie:* numquid quotidie petitori sumus panem quotidianum, quando ad illam satietatem venerimus? *Dimitte nobis debita nostra:* numquid in illo **regno** dicemus, quando debita non habebimus?

⁹⁵⁷ Cum autem venerimus ad illum locum ubi **regnabimus,** non opus est ut dicamus Symbolum:

para nosotros lo que ha de venir para todos los santos? ¿Para qué, sino para que Dios nos cuente en el número de sus santos, para quienes ha de venir su reino?⁹⁵⁸

Sermón 59, 8: En consecuencia, de estas siete peticiones, tres se refieren a la vida eterna y cuatro a la vida presente. *Sea santificado tu nombre*, siempre lo será. *Venga tu reino*, este reino siempre existirá. *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo*, siempre se hará. *Danos hoy nuestro pan de cada día*, no será cosa de siempre. *Perdónanos nuestras deudas*, no durará eternamente. *No nos dejes caer en la tentación*, no será cosa de siempre. *Mas líbranos del mal*, no durará por siempre. Únicamente donde existe la tentación y el mal es necesario que pidamos esto⁹⁵⁹.

Sermón 61 A, 3: ¿O dudamos, acaso, de que los apóstoles pertenecen a Dios y ellos principalmente han de reinar con Cristo, y que los demonios han de arder con su príncipe, el diablo, por toda la eternidad?⁹⁶⁰

Sermón 61 A, 5: Cuando no sana el cuerpo, quiere sanar el alma. Admite, por tanto, que te conviene lo que quiere quien te llamó al reino eterno. ¿Qué es eso que tan ardientemente deseas? Te prometió la vida eterna, te prometió reinar con los ángeles, te prometió un descanso sin fin.⁹⁶¹

Sermón 62, 6: Observad que lo que oísteis en el Evangelio como futuro entonces, ahora es algo presente. *Por tanto, yo os digo*, o sea, por la celebrada fe del centurión, como extraños en la carne, pero de la familia en el corazón. *Por esto*, dijo, *muchos vendrán de oriente y de occidente*. No todos, sino *muchos*; pero, eso sí, *de oriente y de occidente*. Mediante esas dos partes se designa todo el orbe de la tierra. *Muchos vendrán de oriente y de occidente y se sentarán a la mesa con Abrahán, Isaac y Jacob en el reino de los cielos. En cambio, los hijos del reino serán arrojados a las tinieblas exteriores*. Los hijos del reino son los judíos. *¿Por qué hijos del reino?* Porque recibieron la Ley, a ellos fueron enviados los profetas, en medio de ellos existió el templo y el sacerdocio, que celebraban a las figuras de cuanto iba a acaecer. Pero no reconocieron la presencia de las cosas que celebraron en figura. *Los hijos del reino irán, dijo, a las tinieblas exteriores. Allí habrá llanto y rechinar de dientes*. Estamos viendo la reprobación de los judíos; estamos viendo cristianos llamados de oriente y de occidente a cierto banquete celeste, para que se sienten a la mesa con Abrahán, Isaac y Jacob, donde el pan será la justicia y la bebida la sabiduría⁹⁶².

⁹⁵⁸ Sequitur alia petitio: *Adveniat regnum tuum*. Sive petamus sive non petamus, venturum est **regnum** Dei; quare ergo petimus nisi ut veniat et nobis quod venturum est omnibus sanctis, ut et nos Deus in numero sanctorum suorum habeat quibus venturum est **regnum** eius?

⁹⁵⁹ Ac per hoc omnes istae petitiones septem sunt, tres ad vitam aeternam pertinent, quattuor ad vitam praesentem pertinent. *Sanctificetur nomen tuum*: semper erit. *Adveniat regnum tuum*: hoc **regnum** semper erit. *Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra*: semper erit. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*: non semper erit. *Dimitte nobis debita nostra*: non semper erit. *Ne nos inferas in temptationem, Sed libera nos a malo*: non semper erit, sed ubi est temptatio et ubi est malum, ibi necessarium est ut petamus.

⁹⁶⁰ An dubitamus istos pertinere ad Deum et **regnatos** praecipue cum Christo, demones autem arduos in aeternum cum suo principe diabolo?

⁹⁶¹ Quando non curat corpus, curare vult animam. Crede ergo expedire tibi quod ille voluerit, qui te in **regnum** aeternum vocavit. Quid est enim hoc ipsum quod pro magno desideras? Vitam aeternam tibi promisit, **regnum** cum angelis tibi promisit, sine fine requiem tibi promisit.

⁹⁶² Videte quod audistis ex Evangelio tunc futurum, tunc praesens est. *Ideo*, inquit, *dico vobis*: propter laudatam Centurionis fidem, tamquam alienigenae carne, domestici corde *Propterea*, inquit, *multi ab oriente et occidente venient*. Non omnes, sed *multi*: tamen ipsi *ab oriente et occidente*: istis duabus partibus totus orbis designatur. *Multi ab oriente et occidente venient, et recumbent cum Abraham, et*

Sermón 62, 7: Prestad atención, pues, hermanos. Formáis parte de este pueblo, predicho ya entonces y ahora convertido en realidad presente. Sois ciertamente de aquellos que han sido llamados de oriente y de occidente a sentarse a la mesa del reino de los cielos, no en el templo de los ídolos⁹⁶³.

Sermón 65 A, 5: ¿Por amor a la madre despreciaré a Cristo, que siendo Dios quiso por mí tener madre? Quizá quiso tener madre precisamente para enseñarme en ella a desdeñar al padre y a la madre por el reino de los cielos⁹⁶⁴.

Sermón 65 A, 6: Al padre que tuve en la tierra lo deposité en el sepulcro, pero tengo siempre un Padre en el cielo. *No llaméis a nadie padre vuestro en la tierra*, dice, *pues vuestro único Padre es Dios*. Parecía duro que impusiera el precepto y no diera el ejemplo. Mientras trataba algunas cosas acerca del reino de los cielos con sus discípulos, la madre estaba fuera. ¿Qué madre? Aquella madre que le concibió por la fe, aquella madre que permaneciendo virgen le dio a luz, aquella madre fiel y santa, estaba fuera y se lo anunciaron. Si él hubiese interrumpido las cosas que trataba y hubiese salido a su encuentro, habría edificado en su corazón un afecto humano, no divino. Para que tú no escucharas a tu madre cuando te retrae del reino de los cielos, él por hablar del reino de los cielos desdeñó hasta a la buena María⁹⁶⁵.

Sermón 66, 2: Y él dio excelente testimonio del Señor y el Señor de él, al decir: *Entre los nacidos de mujer, nadie fue mayor que Juan Bautista: pero el menor en el reino de los cielos es mayor que él*; menor por el tiempo, mayor por la majestad. Al decir eso, se refería a sí mismo. Muy grande ha de ser Juan entre los hombres, cuando sólo Cristo es mayor que él entre ellos. También puede distinguirse y resolverse el problema de este modo: *Entre los nacidos de mujer, nadie fue mayor que Juan Bautista; pero el menor en el reino de los cielos es mayor que él*. Es solución diferente de la que antes dije. *Quien es menor en el reino de los cielos es mayor que él*. Llama reino de los cielos al lugar en que están los ángeles; el que es menor entre los ángeles es mayor que Juan. Recomendó ese reino que hemos de desear; presentó la ciudad cuyos ciudadanos debemos desear ser. ¿Qué ciudadanos hay allí? ¡Grandes ciudadanos! El

Isaac, et Iacob, in regno caelorum: filii autem regni eicientur in tenebras exteriores. Filii autem regni, Iudaei scilicet. Unde filii regni? Quia Legem acceperunt, ad quos Prophetae missi sunt, apud quos templum et sacerdotium fuit, qui celebrabant figuras omnium futurorum. Quarum enim rerum figuras celebraverunt, praesentiam non agnoverunt. Filii ergo regni ibunt, inquit, in tenebras exteriores; ibi erit ploratus et stridor dentium. Videmus Iudaeos reprobatos, videmus Christianos ab oriente et occidente vocatos ad quoddam convivium coeleste, ut recumbant cum Abraham et Isaac et Iacob; ubi panis iustitia, ubi potus sapientia.

⁹⁶³ Attendite ergo, fratres: hoc enim estis, ex hoc **populo** estis, iam tunc praedicto, nunc praesentato. De his utique estis, qui vocati sunt ab oriente et occidente recumbere in **regno** caelorum, non in templo idolorum.

⁹⁶⁴ Christum contemno amando matrem, qui propter me Deus habere voluit matrem? Fortasse ideo volens habere matrem ut haberet in qua me doceret pro **regno** caelorum contemnere et patrem et matrem.

⁹⁶⁵ Patrem quem in terra habui in sepulcro posui. Patrem habeo semper in caelo. *Nolite*, inquit, *vobis patrem dicere in terra, unus est enim Pater vester Deus*. Durum videbatur si imponeret praeceptum et non praerberet exemplum. Aiente quaedam de **regno** caelorum cum discipulis suis, mater stabat foris, stare foris nuntiata est. Mater, inquam, cum fratribus suis, hoc est cum cognatis suis foris stare nuntiata est. Quae mater? Mater illa quae fide concepit, mater illa quae virgo permanens peperit, mater illa fidelis et sancta foris stare nuntiata est. Ille itaque si praetermissis quae aiebat ad illam procederet, non divinum in corde suo, sed humanum aedificaret affectum. Ne tu a **regno** caelorum revocantem audires matrem tuam, ille pro sermone **regni** caelorum contempsit et bonam Mariam.

menor de ellos es mayor que Juan. ¿Qué Juan? Al que no igualó ninguno entre los nacidos de mujer⁹⁶⁶.

Sermón 67, 7: Confió en el Señor y le dijo: *Señor, acuérdate de mí cuando estés en tu reino*. Consideraba sus fechorías, y creía ya mucho, si se le perdonaba al final. Mas como él dijo: *Acuérdate de mí; pero ¿cuándo?: Cuando estuvieres en tu reino*, el Señor le replicó en seguida: *En verdad te digo: hoy estarás conmigo en el paraíso*. La misericordia logró lo que la miseria pospuso⁹⁶⁷.

Sermón 71, 1: Al oírlo los fariseos, dijeron: *Este no arroja los demonios sino mediante Belcebú, príncipe de los demonios*. Pero Jesús, conociendo sus pensamientos, les dijo: *Todo reino contra sí mismo dividido, será desolado, y ninguna ciudad o casa, contra sí divididas, pueden mantenerse; si Satanás arroja a Satanás, está contra sí mismo dividido: ¿cómo podrá mantenerse su reino?* Hablando así, quería dar entender por la confesión de ellos mismos que, al no creer en él, preferían estar en el reino del diablo, el cual, dividido contra sí, no podía mantenerse. Elijan, pues, los fariseos lo que quieran. Si Satanás no puede arrojar a Satanás, nada pudieron hallar para alegarlo contra el Señor; y si pueden, cuídense más de sí mismos y salgan de su reino, que, dividido contra sí, no puede mantenerse⁹⁶⁸.

Sermón 71, 2: Decía esto de sus discípulos, hijos de aquel pueblo, los cuales, siendo discípulos del Señor Jesucristo, sabían bien que no habían aprendido de su buen maestro nada de malas artes, para arrojar los demonios mediante el príncipe de los demonios. *Por eso, dice, Ellos serán vuestros jueces*. “Estos, dice, que son lo innoble y despreciable de este mundo, en los que no hay artificiosa malignidad, sin que aparece la santa simplicidad de mi poder; éstos, que son mis testigos, serán vuestros jueces”. Luego añade: *Pero, si yo arrojé los demonios mediante el espíritu de Dios, ha llegado a vosotros el reino de Dios*. ¿Qué significa esto? “Si yo, dice, arrojé los demonios mediante el espíritu de Dios, y de otro modo no podrían arrojarlos vuestros hijos, a los que di, no una doctrina maligna, sino una fe simple, sin duda llegó a vosotros el reino de

⁹⁶⁶ Et ille bonum testimonium perhibuit Domino, et Dominus illi: *In natis mulierum*, inquit Dominus, *nemo surrexit maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno coelorum, maior est illo*; minor tempore, maior maiestate. Se ipsum volens intellegi hoc dixit. Valde inter homines Ioannes est magnus, quo solus inter homines maior est Christus. Potest et sic distingui et solvi: *In natis mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno coelorum, maior est illo*. Non sic quomodo paulo ante dixi. *Qui autem minor est in regno coelorum, maior est: regnum* coelorum dixit, ubi Angeli sunt; qui ergo inter Angelos minor est, Ioanne maior est. Commendavit **regnum** quod desideremus: proposuit **civitatem**, cuius **cives** esse cupiamus. Quales ibi **cives**? quam magni **cives**! Quisquis ibi minor est, Ioanne maior est. Quo Ioanne? Quo nemo maior surrexit in natis mulierum.

⁹⁶⁷ Praesumpsit quidem a Domino, et ait illi: *Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum*. Considerabat enim facinora sua, et pro magno habebat, si ei vel in fine parceretur. Dominus autem continuo, cum ille diceret: *Memento mei*; sed quando? *Cum veneris in regnum tuum: Amen*, inquit, *dico tibi, hodie mecum eris in paradiso*. Misericordia obtulit quod miseria distulit.

⁹⁶⁸ Pharisei audientes dixerunt: *Hic non eicit daemones, nisi in Beelzebub principe daemoniorum. Iesus autem, sciens cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum divisum contra se desolabitur, et omnis civitas vel domus divisa contra se non stabit; et si Satanás Satanam eicit, adversum se divisus est: quomodo ergo stabit regnum eius?* Hoc dicens, ex ipsorum confessione volebat intellegi, quod in eum non credendo in **regno** diaboli esse delegissent, quod utique adversum se divisum stare non posset. Eligant ergo Pharisei quod vulerint. Si Satanás Satanam non potest eicere, nihil contra Dominum quod dicerent invenire potuerunt; si autem potest, multo magis sibi prospiciant, et recedant de **regno** eius, quod adversum se divisum stare non potest.

Dios, mediante el cual se destruye el reino del diablo; y mediante el cual también vosotros quedáis destruidos si no cambiáis”⁹⁶⁹.

Sermón 71, 4: Y para que no creyeran los incrédulos e impíos, enemigos del nombre cristiano, por esos diversos cismas y herejías que con nombre cristiano reúnen grupos de perdidos, que también el reino de Cristo está contra sí mismo dividido, añade en consecuencia: *Quien no está conmigo, está contra mí; y quien no congrega conmigo, desparrama*. Por ende, no está contra sí mismo dividido el reino de Cristo, aunque los hombres se empeñen en dividir lo que fue comprado al precio de la sangre de Cristo. Porque el Señor sabe quiénes son los suyos, y dice: *Que se aparte de la iniquidad todo el que invoca el nombre del Señor*. Si no se aparta de la iniquidad, no pertenece al reino de Cristo, aunque cite el nombre de Cristo. Voy a recordar algunas cosas a manera de ejemplo: el espíritu de avaricia y el espíritu de lujuria, puesto que el uno retrae y el otro prodiga, están divididos contra sí, y ambos pertenecen al reino del diablo. Entre los adoradores de ídolos, el espíritu de Juno y el espíritu de Hércules están divididos contra sí, y ambos pertenecen al reino del diablo. El pagano enemigo de Cristo y el judío enemigo de Cristo están contra sí divididos y ambos pertenecen al reino del diablo. El arriano y el fotiniano, ambos herejes, están contra sí divididos. El donatista y el maximianista, ambos herejes, están contra sí divididos; todos los vicios y errores de los mortales que son entre sí contrarios, están contra sí divididos; y todos pertenecen al reino del diablo. Por eso no se mantendrá su reino. En cambio, el justo el impío, el fiel y el incrédulo, el católico y el hereje, están entre sí divididos, pero no pertenecen ambos al reino de Cristo. *El Señor sabe quiénes son los suyos*. Nadie se lisonjee con el título⁹⁷⁰.

Sermón 71, 19: Así esa regeneración, en que se realiza el perdón de todos los pecados pasados, se verifica en el Espíritu Santo, pues dice el Señor: *Si alguien no renaciere del agua y del Espíritu Santo, no puede entrar al reino de los Dios*. (...) Así

⁹⁶⁹ Dixit hoc utique de discipulis suis, illius **populi** filii, qui certe discipuli Domini Iesu Christi bene sibi conscii fuerant nihil se malarum artium a bono magistro didicisse, ut in principe daemonum eicerent daemones. *Ideo, inquit, ipsi iudices erunt vestri.* " Ipsi, inquit, ipsi ignobilia et contemptibilia huius mundis, in quibus non artificiosa malignitas, sed sancta simplicitas meae virtutis apparet, ipsi testes mei iudices erunt vestri ". Deinde subiungit: *Si autem ego in Spiritu Dei eicio daemones, igitur pervenit in vos regnum Dei*. Quid est hoc? " *Si ego, inquit, in Spiritu Dei eicio daemones, non aliter possent et filii vestri eicere, quibus non malignam doctrinam sed fidem simplicem dedi. Procul dubio pervenit in vos regnum Dei, quo subvertitur regnum diaboli; cum quo et vos subvertimini, si non mutemini.* "

⁹⁷⁰ Deinde, ne putarent increduli et impii adversantes nomini Christiano propter diversas haereses et schismata eorum, qui sub nomine Christiano greges colligunt perditorum, etiam Christi **regnum** adversum se esse divisum, consequenter adiungit: *Qui non est mecum, contra me est; et qui non congregat mecum, spargit*. Non ait: " Qui non est sub voce nominis mei ", aut: " sub specie sacramenti mei ", sed: *Qui non est mecum, contra me est*. Nec ait: " Qui non congregat sub sono nominis mei ", sed: *Qui non congregat mecum, spargit*. Non ergo est adversum se divisum **regnum** Christi, et si homines conantur dividere quod emptum est pretio sanguinis Christi. *Novit enim Dominus qui sunt eius. Et recedat, inquit, ab iniquitate, omnis qui nominat nomen Domini*. Nam si ab iniquitate non recedit, non pertinet ad **regnum** Christi, etiam nominans nomen Christi. Ut ergo aliqua, exempli gratia, commemorem: spiritus avaritiae et spiritus luxuriae, quia ille contrahit, ille profundit, divisi sunt adversum se; et ambo ad **regnum** pertinent diaboli. Apud idolorum cultores spiritus Iunonis et spiritus Herculis divisi sunt adversum se; et ambo ad **regnum** pertinent diaboli. Paganus hostis Christi et Iudaeus hostis Christi, divisi sunt adversum se; et ambo ad **regnum** pertinent diaboli. Arianus et Fotinianus ambo haeretici, et adversum se ambo divisi; Donatista et Maximianista ambo haeretici, et adversum se ambo divisi; omnia vitia erroresque mortalium inter se contrarii, divisi sunt adversum se; et omnes ad **regnum** pertinent diaboli. Ideo non stabit **regnum** eius. Iustus autem et impius, fidelis et incredulus, catholicus et haereticus divisi quidem sunt adversum se; sed non ambo ad **regnum** pertinent Christi. Novit Dominus qui sunt eius. *Nemo sibi de vocabulo blandiatur*.

está escrito: *En aquellos días vino Juan Bautista, predicando en el desierto de Judea, y diciendo: haced penitencia, pues se acerca el reino de los cielos. Y también la predicación del mismo Señor, pues se lee: Entonces comenzó Jesús a predicar y decir: haced penitencia, pues se acerca el reino de los cielos*⁹⁷¹.

Sermón 71, 20: Contra este don gratuito, contra esta gracia de Dios habla el corazón impenitente. Y esa misma impenitencia es el espíritu de blasfemia, que no se perdona ni en este siglo ni en el futuro. Porque pronuncia una palabra muy mala y demasiado impía contra el Espíritu Santo, en que son bautizados aquellos cuyos pecados son todos perdonados, ese espíritu que recibe la Iglesia para que le sean perdonados los pecados a aquel a quien ellas los perdonare; y la pronuncia ya con el pensamiento, ya también con la lengua; aunque la paciencia de Dios llama a penitencia, él por la dureza de su corazón, por su corazón impenitente, atesora ira para el día de la cólera y de la revelación del justo juicio de Dios, el cual pagará a cada uno según sus obras. Con este especial nombre de impenitencia podemos designar de algún modo a la blasfemia y palabra contra el Espíritu Santo, que nunca será perdonada. Contra esta impenitencia clamaba el pregonero y el juez diciendo: *Haced penitencia, pues se acerca el reino de los cielos*,⁹⁷²

Sermón 71, 25: En ese mismo texto en que ha surgido este problema que discutimos, el Hijo, que arroja los demonios, dice: *Si yo arrojo los demonios mediante el Espíritu Santo, luego ha llegado a vosotros el reino de Dios*⁹⁷³.

Sermón 71, 33: Siendo eso así, puesto que la remisión de los pecados no se da sino en el Espíritu Santo, sólo puede darse en aquella Iglesia que tiene el Espíritu Santo. Eso se verifica en la remisión de los pecados, para que el príncipe del pecado, ese espíritu que está dividido contra sí mismo, no reine en nosotros, para que, liberados de la potestad del espíritu inmundo, nos convirtamos luego en templos del Espíritu Santo, que nos limpia dándonos el perdón, y recibamos a ese huésped para actuar, aumentar y perfeccionar la justicia. (...) Como hemos repetido ya, puesto que en la remisión de los pecados se destruye y elimina el reino del espíritu dividido en sí mismo, la sociedad de unidad de la Iglesia de Dios, fuera de la cual no se da la remisión de los pecados, es como obra propia del Espíritu Santo;⁹⁷⁴

⁹⁷¹ Nam et illa regeneratio, ubi fit omnium praeteritorum remissio peccatorum, in Spiritu Sancto fit, dicente Domino: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest introire in regnum Dei.* (...) Sic enim scriptum est: *In diebus autem illis venit Ioannes Baptista, praedicans in deserto Iudaeae, et dicens: Paenitentiam agite, appropinquavit enim regnum caelorum.* Hinc et ipsius Domini, quod ita legitur: *Exinde coepit Iesus praedicare et dicere: Paenitentiam agite, appropinquavit enim regnum caelorum.*

⁹⁷² Contra hoc donum gratuitum, contra istam Dei gratiam loquitur cor impaenitens. Ipsa ergo impaenitentia est Spiritus blasphemia, quae non remittetur neque in hoc saeculo neque in futuro. Contra Spiritum enim Sanctum, quo baptizantur quorum peccata omnia dimittuntur, et quem accepit **Ecclesia**, ut cui dimiserit peccata dimittantur ei, verbum valde malum et nimis impium sive cogitatione sive etiam lingua sua dicit, quem patientia Dei, cum ad paenitentiam adducat, ipse secundum duritiam cordis sui et cor impaenitens thesaurizat sibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera eius. Haec ergo impaenitentia (sic enim uno aliquo nomine possumus utcumque appellare et blasphemiam et verbum contra Spiritum Sanctum quod remissionem non habet in aeternum); haec, inquam, impaenitentia, contra quam clamabant et praeco et iudex dicentes: *Paenitentiam agite, appropinquavit enim regnum caelorum*;

⁹⁷³ Nam in eo ipso loco unde exorta est ista quaestio quam discutimus, cum Filius eiceret daemona, ipse tamen ait: *Si ego in Spiritu Sancto eicio daemona, igitur pervenit in vos regnum Dei.*

⁹⁷⁴ Quae cum ita sint, remissio peccatorum, quoniam non datur nisi in Spiritu Sancto, in illa tantummodo **Ecclesia** dari potest, quae habet Spiritum Sanctum. Hoc enim fit remissione peccatorum, ne princeps peccati, spiritus qui in se ipsum divisus est, **regnet** in nobis; ut eruti a potestate spiritus immundi, templum

Sermón 71, 36: Cuando habló de la división de Satanás contra Satanás y de que él arrojaba los demonios en el Espíritu Santo, esto es, en el Espíritu que no está dividido contra sí, como Satanás, continúa diciendo que no se piense que también el reino de Cristo está dividido contra sí mismo, puesto que algunos bajo el nombre de Cristo forman sus conventículos fuera del redil⁹⁷⁵.

Sermón 73 A, 1: Y el que está en el seno del Padre, él la expuso, diciendo: *El que siembra la buena semilla es el Hijo del hombre, refiriéndose a sí mismo. El campo es el mundo; la buena semilla son los hijos del reino; la cizaña son los hijos del maligno; el enemigo de la siembra es el diablo; la siega es el fin del siglo; los segadores son los ángeles. Y cuando viniere el Hijo del hombre, enviará a sus ángeles y recogerán de su reino todos los escándalos, y los arrojarán al horno de fuego ardiente; allí será el llanto y el rechinar de dientes. Entonces refulgirán los justos como el sol en el reino de su Padre.* Recito palabras del Señor Cristo, que no han sido leídas, pero están escritas. Así nos expuso él lo que nos propuso. Ved lo que preferimos ser en su campo; considerad cuáles nos hallará la siega. El campo, que es el mundo, es la Iglesia difundida por el mundo. Quien es trigo, persevera hasta la siega; los que son cizaña, háganse trigo. Porque entre los hombres y las espigas de verdad o la cizaña real hay esta diferencia: cuando nos referimos a la agricultura, la espiga es espiga y la cizaña es cizaña. Pero en el campo del Señor, esto es, la Iglesia, a veces, lo que era trigo se hace cizaña y lo que era cizaña se convierte en trigo; y nadie sabe lo que será mañana⁹⁷⁶.

Sermón 73 A, 3: Y decís: En tal lugar se vio que había malos; en tal congregación se vio que había malos; en todas partes se vio que había malos, pero no siempre reinarán los malos con los buenos⁹⁷⁷.

deinceps efficiamur Spiritus Sancti; et a quo mundamur accipiendo indulgentiam, ipsum accipiamus habitatorem ad faciendam, augendam, perficiendamque iustitiam. (...)Sed, ut iam non semel diximus, ideo remissio peccatorum, qua in se divisi spiritus evertitur et expellitur **regnum**, ideo **societas** unitatis **Ecclesiae** Dei, extra quam non fit ipsa remissio peccatorum, tamquam proprium opus est Spiritus Sancti, Patre sane et Filio cooperantibus, quia **societas** est quodam modo Patris et Filii ipse Spiritus Sanctus.

⁹⁷⁵ Nam ubi dixit de divisione Satanae adversus Satanam, et quod ipse in Spiritu Sancto eiceret daemones, utique in Spiritu qui non est adversus se ipsum, sicut ille, divisis; ibi continuo, ne per illos, qui sub nomine Christi extra eius ovile conventicula sua congregant, quisquam putaret etiam **regnum** Christi adversum se esse divisum:

⁹⁷⁶ Et qui est in sinu Patris, ipse narravit: *Qui seminat bonum semen, ait, Filius est hominis; de se ipso. Ager autem est mundus: bonum autem semen, hi sunt filii regni; zizania autem, filii maligni. Inimicus autem qui ea seminat, diabolus est. Messis est finis saeculi; messores autem angeli sunt. Cum ergo venerit filius hominis, mittet angelos suos, et colligent de regno eius omnia scandala, et mittent in caminum ignis ardentis; ibi erit fletus et stridor dentium. Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno Patris sui.* Verba dixi Domini Christi, quae non sunt lecta, sed sic sunt scripta. Exposuit ergo nobis Dominus quod proposuit. Videte quid in agro eius eligamus esse: videte quales nos messis inveniat. Ager enim, qui est mundus, **Ecclesia** est diffusa per mundum. Qui triticum est, perseveret usque in messem; qui sunt zizania, mutantur in triticum. Hoc enim interest inter homines, et veras spicas, et vera zizania, quia quae in agro erant, quae spica est, spica est; quae zizania sunt, zizania sunt. In agro autem Domini id est **Ecclesia**, aliquando, quod erat frumentum, vertitur in zizania; et aliquando, quae zizania erant, convertuntur in frumentum: et nemo scit quid cras futurum sit.

⁹⁷⁷ Et dicitis: In illo loco, et ibi inventi sunt mali, et in illa congregatione inventi sunt mali; sed ubique inventi sunt mali, sed non semper **regnabunt** cum bonis mali.

Sermón 74, 1: La lectura evangélica nos propone investigar y explicar a vuestra caridad, en cuanto nos ilumine el Señor, quién es el *escriba erudito en el reino de Dios, semejante a un padre de familia, que saca de su tesoro cosas nuevas y añejas*⁹⁷⁸.

Sermón 74, 2: Nuestro Señor Jesucristo los reprendió, porque guardan las llaves del reino de los cielos y no entran ni permiten entrar a los demás; así reprendió a los fariseos y escribas, doctores de la Ley de los judíos. (...) Sin duda es claro que a ellos se refiere el Señor al afirmar *Dicen y no hacen*. Son escribas, pero no eruditos en el reino de Dios⁹⁷⁹.

Sermón 74, 5: ¿Y por qué *nuevo*? Porque pertenece al reino de Dios. (...) Pasen al Señor. Y entonces las cosas antiguas no serán arrinconadas, sino que se guardarán en el arca, y así se logra un escriba erudito en el reino de Dios capaz de sacar de su arca cosas viejas y nuevas. Si las dice y no las hace, las saca de la cátedra, no del arca de su corazón. Y decimos la verdad a vuestra santidad: las cosas que sacamos del Antiguo Testamento se ilustran por el Nuevo.⁹⁸⁰

Sermón 75, 9: Como es verdad lo que dirá a los que están a la derecha: *Venid, benditos de mi Padre, a recibir el reino que tenéis preparado desde el principio del mundo*, así es también verdad lo que oirán los que están a la izquierda: *Id al fuego eterno, que está preparado para el diablo y sus ángeles*. Esa opinión por la que la gente piensa que Cristo no intimó cosas reales a los inicuos y perdidos se ha originado porque se ve que muchos pueblos e innumerables muchedumbres se han sometido a su nombre; por eso les parece a muchos que Cristo es un fantasma que caminaba sobre el mar; dicho de otro modo, les parece que mintió al intimar las penas, pues no puede perder pueblos tan innumerables, que se han sometido a su nombre y honor. Pero escuchen al que dice: *Soy yo*. Y los que creen que Cristo es veraz en todo, no teman; no sólo desean lo que prometió, sino que evitan lo que amenazó; porque, aunque camina sobre el mar, es decir, aunque le están sometidos todos los hombres en este siglo, no es un fantasma, y por eso no miente cuando dice: *No todo el que me dice Señor, Señor, entrará al reino de los cielos*⁹⁸¹.

⁹⁷⁸ Evangelica lectio admonet nos quaerere et explicare, quantum Dominus dederit, Caritati vestrae, quis est *Scriba eruditus in regno Dei, similis patrifamilias proferenti de thesauro suo nova et vetera*.

⁹⁷⁹ Tales Dominus noster Iesus Christus increpat, quod habeant claves **regni** coelorum, neque ipsi intrent, neque alios intrare permittant; reprehendens scilicet Pharisaeos et Scribas, doctores Legis Iudaeorum. (...)Certe de his manifestum est dicere Dominum: *Dicunt enim, et non faciunt*. Sunt ergo Scribae illi, sed non eruditi in **regno** Dei.

⁹⁸⁰ Unde *nova*? Quia ad **regnum** Dei pertinent. (...)Transeant ad Dominum. Tunc enim non auferuntur vetera, sed conduntur in thesauro, ut iam sit Scriba eruditus in **regno** Dei, proferens de thesauro suo, nec nova sola, nec vetera sola. Nam si nova sola, aut vetera sola protulerit; non est Scriba eruditus in **regno** Dei proferens de thesauro suo nova et vetera. Si dicit ea, et non facit ea; de cathedra profert, non de thesauro cordis sui. Et verum dicimus Sanctitati vestrae; quae de veteri proferuntur, per novum illustrantur.

⁹⁸¹ Sicut enim verum est quod dicturus est ad dexteram positus: *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab initio mundi*: ita verum est quod audituri sunt ad sinistram constituti: *Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius*. Nam et ista opinio, qua putant homines Christum non vera fuisse iniquis et perditis comminatum, ex hoc nata est, quia vident **populos** multos et innumerabiles turbas nomini eius esse subiectas: ut ex eo illis videatur Christus phantasma esse, quia super mare ambulabat; id est, ideo videatur mentiri in comminatione poenarum, quia quasi non potest perdere tam innumerabiles **populos**, qui nomini eius et honori subiecti sunt. Sed audiant dicentem: *Ego sum*. Illi ergo non timeant, qui veracem in omnibus Christum credentes, non solum id quod promisit appetunt, sed etiam fugiunt quod minatus est: quia etiamsi super mare ambulat, id est, omnia genera

Sermón 77, 3: ¿Y de dónde salió Pablo, antes Saulo, es decir, primero soberbio y después humilde? Cuando era Saulo, su nombre venía de Saúl. Y Saúl fue un rey soberbio; en su reino perseguía al humilde David. Cuando era Saulo, el que luego fue Pablo, era soberbio, perseguidor de inocentes, devastador de la Iglesia⁹⁸².

Sermón 77, 13: En fin, atiende a lo que sigue. Puesto que *no encontré tanta fe en Israel*, esto es, tanta humildad con fe, *por eso os digo, que muchos vendrán de oriente y de occidente y se sentarán a la mesa con Abrahán, Isaac y Jacob en el reino de los cielos*. Dice *se sentarán*, esto es, descansarán. No debemos imaginar manjares carnales, o desear cosas semejantes en el reino, no sea que sustituyamos a las virtudes por vicios, en lugar de suprimirlos. Una cosa es desear el reino de los cielos por la sabiduría y la vida eterna, y otra desearlo por una felicidad terrena, como si allí la tuviéramos más abundante y ampliada. Si piensas que en aquel reino vas a ser rico, no amputas, sino que permutas la cupididad. Cierto que serás rico, y que sólo allí serás rico, pues que aquí es tu indigencia la que recoge cosas. Allí, en cambio, morirá la misma indigencia⁹⁸³.

Sermón 77, 15: Ya injertaba al acebuche el Señor cuando decía: *Muchos vendrán de oriente y de occidente y se sentarán con Abrahán, Isaac y Jacob en el reino de los cielos*, es decir, serán injertados en el olivo. Porque las raíces de este olivo son Abrahán, Isaac y Jacob. ¡*Pero los hijos del reino*, esto es, los judíos incrédulos, *irán a las tinieblas exteriores!* Serán cortadas las ramas naturales para injertar el acebuche⁹⁸⁴.

Sermón 77 B, 6: Las lágrimas son sangre del corazón. Por eso, cuando pides la vida eterna, cuando dices *venga a nosotros tu reino*, en que vivas seguro, en que vivas siempre, en que nunca lamentos al amigo ni temas al enemigo; cuando eso pides, llora, derrama la sangre interior, inmola a tu Dios de corazón. Eso significa el *conviene siempre orar y no desfallecer*; lo que enseña la oración dominical: *Santificado sea tu nombre, venga a nosotros tu reino, hágase tu voluntad como en el cielo también en la tierra*, para que seamos semejantes a tus ángeles. ¡Oh deseo! ¿Qué hombre osaría desear si Dios no se hubiese dignado prometer?⁹⁸⁵

hominum in isto saeculo constituta illi subiecta sunt; tamen non est phantasma, et ideo non mentitur cum dicit: *Non omnis qui mihi dicit: Domine, Domine, intrabit in regnum coelorum.*

⁹⁸² Unde ipse Paulus, primo Saulus? hoc est, primo superbus, post humilis. Nam quando Saulus, a Saüle nomen derivatum erat. Saül autem **rex** superbus: in **regno** autem David humilem persequatur. Quando ergo Saulus, qui postea Paulus, tunc utique superbus, tunc persecutor innocentium, tunc vastator Ecclesiae.

⁹⁸³ Denique vide quod sequitur. *Ideo dico vobis* (quia non inveni tantam fidem in Israel, id est, tantam cum fide humilitatem): *Ideo dico vobis, quia multi ab oriente et occidente venient, et recumbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno coelorum.* *Recumbent*, inquit, requiescent. Non enim debemus illic carnales epulas cogitare, aut aliquid tale in illo **regno** concupiscere, ut non vitia mutemus virtutibus, sed vitia supponamus. Aliud est enim, desiderare **regnum** coelorum propter sapientiam et vitam aeternam; aliud, propter felicitatem terrenam, quasi illic habeamus eam opulentiorum atque maiorem. Si divitem te in illo **regno** futurum putas, cupiditatem non amputas, sed mutas: et tamen dives eris, et non nisi illic dives eris. Nam hic indigentia tua colligit plurima. Quare multum habent divites? Quia multum indigent. Maior indigentia quasi maiores comparat facultates: illic ipsa indigentia morietur.

⁹⁸⁴ Insererat ergo iam oleastrum Dominus, cum dicebat: *Multi ab oriente et occidente venient, et recumbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno coelorum*, id est, inserentur in oliva. Huius enim olivae radices sunt, Abraham et Isaac et Iacob: *filii autem regni*, hoc est Iudaei increduli, *ibunt in tenebras exteriores*. Praeceduntur rami naturales, ut inseratur oleaster.

⁹⁸⁵ Nam et lacrimae sanguis cordis est. Ergo, quando postulas vitam aeternam, quando dicis: *Adveniat regnum tuum*, ubi securus vivas, ubi semper vivas, ubi numquam doleas amicum, numquam timeas

¹³⁴⁰ En ipsa adversaria contradicit; nec ante velum, sed intus: in ipso secretario cordis tui, ibi tibi clamat, contradicit. Qualis inimica, fratres, quae contradicit? *Sicut et nos dimittimus*. Non permittitur ut saevias contra inimicum tuum: in istam saevias. *Melior est qui vincit iram, quam qui capit civitatem*, Scriptura dicit. Quod dixi modo, scriptum est: *Melior est qui vincit iram, quam qui capit civitatem*. Numquid non bellator **imperator** quando venit ad aliquos hostes, et invenit civitatem munitam, armatis instructam, optimam, adversantem sibi, si illam ceperit, si illam vicerit, si illam everterit, triumphos quaerit? Sicut autem narrat Scriptura: *Melior est qui vincit iram, quam qui capit civitatem*. In manu tua est. Non potes illam interimere, potes illam reprimere. Si fortis es, iram vince: et **civitati** parce. Video vos attentos, scio quam bene accepistis. Deus adsit certaminibus vestris, ut prosit vobis quod tanti Martyris agonem spectastis; ut quomodo vincentem vidistis et vincenti favistis, sic et vos in corde vestro vincatis.

¹³⁴¹ Nam cum persecutor diceret: "Sacrificate idolis;" responderunt: "Non facimus, quia aeternum Deum in coelis habemus, cui semper sacrificamus; nam daemioniis non immolamus." Et iudex: "Quare ergo contra praeceptum sacrum facitis?" Responderunt: "Quia magister coelestis in Evangelio nobis dicit: *Qui reliquerit patrem et matrem, et uxorem, et filios, et omnia quae possidet, propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam aeternam possidebit*". Et iudex: "Ergo non obtemperabitis praeceptis **Imperatorum**?" Et responderunt: "Non." Et ille: "Quam ergo **auctoritatem** potestis habere, cum vos videatis supplicio subiacere?" Et Martyres dixerunt: "Auctoritatem **Regis** aeterni portamus, ideo **auctoritatem** mortalis hominis non curamus." Tunc in carceribus missi, catenis onerati sunt. Quantum dictum est ab impiis: *Ubi est Deus eorum?* Veniat Deus eorum, in quem crediderunt, et liberet eos de carceribus, eripiat eos a gladio, eripiat eos a bestiis. Omnia ista dicebant, sed in petra positos non deiciebant. Illi saeviebant, sed illi non timebant. Sciebant ubi eos dimittebant, et quo festinabant. Coronantur Martyres confessores, et remanserunt iudices desertores. Sic Deus vult unumquemque christianum probare, ut probatum velit cum Martyribus coronare.

es posible, pero con la mente y el alma pensad y ved que *la muerte de sus santos es preciosa a los ojos del Señor*¹³⁴².

Sermón 335 C, 11: En Roma se hallan los sepulcros de varones valerosos que murieron por la patria. ¿A cuál de esos sepulcros se ha dignado entrar el emperador? Ved que, si hubiera que desearse la gloria terrena, ni siquiera de ella se han visto privados quienes buscaron su honor sólo entre los ángeles. Vemos la gloria de que gozan en la tierra, y nos llenamos de estupor. ¿Qué experimentaríamos si la viéramos en el cielo? ¿Qué estupor no se apoderaría de nosotros si viéramos, llenos de gloria entre los ángeles, a los mártires cuyo nacimiento vemos que celebran los pueblos?¹³⁴³

Sermón 335 D, 3: Hay, pues, hombres del número de los hijos de los hombres que esperan a la sombra de las alas de Dios, que en su mismo lecho luchan y vencen, vencen y son coronados. En cambio, los hombres que pertenecen al hombre, los que no son hijos del hombre, dado que no se preocupan más que de esta salud que, una vez acabada, piensan que no tiene continuación, cuando ésta les comienza a fallar, aunque se llamen cristianos, buscan los hechiceros, recurren a los astrólogos y cuelgan de sus cuellos amuletos ilícitos. Desean la salud y se atan su propio cuello; atan la cerviz del hombre exterior y estrangulan la garganta del interior. Quien, en cambio, dice: “No lo hago” –por sugerencia de su amigo o susurrándole el sirviente o la sirvienta de al lado, y a veces hasta su niñera-; a quien dice: “no lo hago, soy cristiano; Dios me lo prohíbe; son ritos demoníacos; escucha al Apóstol: *No quiero que os hagáis socios de los demonios*”, le replica quien le hizo la sugerencia: “Hazlo y quedarás sano; Fulano y Fulano lo hicieron. Y ¿qué? ¿No son cristianos? ¿No son fieles? ¿No van a la iglesia? Con todo, lo hicieron y están sanos. Fulano lo hizo, y al instante fue curado. ¿Ignoras que él es un cristiano y bautizado? Mira que él lo hizo y está sano”. Pero aquel enfermo, que no ama la salud que el hombre tiene en común con los jumentos, le dice: “Si él sanó de esa manera, yo quiero sanar así, pues puede sanarme aquel a quien se dijo: *A los hombres y a los jumentos sanarás, Señor, según el multiplicarse de tus misericordia, ¡oh Dios!*” ¡Mira al atleta de Dios, mira al atleta de Cristo! ¡Oh varón enfermo y sano al mismo tiempo! ¡Oh varón débil y fuerte a la vez! ¡Oh tú que yaces en el lecho y reinas en el cielo! “Mas suponte que no quiere. ¿Acaso me privará de aquella salud divina? Síguelo así: *Mas los hijos de los hombres esperarán bajo la protección de tus alas*. Pero tú no ves esta salud, porque *la salud de los justos viene del Señor*. Yo sé que me la tiene reservada. Quien me hizo, él me rehízo. ¡Pero intentas aterrorizarme con la muerte a mí, por quien murió la misma vida! Si Cristo entregó su muerte al impío, ¿no dará la vida al piadoso?” Quien así habla y rechaza aquellos remedios, los más aprobados, sobre todo aquellos así llamados como si estuviesen experimentados; quien de ellos huye, en su mismo lecho es un mártir. Languidece y vence; apenas mueve los miembros y libra batallas. Así, pues, ningún mal padece éste aun en el caso de que muera de aquella enfermedad. Ni perece él ni pierde nada; entonces más bien encuentra lo que busca. Saldrá al encuentro de su Señor marcada su frente con la cruz de Cristo, a la que no hizo

¹³⁴² **Imperator** coelorum regebat mentem et linguam eorum, et per eos diabolum in terra superabat, et in coelo martyres coronabat. O beati qui sic biberunt calicem istum! finierunt dolores, et acceperunt honores. Attendite ergo, carissimi: quod oculis non potestis, mente et animo cogitate, et videte quia *pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius*.

¹³⁴³ Virorum fortium qui pro patria perierunt sepulchra sunt Romae. Ad cuius sepulchrum intrare dignatus est **Imperator**? Ecce si terrena gloria fuerat concupiscenda, nec ipsa fraudati sunt qui honorem tantum inter angelos quaesierunt. Videmus eorum glorias in terris et stupemus. Quid pateremur si in caelo videremus? Quantum nos stupor admirationis apprehenderet si videremus martyres inter angelos gloriantes, quorum natalicia videmus **populos** celebrantes?

afrenta alguna con amuletos ilícitos. ¿No le dará, pues, lo que prometió a su protegido cuando luchaba? Ciertamente, el Señor lo protegió para que no sufriera ningún mal y lo ayudó en el combate para que venciese al diablo. Son muchos, hermanos míos, los que dicen: “¿Cómo vencieron los mártires al diablo?” De la misma manera que lo vencen los buenos fieles. Escucha lo que dice el Apóstol: *Vuestra lucha no es contra la carne ni la sangre*. La carne y la sangre se mostraban crueles con los santos mártires. ¿Qué es la carne y la sangre? Los hombres mortales. Los emperadores, los prefectos, los jueces, los soldados, fueron carne y sangre. Los pueblos enfurecidos y las muchedumbres furiosas, ¿qué otra cosa fueron sino carne y sangre? Para que los mártires no odiasen y en su corazón devolviesen mal por mal a esos hombres enfurecidos y crueles, y de esa manera fuesen vencidos por el mal, el Apóstol les advierte contra quiénes han de combatir. *Vuestra lucha no es contra la carne y la sangre*. Los que veis que, enfurecidos y con saña, claman: ¡*Crucifícalo, crucifícalo!*, son carne y sangre. No están solos, no sólo los que ves, pues el diablo actúa cruelmente por medio de ellos. Tú guarda tu oro del ladrón del diablo¹³⁴⁴.

Sermón 341 A, 2: Ahora, en cambio, cuanto hiciste, para ti lo hiciste, tú que, siguiendo tu voluntad, despreciaste su soberanía. Así entendido, es correcto lo que dices. ¿Qué puedes hacer a Dios para gritar: “¿Qué te he hecho?” Quien arroja una piedra contra el cielo, ¿la arroja contra el cielo o contra sí mismo? Lo que has lanzado, no quedó allí, sino que volvió a ti; lo mismo sucede con toda clase de blasfemias e

¹³⁴⁴ Sunt ergo homines de isto numero filiorum hominum sperantium sub tegmine alarum Dei qui in lecto suo luctantur et vincunt, vincunt et coronantur. Homines autem pertinentes ad hominem, non filii hominis, quia non curant nisi istam salutem quam, cum transient, nullam existimant secuturam, quando eis coeperit salus ista periclitari, etiam si Christiani vocentur, sortilegos quaerunt, ad mathematicos mittunt, remedia illicita collo suo suspendunt. Salutem desiderant et collum sibi ligant, cervicem exterioris hominis ligant et guttur interioris suffocant. Qui autem dicit: "Non facio" - suggerente amico, et mussitante vicino aut vicina ancilla, aliquando et de matricula eius - qui dicit: "Non facio: Christianus sum; Deus prohibet hoc; sacramenta sunt daemonum; audi Apostolum: *Nolo vos socios fieri daemoniorum*", respondetur illi ab illo qui suggerit: "Fac et sanus eris; ille et ille fecerunt. Quid? Non sunt Christiani? Non sunt fideles? Non ad **ecclesiam** currunt? Et tamen fecerunt et sani sunt. Ille fecit et continuo sanatus est. Illum non nosti quia Christianus est, fidelis? Ecce fecit et sanus est". Ille autem aeger, quia non amat salutem hominibus iumentisque communem, dicit: "Si ille inde salvus factus est, ego inde salvus fieri nolo. Ille enim me salvum facere potest cui dictum est: *Homines et iumenta salvos facies, Domine, sicut multiplicasti misericordias tuas, Deus*". - Vides athletam Dei, audis athletam Christi! O virum aegrum et sanum! O infirmum et fortem! O in lecto iacentem et in caelo **regnantem!** - "Sed ecce non vult. Numquid mihi subtrahit salutem illam divinam? Sequitur: *Filii autem hominum in protectione alarum tuarum sperabunt*. Sed istam salutem non vides quia *salus iustorum a Domino* est. Ego scio quia servat mihi. Qui me fecit ipse refecit. Sed de morte me terris pro quo ipsa vita mortua est. Mortem suam Christus donavit impio, pio vitam non donabit?". Qui ista dicit, et talia remedia respuit, magis probata, magis talia qualia appellantur quasi experimentata, qui talia fugit, in lecto martyr est. Languit et vincit, vix movet membra et peragit proelia. Nihil ergo iste mali patitur, etiam si illo morbo moriatur. Non enim perit, sed non aliquid perdit, tunc potius quod quaerit invenit. Exiet ad Dominum suum, fronte signata cruce Christi, cui per illicitas ligaturas non fecit iniuriam. Non ei ergo dabit quod promisit quem confligentem ipse protexit? Prorsus protexit eum Dominus ne mali aliquid patiat, et certamen adiuvit ut ab eo diabolus vinceretur. Multi enim dicunt, fratres mei: "Quomodo vicerunt martyres diabolum?". Quomodo illum vincunt boni fideles. Audi Apostolum dicentem: *Non est vobis colluctatio adversus carnem et sanguinem*. Caro enim et sanguis saeviebat in martyribus sanctis. Quid est caro et sanguis? Homines mortales. **Imperatores**, praefecti, iudices, milites, caro sanguis fuerunt. Insanientes **populi**, furentes turbae quid aliud quam caro et sanguis sunt? Istos ergo furentes atque saevientes homines, ne odissent eos martyres et reddentes in corde malum pro malo vincerentur a malo, Apostolus instruit eos contra quos habeant proelium. *Non est, inquit, vobis colluctatio adversus carnem et sanguinem*. Quos videtis furere, saevire, clamare: *Crucifige crucifige*, caro et sanguis sunt. Non sunt soli, non sunt quos vides, diabolus per eos saevit. Tu cave in auro tuo furem diabolum.

injurias que lances contra Dios, con cuantas cosas turban tu mente sacrílega, impía y soberbia: cuanto más lances hacia arriba, con tanto mayor peso recaerá sobre ti¹³⁴⁵.

Sermón 346 A, 5: Del mismo modo, también Cristo se humilló a sí mismo hasta la muerte *para destruir a quien tenía el imperio de la muerte*, es decir, *el diablo*. Veamos, pues, también el hondón de la aguja por el que entró animal tan enorme; el pinchazo de la aguja significa la pasión que sufrió espontáneamente; el hondón, en cambio, sus angustias. Ya entró, pues, el camello por el hondón de una aguja; no pierdan la esperanza los ricos; con seguridad pueden entrar en el reino de los cielos¹³⁴⁶.

Sermón 351, 2: Tres son los actos penitenciales que vuestra erudición reconoce conmigo. Son habituales en la Iglesia de Dios y conocidos de los que miran atentamente. (...) Exceptuados ellos, sobre cuyo rango y méritos en la suerte futura de los santos que se nos ha prometido es inútil querer hacer averiguaciones, pues supera la medida humana, aunque es piadoso creer que les aprovecha para su salud espiritual lo que la autoridad de la Iglesia custodia con tanta firmeza en todo el orbe de la tierra; exceptuados ellos, repito, ningún otro hombre pasa a Cristo, para comenzar a ser lo que no era, si no se arrepiente de haber sido lo que fue. Esta primera penitencia es la que el apóstol Pedro ordena a los judíos al decirles: *Haced penitencia y que cada uno de vosotros se bautice en el nombre de nuestro Señor Jesucristo*. En ésta también la que ordenó el mismo Señor al decir: *Haced penitencia, pues se ha acercado el reino de los cielos*¹³⁴⁷.

Sermón 351, 5: Y si esto deben hacer los dispensadores de la palabra de Dios y ministros de sus sacramentos, ¡cuánto más la restante multitud tributaria y cierta provincia del gran rey! Para no ofenderla ni siquiera con la falsa sospecha de avaricia, el apóstol Pablo, soldado fidelísimo y valerosísimo, militó a sus propias expensas, y cuando le faltó quizá lo necesario, dijo: *Despojé a otras iglesias, recibiendo de ellas mi salario para servirlos a vosotros*. ¡Cuánto más deben hacer penitencia los provinciales (laicos) de la Iglesia, envueltos en negocios mundanos! Aunque se hallen inmunes de robos, de rapiñas, de fraudes, de adulterios y fornicaciones y toda clase de lujuria, del odio cruel y de la enemistad pertinaz, de la fealdad de cualquier idolatría, de la vanidad de los espectáculos, de la impía vanidad herética o cismática y de todos los crímenes y torpezas del mismo estilo, deben ser puros e íntegros; sin embargo, debido a la

¹³⁴⁵ Modo autem, quidquid fecisti, tibi fecisti, quia tuam voluntatem secutus, illius **imperium** contempsisti. Plane, si sic intellegas, recte dicis. Quid enim potes facere Deo, ut clames: Quid tibi feci? Qui in caelum lapidem iactat, caelo iactat, an sibi? Quod misisti, et ibi non haesit, et in te rediit; sic et blasphemias omnes si iacias in Deum, sic omnes iniurias, sic quaecumque movent sacrilegam et impiam et superbam mentem tuam, quanto iactas sursum, tanto gravi pondere super te recidunt.

¹³⁴⁶ Sic et Christus humiliavit se ipsum usque ad mortem, *Ut destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est diabolum*. Ergo et foramen acus videamus, per quod ille tam magnus ingressus est: in acus enim punctione quam sponte passionis sustinuit, in foramine vero angustias. Iam ergo camelus intravit per foramen acus: non desperent divites, securi intrant **regnum** caelorum.

¹³⁴⁷ Tres sunt autem actiones paenitentiae, quas mecum vestra eruditio recognoscit. Sunt enim usitatae in **Ecclesia** Dei, et diligenter attendentibus notae. (...) Exceptis ergo talibus, de quorum ordine ac merito in futura illa, quae promittitur, sorte sanctorum, velle amplius quaerere, hominum modulum excedit; pie tamen creditur eis prodesse ad spiritalem salutem, quod **ecclesiasticae** auctoritatis per totum orbem terrarum tam firmo robore custoditur: ceterorum hominum nullus transit ad Christum, ut incipiat esse quod non erat, nisi eum paeniteat fuisse quod erat. Haec prima paenitentia praecipitur Iudaeis, dicente apostolo Petro: *Paenitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini nostri Iesu Christi*. Talis ab ipso Domino imperabatur, cum diceret: *Paenitentiam agite, appropinquavit enim regnum caelorum*.

administración de los asuntos familiares y de los lazos tan estrechos del matrimonio, pecan tanto que parecen no ya rociados del polvo de este mundo, sino cubiertos de fango. Esto es lo que les dice el Apóstol: *Ciertamente, ya es un delito el que andéis de tribunal en tribunal. ¿Por qué no preferís sufrir la iniquidad? ¿Por qué no el ser defraudados?* En efecto, es cosa execrable lo que añadió en atención a algunos: *Pero vosotros obráis la iniquidad y defraudáis, ¡y a hermanos!* Prescindiendo de la iniquidad y el fraude, afirmó que era un delito el mismo hecho de andar en tribunales y litigios sobre asuntos temporales; lo cual sería llevadero, advierte, si tales litigios sobre asuntos temporales se fallasen en tribunal de la Iglesia. A esto se refieren también las palabras: *Quien no tiene mujer, piensa en las cosas de Dios, en cómo agradar a Dios; quien, en cambio, está unido en matrimonio piensa en las cosas del mundo, en cómo agradar a su mujer.* Y lo mismo dice de la mujer. También aquello otro: *Y de nuevo volved a lo mismo, para que no os tiende Satanás por vuestra incontinencia.* Para mostrar que eso era pecado, aunque se tratase de una concesión a la debilidad, añadió en seguida: *Mas esto lo digo como concesión, no mandándolo*¹³⁴⁸.

Sermón 351, 12: Hayas hecho lo que hayas hecho, hayas pecado lo que hayas pecado, aún te encuentras en esta vida, de la que con toda certeza te hubiese sacado el Señor de no querer curarte. ¿Por qué, pues, pasas por alto que la paciencia de Dios te conduce hacia la penitencia? El que clamando no consiguió persuadirte para que no te alejaras, perdonándote te llama para que vuelvas. Fíjate en el rey David. También él había recibido los sacramentos de su tiempo, perdonándote te llama para que vuelvas. Fíjate en el rey David. También él había recibido ya los sacramentos de su tiempo, ya estaba circuncidado, cosa que nuestros padres consideraban como el bautismo; pues, refiriéndose a eso, dice el Apóstol que Abrahán había recibido la señal de la justicia de la fe. Ya estaba también ungido con una unción venerable, en la que estaba prefigurado el sacerdocio real de la Iglesia. (...) Mas supón que no está asegurado que Dios perdona. ¿Qué pierde al suplicar a Dios quien no dudó en perder la salvación ofendiendo a Dios? ¿Quién tiene la certeza de que el emperador va a perdonar? Y, sin embargo, se gasta dinero, se atraviesan los mares y se someten a la incertidumbre de las tormentas, y, para evitar la muerte, casi se recibe a la misma muerte. Se suplica a un hombre por medio de otros hombres; lo hacen sin dudar, a pesar de ser dudoso el fin adonde han de llegar. Y,

¹³⁴⁸ Sed si hoc dispensatores verbi Dei et ministri Sacramentorum eius, milites Christi; quanto magis cetera stipendiaria multitudo, et quaedam provincia magni regis? Quam ne forte vel falsa suspicione avaritiae miles ille fidelissimus atque fortissimus apostolus Paulus offenderet, suis stipendiis militavit: et ubi forte defuit sumptus necessarius: *Alias, inquit, Ecclesias exspoliavi, accipiens ab eis stipendium ad vestram ministracionem.* Quanto ergo magis **Ecclesiae** provinciales saecularibus negotiis obligati, quotidianam debent agere paenitentiam? Qui quamvis a furtis, a rapinis, a fraudibus, ab adulteriis et fornicationibus omnique luxuria, a crudelitate odiorum et inimicitiarum pertinacia, ab omni denique idololatriae foeditate, spectaculorum nugacitate, haeresum atque schismatum impia vanitate, atque ab omnibus huiusmodi flagitiis et facinoribus immunes, puri atque integri esse debeant: tamen propter administrationem rerum familiarium, et coniugiorum arctissima vincula, tam multa peccant, ut non tam de istius mundi pulvere aspergi, quam luto obliniri videantur. Hoc est quod Apostolus eis dicit: *Iam quidem omnino delictum est in vobis, quia iudicia habetis vobiscum. Quare non magis iniquitatem patimini? Quare non potius fraudamini?* Nam illud execrabile est, quod propter quosdam addit et dicit: *Sed vos iniquitatem facitis, et fraudatis, et hoc fratribus.* Exceptis tamen iniquitatibus et fraudibus, hoc ipsum habere inter se iudicia et lites de saecularibus rebus, delictum esse dicit: quod tamen ferendum esse admonet, si vel **ecclesiastico** iudicio lites huiusmodi finiantur. Hinc est etiam illud: *Qui sine uxore est, cogitat ea quae sunt Dei, quomodo placeat Deo: qui autem matrimonio coniunctus est, cogitat ea quae sunt mundi, quomodo placeat uxori.* Quod etiam de femina similiter notat. Vel illud cum ait: *Et iterum ad idipsum estote, ne vos tentet satanas propter intemperantiam vestram.* Quod ut peccatum esse demonstraret, sed infirmitati concessum; subiecit statim: *Hoc autem dico secundum veniam, non secundum imperium.*

sin embargo, ofrecen más garantía las llaves de la Iglesia que en el corazón de los reyes, y todo lo que desaten esas llaves en la tierra será desatado también en el cielo, según está prometido. Y además es mucho más honesta la humildad, por la que se humilla uno en la Iglesia de Dios, y se exige un esfuerzo menor, y sin peligro alguno de muerte temporal se evita la muerte eterna¹³⁴⁹.

Sermón 352, 1: Es fácil reconocer la voz del arrepentido en las palabras con que hemos respondido al salmista. *Aparta tu rostro de mis pecados y borra todas mis maldades*. No habiendo preparado sermón alguno para dirigir a vuestra caridad, he visto que tengo que hablaros de ello por mandato del Señor. Quería hoy daros tiempo para rumiar, conoedor del opíparo banquete en el que participasteis ayer. Mas como tomáis con provecho para vuestra salud lo que os sirve, no hay día que no gocéis de buen apetito. Que el mismo Señor Dios nuestro nos conceda a mí fuerzas abundantes y a vosotros escuchar útilmente. No ignoro que tengo que servir a vuestra voluntad, buena y provechosa. Ayudadme con vuestro deseo y atención: deseo de Dios y atención a la palabra, para que pueda deciros lo que juzgue útil quien os alimenta por medio de mí. Reconocemos, pues, el grito del arrepentido en estas palabras: *Aparta tu rostro de mis pecados y borra todas mis maldades*. Así, pues, me llega la orden divina de hablaros algo acerca de la penitencia. Pues no he sido yo quien ordenó al lector que cantase este salmo, sino que fue él quien con corazón infantil ordenó que se leyese lo que consideró que era útil que vosotros oyeseis. Digamos, pues, algo sobre la utilidad de la penitencia, sobre todo teniendo en cuenta que ya se acerca del día santo del aniversario, ante cuya proximidad conviene poner más esmero en humillar las almas y domar los cuerpos¹³⁵⁰.

Sermón 359, 5: Que esto es lo que deseamos, lo atestiguan también las actas públicas; que esto es lo que hemos querido, lo muestran no sólo los discursos pronunciados, sino también las cartas que les entregamos a ellos. ¿Amáis el ser obispos? Sedlo con nosotros. Ninguna otra cosa odiamos, detestamos, abominamos y

¹³⁴⁹ Quidquid enim feceris, quaecumque peccaveris; adhuc in hac vita es, unde te Deus omnino, si sanare nollet, auferret. Cur ergo ignoras quia patientia Dei ad paenitentiam te adducit? Qui enim clamando non tibi persuasit ut non recederes, parcendo clamat ut redeas. Intuere David regem: iam utique et ipse illius temporis sacramenta perceperat, iam utique circumciscus erat, quod patres nostri pro Baptismo habebant. Nam ad hoc dicit Apostolus sanctum Abraham signaculum iustitiae fidei recepisse. Iam etiam unctus erat unctione venerabili, qua regale sacerdotium praefigurabatur **Ecclesiae**. (...) Sed fac incertum esse utrum ignoscat Deus. Quid perdit, cum supplicat Deo, qui salutem perdere non dubitavit, cum offenderet Deum? Quis enim certus est quod etiam **imperator** ignoscat? Et tamen pecunia funditur, maria transmeantur, procellarum incerta subeuntur; et pene ut mors evitetur, mors ipsa suscipitur. Supplicatur deinde per homines homini: sine dubitatione fiunt ista, cum sit dubium quo fine proveniant. Et tamen certiores sunt claves **Ecclesiae**, quam corda regum: quibus clavibus quodcumque in terra solvitur, etiam in caelo solutum promittitur. Et multo est honestior humilitas, qua se quisque humiliat **Ecclesiae** Dei: et labor minor imponitur, et nullo temporalis mortis periculo mors aeterna vitatur.

¹³⁵⁰ Vox paenitentis agnoscitur in verbis quibus psallenti respondimus: *Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele*. Unde cum sermonem ad vestram Caritatem non praeparavimus, hinc nobis esse tractandum Domino **imperante** cognovimus. Volebamus enim hodierna die vos in ruminacione permittere, scientes quam abundantes epulas ceperitis. Sed quia salubriter quod apponitur accipitis, quotidie multum esuritis. Praestet ergo Dominus ipse Deus noster, et nobis virium sufficientiam, et vobis utilem audientiam. Neque enim ignoramus, esse serviendum bonae vestrae et utili voluntati. Adiuvemur ergo a vobis et voto et studio; voto ad Deum, studio ad verbum; ut ea dicamus quae vobis esse utilia ipse iudicat, qui vos pascit per nos. Vox igitur in his verbis paenitentis agnoscitur: *Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnia facinora mea dele*. Proinde aliquid de paenitentia dicere divinitus iubemur. Neque enim nos istum psalmum cantandum lectori **imperavimus**: sed quod ille censuit vobis esse utile ad audiendum, hoc cordi etiam peritili **imperavit**. Dicamus aliquid de utilitate paenitentiae: praesertim, quia et dies iam sanctus anniversarius imminet, quo propinquante humiliari animas et domari corpora studiosius decet.

anatematizamos en vosotros más que el error humano. Detestamos, he dicho, el error humano, no la verdad divina; reconocemos lo que tenéis de Dios y corregimos el mal que tenéis. Reconozco en el desertor la señal de mi Dios, la señal de mi general, el signo distintivo de mi rey. Busco, hallo, me pongo en movimiento, me acerco, tomo de la mano, conduzco y corrijo al desertor, pero no destruyo la señal. Para quien lo advierta, para quien lo vea, esto no es litigar, sino amar. Dijimos que, dentro de la única Iglesia, los hermanos podían vivir concordados en bien de la paz; hermosa cosa es, en efecto, la concordia fraterna. “No puede haber dos obispos a la vez”. Dijimos que ambos se sentaran en una misma basílica; uno en la cátedra, otro como huésped; que uno se sentara en la cátedra cristiana; el otro, al lado, en la del hereje, como colega; además, que uno presida en su asamblea, y el otro, a su vez, en la propia. Dijimos que los apóstoles habían predicado la penitencia a todos los pueblos, comenzando por Jerusalén. ¿Qué responderás a esta Iglesia que los apóstoles edificaron por todo el mundo, comenzando por Jerusalén? Dijimos: “Supongamos que Ceciliano hubiera sido culpable”. Un hombre, o dos, o cinco, o diez que hayan sido culpables, ¿han de prejuzgar a tantos millares de fieles extendidos por todo el orbe de la tierra con maravillosa fecundidad? Eso es lo que dijimos. Creyó Abrahán cuando se le prometieron todos los pueblos; pecó Ceciliano, y ¿perecieron todos los pueblos de modo que pesa más la obra de la maldad que la promesa de la verdad? Todo eso se dijo y puede leerse. Contra los ejemplos divinos, contra los testimonios que proclaman que la Iglesia está extendida por todo el orbe de la tierra, de cuya Iglesia mantenemos la unidad en el nombre del Señor, ninguna respuesta pudieron encontrar¹³⁵¹.

Sermón 361, 15: Es la forma astuta como la serpiente te lleva a la muerte: para apartarte de Cristo mediante su misma alabanza predica dolosamente a quien no se atreve a vituperar. Exagera su majestad para hacerle único y para que tú no esperes nada semejante a lo que se ha mostrado en él al resucitar. Y hasta da la impresión de ser más respetuoso con Cristo cuando dice: “He aquí quien se atreve a compararse con Cristo y piensa que ha de resucitar él por el hecho de que haya resucitado Cristo”. No te sientas turbado por la alabanza engañosa dirigida a tu emperador; las asechanzas del enemigo te producen turbación, pero la humildad y la humanidad de Cristo te consuelan¹³⁵².

¹³⁵¹ Quoniam hoc volumus et publica *Gesta* testantur: quoniam hoc voluerimus, indices sunt non tantum sermones, sed litterae nostrae datae ad illos. Episcopatum amatis? Nobiscum habete. In vobis nihil odimus, nihil detestamur, nihil exsecramur, nihil anathemamus, nisi humanum errorem. Humanum, diximus, detestamur errorem, non divinam veritatem: sed quod Dei habetis, agnoscimus; quod vestrum improbum habetis, corrigimus. Signum Domini mei, signum **Imperatoris** mei, characterem **Regis** mei in desertore agnosco; quaero, invenio, admoveo, accedo, apprehendo, duco, corrigo desertorem, non violo characterem. Si quis advertat, si quis attendat, hoc non est litigare, sed amare. Diximus posse in una **Ecclesia**, pacis causa, esse fratres concordados: speciosa enim res est concordia fratrum. Non posse enim duos esse episcopos. Diximus, ut ambo sedeant in una simplici basilica; ille in cathedra, ille ut peregrinus; ille in cathedra christiana, ille in haeretica quasi collega iuxta sedeat: rursus ille in congregatione sua praesideat, vicissim ille in sua. Paenitentiam praedicatam esse in remissionem peccatorum per omnes **gentes** ab Apostolis incipientibus ab Ierusalem diximus. Quid respondebis huic **Ecclesiae**, quae est per omnes **gentes** ab Apostolis incipientibus ab Ierusalem aedificata? Diximus: Ponamus omnino malam habuerit causam Caecilianus. Unus homo malam causam habens, duo homines, quinque, decem, praeiudicabunt tot millibus fidelium toto orbe terrarum multiplici fecunditate diffusorum? Diximus ista. Creditur Abraham, et promissae sunt ei omnes **gentes**: peccavit Caecilianus, et perierunt omnes **gentes**, ut plus valeat quod iniquitas commisit, quam quod veritas promisit? Dicta sunt haec: leguntur. Omnino contra exempla divina, contra testimonia, quae asserunt **Ecclesiam** toto orbe terrarum diffundi, cuius **Ecclesiae** in nomine Domini tenemus unitatem, nihil illi respondere potuerunt.

¹³⁵² Serpentis astuta pernicies, ut laude Christi te avertat a Christo, dolose praedicat quem vituperare non audet. Exaggerat maiestatem illius, ut singularem faciat, ne tu speres tale aliquid, quale in illo resurgente monstratum est. Et quasi religiosior apparet erga Christum, cum dicit: Ecce qui se audet comparare

Sermón 363, 3: Después del bautismo queda aún la travesía del desierto, la travesía de la vida que vivimos en la fe, hasta que lleguemos a la tierra de promisión, la tierra de los vivientes, donde el Señor es nuestra porción: a la Jerusalén eterna. Hasta que lleguemos allí, toda esta vida es para nosotros un desierto y una tentación continua. Pero el pueblo de Dios vence todo en aquel que venció al mundo. Como en el bautismo se borran los pecados pasados cual enemigos que nos persiguen por la espalda, de idéntica manera, después del bautismo, en la marcha de esta vida vencemos a todos nuestros adversarios comiendo el alimento y bebiendo la bebida espirituales.

El nombre de nuestro emperador aterrorizó a los enemigos de nuestra vida. Primero se levantó la ira de los gentiles para echar a perder el nombre cristiano; mas, cuando la ira se vio incapaz, se transformó en dolor, y, a medida que la fe crecía más y más y se adueñaba de todo, el dolor se volvió temor, para que hasta los soberbios del mundo, como aves del cielo, busquen refugio y protección a la sombra de aquella planta crecida a partir de un minutísimo grano de mostaza. Así también, este cántico que conmemora lo que entonces les aconteció a ellos conserva el mismo orden: la ira, el dolor y el temor de los gentiles. *Lo escucharon, dice, los gentiles, y se llenaron de ira; los habitantes de Filistea fueron presa del dolor. Entonces se apresuraron, es decir, se turbaron, los príncipes de Edón y los príncipes de los moabitas; se apoderó de ellos el temblor y languidieron todos los habitantes de Canaán; caiga sobre ellos el temblor y el temor de la grandeza de tu brazo. Vuélvanse como piedras hasta que pase tu pueblo, ¡oh Señor!; hasta que pase el pueblo que adquiriste.* Así se hizo, así se hace. Estupefactos de admiración, los enemigos de la Iglesia se vuelven como piedras hasta que pasemos a la patria. Y quienes intenten ofrecer resistencia, como entonces fueron derrotados por los brazos extendidos de Moisés, lo serán también ahora con la señal de la cruz del Señor. Así somos introducidos y afincados en el monte de la heredad del Señor, que de la pequeña piedra que vio Daniel creció hasta llenar toda la tierra. Esta es la morada preparada para el Señor, pues el templo de Dios es santo y la casa que de él procede es santa. *El templo de Dios es santo, dice el Apóstol; templo que sois vosotros.* Para que nadie ponga su mirada en la Jerusalén terrena, cuyo templo era una figura pasajera, según convenía, indicó que estaba hablando del reino eterno, que es la heredad de Dios, la Jerusalén eterna. Dijo a continuación: *Lo que ha preparado tu mano, ¡oh Señor!, tú que reinas siempre, por siempre y todavía más.* ¿Hay algo que dure más que el *por siempre*? ¿Quién puede decirlo? ¿Por qué añadió entonces: *y todavía más*? Puesto que se acostumbra entender *por siempre* en el sentido de un espacio de tiempo muy largo, quizá por eso añadió: *y todavía más*, para que se entendiese la auténtica eternidad, que no tiene fin. ¿Habla así, acaso, porque Dios reina *siempre* en los reinos celestes, que estableció por los siglos de los siglos, y estableció un precepto que no pasará; a la vez que reina *por siempre* en aquellos a quienes, después de convertidos, les perdonó los pecados originados por la transgresión del precepto y los adquirió en un momento preciso y les regaló la felicidad sin fin, y reina *todavía* en aquellos a los que puso, en medio de suplicios justísimos, a los pies de su pueblo? Pues nadie queda excluido del reinado de aquel cuya ley eterna regula todas las criaturas dentro de un orden justísimo mediante la dialéctica del dar y pedir cuentas y el merecimiento del premio y del castigo. Dios resiste a los soberbios, mientras da su gracia a los humildes. *La caballería del faraón entró en el mar con los carros y caballeros, y el Señor dejó caer sobre ellos*

*las aguas del mar. En cambio, los hijos de Israel caminaron a pie enjuto por medio del mar*¹³⁵³.

Sermón 369, 1: Estos son los testigos de tu nacimiento, Señor Jesús, antes de que las olas se te sometiesen cuando las pisabas y las mandabas calmarse;¹³⁵⁴

Sermón 381, 1: Según lo atestigua la fe de la Iglesia romana, hoy es el día en que los apóstoles Pedro y Pablo, tras haber vencido al diablo, merecieron la corona del triunfo. Ofrezcamos un sermón solemne a aquellos en cuyo honor se celebra esta fiesta, también solemne. Escuchen nuestras alabanzas y rueguen por nosotros. Como hemos conocido por la tradición de los antepasados y la memoria lo conserva, no sufrieron su pasión en un único día de los marcados por los espacios celestes. Pablo la sufrió en el día del nacimiento de Pedro; no aquel en que fue arrojado al número de los hombres desde el seno de su madre, sino aquel otro en que, desde las cadenas de la carne, nació a la luz de los ángeles. Por esta razón se ha asignado a los dos un único día, para celebrarlos en una sola fecha. Aquí veo yo una gran señal de concordia: el último de los apóstoles, llamado en el mismo día y coronado en idéntica fecha, llegó y coincidió con el primero, apóstol como él. Pedro fue elegido antes de la pasión, Pablo después de la ascensión. Desiguales en cuanto al tiempo, iguales en la eternidad de la felicidad; aquél

¹³⁵³ Restat enim post Baptismum transitus per eremum, per vitam quae agitur in spe, donec veniamus ad terram promissionis, terram viventium ubi nobis est portio Dominus, in aeternam Ierusalem; quo donec veniamus, tota ista vita eremus nobis est, et tota tentatio. Sed in eo qui vicit saeculum, vincit omnia **populus** Dei. Nam sicut in Baptismo, tamquam hostes a tergo insequentes, praeterita peccata delentur: sic post Baptismum, in itinere vitae huius, cum escam spiritalem manducamus, et potum spiritalem bibimus, omnia nobis adversantia superamus. Terruit quippe inimicos viae nostrae nomen **Imperatoris** nostri. Prius enim surrexit ira **gentium** ad perdendum nomen christianum; ubi autem ira nihil potuit, conversa est in dolorem, et magis magisque fide crescente atque occupante omnia, dolor conversus est in timorem; ut et superbi huius saeculi, tamquam volatilia caeli, sub umbra oleris illius, quod ex minutissimo grano sinapis multum crevit, refugium protectionemque conquirant. Sic et in hoc cantico, ubi commemorantur ea, quae tunc in figura contingebant in illis, servatus est ordo irae, doloris, et timoris **gentium**. *Audierunt, inquit, gentes, et iratae sunt; dolores comprehenderunt habitatores Philistim. Tunc festinaverunt, id est conturbati sunt, duces Edom, et principes Moabitarum: apprehendit eos tremor: tabuerunt omnes inhabitantes Chanaan. Incumbat in eos tremor, et timor magnitudinis brachii tui. Fiant tamquam lapides, donec transeat populus tuus, Domine, donec transeat populus tuus hic, quem acquisisti.* Sic factum est, sic fit. Admiratione stupentes tamquam lapides fiunt inimici **Ecclesiae**, donec transeamus ad patriam. Sed et qui resistere tentaverint, sicut tunc Amalech extentis manibus Moysi, ita nunc in signo crucis dominicae superantur. Atque ita introducimur, atque plantamur in monte hereditatis Domini, qui ex parvo lapide, quem vidit Daniel, crevit et implevit universam terram. Haec praeparata est habitatio Domini. Templum enim Dei sanctum est, et sanctificatio domus eius quae ab ipso est. *Templum enim Dei sanctum est*, ait Apostolus, *quod estis vos*. Et ne quisquam respiceret ad terrenam Ierusalem, ubi templum istud figuram quamdam temporaliter gessit, sicut oportuit, significavit de **regno** aeterno se dicere, quod est aeterna hereditas Dei, aeterna Ierusalem. Secutus enim ait: *Quae praeparaverunt manus tuae, Domine, qui regnas semper, et in sempiternum, et adhuc*. Estne quid ultra quam *in sempiternum*? Quis hoc dixerit? Cur ergo addidit: *et adhuc*? Forte quia solet sempiternum et pro longo nimis tempore intellegi, ad hoc additum est: *et adhuc*, ut verum sempiternum, quod sine fine est, intellegeretur. An quia **regnat** Deus *semper* in caelestibus, quae statuit in saeculum saeculi, praeceptum posuit et non praeteribit; *et in sempiternum* in eis quibus ex transgressione praecepti postea conversis peccata dimisit, et eos acquisivit ex tempore, eisque beatitudinem sine fine donavit; **regnat et adhuc** in eos, quos sub **populi** sui pedibus in supplicii iustissimis ordinavit? Neque enim quisquam eius **regno** subtrahitur, cuius aeterna lege in distributione dandi atque reddendi et meritum praemiorum atque poenarum, et iustissima ordinatione creaturae cunctae coercentur. Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. *Quia intravit equitatus Pharaonis cum curribus et adscensoribus in mare; et adduxit super eos Dominus aquas maris. Filii autem Israel ambulaverunt per siccum, per medium mare.*

¹³⁵⁴ Haec sunt testimonia nativitatibus tuae, Domine Iesu, antequam tibi fluctus substernerentur calcanti, cederent **imperanti**;

había sido pescador, éste perseguidor. En el primero fue elegido lo débil del mundo para confundir a lo fuerte; en el segundo abundó el pecado para que sobreabundase la gracia. En los dos resplandeció la grandeza de la gracia de Dios y la gloria de quien creó, no encontró, sus méritos. Quien llamó primero a su reino a los pescadores, habiendo de llamar luego a los emperadores, ¿qué otra cosa quiso mostrar sino que *quien se gloríe, se gloríe en el Señor?* En efecto, no despreció la salvación de los nobles, los sabios y poderosos quien les antepuso a los plebeyos, a los ignorantes y débiles. Mas, si no hubiera elegido primero la ruindad de los débiles, no hubiera sanado la hinchazón de los soberbios. Si Cristo hubiera llamado primero a los ricos, podrían pensar y decir que en ellos no había elegido otra cosa que la opulencia, la facundia, el conocimiento de la elocuencia, el esplendor de la ciencia, la nobleza, la generosidad, el sosiego, el poder real, y así, inflados con la felicidad temporal y mundana, como si ellos mismos ofreciesen a Cristo lo que son, pareciéndoles que lo que iban a ser por la gracia de Dios, en vez de don, era recompensa de parte de Cristo, ni entenderían ni conservarían esa gracia. Así, pues, ¡cuánto mejor y cuánto más ordenado ha sido el que primero *levantara de la tierra al necesitado y elevara del estiércol al pobre para ponerlo en medio de los príncipes de su pueblo*, de manera que el don de la inteligencia y de la doctrina no sólo procediese realmente de Dios, sino que también apareciese con claridad esa procedencia divina! ¡Con cuánta alegría y con cuánta gloria para Dios contemplamos cómo el alma del pescador desprecia las riquezas del emperador y cómo el emperador suplica ante la tumba del pescador! Ni el pescador se sintió postergado por carecer de aquéllas ni el emperador se vanaglorió por poseerlas. Indíquenos el mismo Apóstol qué valor tiene para la salvación de los hombres –para que nadie, consciente de sus maldades, desespere de la misericordia de Dios- el hecho de que Cristo haya transformado a quien era su perseguidor en su predicador. *Es palabra humana*, dijo, y *digna de ser acogida por todos, que Cristo vino a este mundo para salvar a los pecadores, el primero de los cuales soy yo. Mas para esto he alcanzado misericordia: para mostrar en mí ante todo toda la magnanimidad de Cristo Jesús, para instrucción de quienes han de creer en él para la vida eterna.* ¿Quién puede perder la esperanza en su salvación bajo la mano del médico todopoderoso, tras haber conocido ejemplo tan notable y viendo que Pablo, mensajero ahora de la fe que antes perseguía, no sólo se libró del castigo merecido en cuanto perseguidor, sino que hasta alcanzó la corona de doctor, y que, una vez creyente, derramó la suya por el nombre de aquel cuya sangre deseaba derramar cruelmente en sus miembros? Roma, la cabeza de la gentilidad, tiene, pues, las dos lumbreras de los gentiles encendidas por aquel que ilumina a todo hombre que viene a este mundo; una, en la que exaltó a la humildad abyecta, y otra, en la que sanó la iniquidad, digna de condenación. Aprendamos en la primera a no vanagloriarnos, y en la segunda, a no perder la esperanza. ¡De qué forma tan sencilla se nos han propuesto unos ejemplos magníficos y saludables!¹³⁵⁵

¹³⁵⁵ Petri et Pauli apostolorum dies, in quo triumphalem coronam, devicto diabolo, meruerunt, quantum fides Romana testatur, hodiernus est. Quibus solemnibus festivitatis exhibetur, solemnibus etiam sermo reddatur. Laudes audiant a nobis, preces fundant pro nobis. Sicut traditione patrum cognitum memoria retinetur, non uno die passi sunt per caeli spatia decurrente. Natalitio ergo Petri passus est Paulus, non quo ex utero matris in numerum fusus est hominum, sed quo ex vinculo carnis in lucem natus est Angelorum; ac per hoc ita singuli dies dati sunt duobus, ut nunc unus celebretur ambobus. Magnum hoc mihi signum videtur esse concordiae: coapostolo suo novissimus primo, qui ad eundem diem vocatus advenit, ad eundem diem coronatus occurrit. Electus est ille ante Domini passionem, iste post ascensionem. Ordine temporis impares, aeternitate felicitatis aequales: ille ex piscatore, iste post persecutore. In illo infirma mundi electa sunt, ut confundantur fortia; in isto abundavit peccatum, ut superabundaret gratia. In utroque magna Dei gratia atque eius gloria claruit, qui eorum fecit merita, non invenit. Quid enim aliud demonstrare dignatus est, qui ad **regnum** primo vocare voluit piscatores, postea

Sermón 392, 2 (3): Voy a decirlo más claramente: que nadie diga que no ha entendido. Los que os manchasteis con algún coito ilícito fuera de vuestras mujeres, si os acostasteis con alguna otra mujer fuera de las vuestras, haced penitencia, como suele hacerse en la Iglesia, para que ella ore por vosotros. Que nadie diga: “La haré ocultamente; la haré ante Dios. Dios, que ha de perdonarme, sabe que la hago en mi corazón”. Entonces, ¿se dijo inútilmente: *Lo que desatéis en la tierra será desatado en el cielo?* ¿Se han dado, sin motivo alguno, las llaves a la Iglesia? ¿Declaramos nulo el Evangelio y las palabras de Cristo? ¿Os hemos de prometer lo que él os niega? ¿Acaso os hemos engañado? Job dice: *Si me he avergonzado de confesar mis pecados en presencia del pueblo.* Quien dice esto es un justo, oro fino del tesoro divino y probado en su crisol, y ¿se me resiste el hijo de la pestilencia y se avergüenza de doblar la rodilla, bajo la bendición de Dios, la soberbia cerviz y la mente tortuosa? Quizá, o, mejor, sin quizá, puesto que no se duda, Dios quiso por eso que el emperador Teodosio se sometiese a la penitencia pública en presencia del pueblo, sobre todo teniendo en cuenta que su pecado no pudo ocultarse. ¿Y se avergüenza el senador de lo que no se avergonzó el emperador? Se avergüenza, no digo ya el senador, sino el simple palaciego, de lo que no se avergonzó el emperador? ¿Se avergüenza el plebeyo o el negociante de lo que no se avergonzó el emperador? ¿Qué soberbia es ésta? ¿No sería ella sola suficiente para enviar al infierno, aunque no hubiese ningún adulterio?¹³⁵⁶

vocaturus **imperatores**, nisi ut *qui gloriatur, in Domino gloriatur?* Nam utique nobilium, doctorum, potentum non salutem contempsit, quibus ignobiles, imperitos infirmosque praeponit. Sed nisi prius eligeretur vilitas infirmorum, non sanaretur inflatio superbiorum. Si prius a Christo divites vocarentur, putarent et dicerent non in se electam nisi opulentiam, facundiam, eloquentiae doctrinam, scientiae splendorem, nobilitatem, generositatem, tranquillitatem, regalem potestatem; atque ita temporalibus et saecularibus felicitatibus tumidi, tamquam ipsi prius Christo conferrent quod essent, ut eis ille videretur reddere, non donare, quod futuri essent gratia Dei, nec intellegent, nec tenerent. Quanto ergo nunc melius, quanto ordinatius, prius *erexit de terra inopem, et de stercore exaltavit pauperem, ut collocaret eum cum potentibus populi sui*; ut munus intellegentiae atque doctrinae non solum ex Deo esset, sed etiam ut ex Deo esse appareret? Cum quanta itaque laetitia et quanta Dei gloria contuemur ab animo piscatoris contemni opes **imperatoris**? fundi preces **imperatoris** ad Memoriam piscatoris? ut nec ille ex eo quod non habuit, iaceret; nec iste ex eo quod habuit, superbiret. Iamvero illud quod Paulum ex persecutore suo praedicatorem suum Christus operatus est, quid valeat ad salutem hominum, ne quisquam magnarum sibi conscius iniquitatum de misericordia Dei debeat desperare, ipse potius apostolus eloquatur. *Humanus, inquit, sermo et omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem longanimitatem, ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam aeternam.* Quis enim sub manu omnipotentis medici de salute desperet tanto informatum exemplo, considerans evangelizantem fidem quam aliquando vastabat, non solum evasisse poenam persecutoris, verum etiam coronam meruisse doctoris, et cuius sanguinem in eius membris cupiebat saeviendo fundere, pro eius nomine suum sanguinem credendo fudisse? Habet ergo Roma caput **gentium**, duo lumina **gentium** ab illo accensa, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: unum, in quo Deus abiectam exaltavit humilitatem; alterum, in quo damnandam sanavit iniquitatem. In illo discamus non superbire; in isto, non desperare. Quam breviter magna nobis exempla praemissa sunt, quam salubria;

¹³⁵⁶ Apertius dico: nemo dicat: Non intellexi. Qui post uxores vestras vos illicito concubitu maculastis, si praeter uxores vestras cum aliqua concubuistis; agite paenitentiam, qualis agitur in **Ecclesia**, ut oret pro vobis **Ecclesia**. Nemo sibi dicat: Occulte ago, apud Deum ago: novit Deus qui mihi ignoscat, quia in corde meo ago. Ergo sine causa dictum est: *Quae solveritis in terra, soluta erunt in caelo?* Ergo sine causa sunt claves datae **Ecclesiae** Dei? frustramus Evangelium, frustramus verba Christi? Promittimus vobis quod ille negat? Nonne vos decipimus? Iob dicit: *Si erubui in conspectu populi confiteri peccata mea.* Talis iustus, thesauri divini obryzum, tali camino probatus ista dicit; et resistit mihi filius pestilentiae, et erubescit genu figere sub benedictione Dei superba cervix, mens tortuosa? Fortassis, immo quod non dubitatur, propterea Deus voluit ut Theodosius **imperator** ageret paenitentiam **publicam** in conspectu **populi**, maxime quia peccatum eius celari non potuit; et erubescit senator, quod non erubuit **imperator**? Erubescit, nec senator, sed tantum curialis, quod non erubuit **imperator**? Erubescit **plebeius**

coxit Iacob, sed non manducavit Iacob. Idola enim magis in Aegypto viguerant. Lens cibus est Aegypti. Per lentem omnes errores **gentium** significantur. Quia ergo **Ecclesia** eminentior et manifestior in filio minore de **gentibus** ventura significabatur, lentem coxisse dicitur Iacob, et manducasse Esau. Etenim dimiserunt idola **gentes**, quae colebant. Iudaei autem serviebant idolis. Nam conversi corde in Aegyptum ducebantur per heremum. (...)Perdiderunt ergo primatum suum, quia conversi corde in Aegyptum manducaverunt lentem. Accipite. **Populus** christianus est. Sed in ipso **populo** christiano illi primatum tenent qui pertinent ad Iacob.

¹³⁷⁵ Etenim mater ista, quae in sanctis omnibus intellegitur, id est, **Ecclesia**, quae intellexit prophetiam, ipsa dat consilium filio minori, et dicit illi: *Ego ipsa audivi patrem tuum dicentem fratri tuo: Vade, et affer mihi venationem, ut manducem et benedicat te anima mea antequam moriar.* (...)Sed hoc ut diceremus, mater nos docuit, id est, in sanctis **Ecclesia** ipsa prophetis docet nos, quemadmodum spiritaliter intellegamus ipsa promissa carnalia.

¹³⁷⁶ Pili peccata significant, lenitas autem mansuetudinem, id est, munditiam a peccatis. Duo filii benedicuntur, quia duo genera benedicat **Ecclesia**. Quomodo duos peperit Rebecca, generantur in utero **Ecclesiae** duo, unus pilosus, alter lenis, quorum diversitatem exposuimus. Sunt enim homines qui nec post baptismum volunt dimittere peccata sua, et ea volunt facere, quae antea faciebant. Verbi gratia: si faciebant fraudes, volunt iterum fraudare; si mendacium iurabant, volunt adhuc peierare; si circumveniebant dolis innocentes, volunt adhuc circumvenire; si homicidia cogitabant, eadem cogitant; si fornicabantur, si inebriabantur, ea ipsa nihilo minus faciunt. Ecce Esau natus pilosus. Quid facit Iacob? Dicitur ei a matre: "Vade, benedicat te pater tuus". Et dicit: "Timeo, non accedam". Sunt enim homines in **Ecclesia** qui timent misceri peccatoribus, ne quasi per consortium peccatorum in unitate maculentur, et per haereses et schismata pereant.

¹³⁷⁷ Sic omnes qui pro unitate **Ecclesiae** tolerant aliena peccata Iacob imitantur.

¹³⁷⁸ Quia duo illi homines, duo **populi** erant. Una benedictio unitatem significat **Ecclesiae**.

Sermón 4, 18: Vino la Iglesia de los judíos de la circuncisión; vino la Iglesia de los gentiles del prepucio. Viniendo de sitios diferentes, se unieron en el Señor. Y por eso el Señor fue llamado piedra angular¹³⁷⁹.

Sermón 4, 19: Los cabritos fueron sacrificados, comidos e incorporados a su cuerpo para eso. Así son aniquilados los pecados en el pecados, y éste pasa al cuerpo único de la Iglesia; Pedro ostentaba esa figura de la Iglesia cuando se le dijo: *Mata y come*¹³⁸⁰.

Sermón 4, 24: Dentro del misterio interior entiende a Cristo y entiende a la Iglesia como vestido de Cristo¹³⁸¹.

Sermón 4, 25: En cambio, la Iglesia, que no es ni cabritos ni vestidos en la evidencia, es cabritos y vestidos en figura. Eso puede aplicarse a todo¹³⁸².

Sermón 4, 26: *Olfateó sus vestidos y dijo: ¡Ea, el olor de mi hijo como el olor de un campo ubérrimo al que bendijo el Señor!* Este campo es la Iglesia. Demostraremos que ese campo es la Iglesia. Escucha al Apóstol que dice a los fieles: *Sois agricultura de Dios, sois fábrica de Dios*. No sólo es un campo la Iglesia, sino que Dios es labrador. (...) ¡Qué bien guardó la humildad, para pertenecer a Jacob y al campo mismo, es decir, a la Iglesia, para no perder la estola cuya fragancia era como la de un campo ubérrimo, para no pasar a la soberbia de Esaú, entendiendo carnalmente, llenándose de orgullo!¹³⁸³

Sermón 4, 27: Oigamos cómo es bendecido Esaú y veamos la diferencia entre los hijos carnales y los espirituales de la Iglesia, entre los que toleran los pecados ajenos y los que llevan los propios, entre los que viven siempre espiritualmente y los que siempre se deleitan en goces carnales¹³⁸⁴.

Sermón 4, 28: La suplantación de las cosas carnales es vida de las espirituales. Por eso, cuando los carnales en la Iglesia envidian a los espirituales, son suplantados y se hacen peores¹³⁸⁵.

Sermón 4, 31: Hay en la Iglesia malos que pertenecen a Esaú, pues son hijos de Rebeca, hijos de la madre Iglesia, nacidos de su seno, hirsutos, perseverantes en sus

¹³⁷⁹ Venit enim **Ecclesia** Iudaeorum de circumcissione. Venit **Ecclesia** gentium de praepucio. De diverso venientes in Domino coniuncti sunt. Ideo Dominus dictus est lapis angularis.

¹³⁸⁰ Sic occiduntur peccata in peccatoribus, et transeunt interfecti in corpus unum **Ecclesiae**, cuius **Ecclesiae** figuram gerebat Petrus, quando ei dictum est: *Macta et manduca*.

¹³⁸¹ Intellege Christum in mysterio interiori, et intellege vestem Christi **Ecclesiam**.

¹³⁸² **Ecclesia** vero, quia nec haedi nec vestis per evidentiam et haedi et vestis est per figuram. Et quidquid aliud dici potest.

¹³⁸³ Odoratus est *vestimenta eius*, et dixit: *Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni, quem benedixit Dominus*. Ager iste, **Ecclesia** est. Probemus, quia ager est **Ecclesia**. Audi Apostolum dicentem fidelibus: *Dei agricultura, Dei aedificatio estis*. Non solum ager est **Ecclesia**, sed et agricola Deus. (...) Quomodo servavit humilitatem, ut ad Iacob pertineret, ut ad ipsum agrum, id est **Ecclesiam** ne amitteret stolam cuius odor erat sicut odor agri pleni, et transiret ad superbiam Esau, carnaliter intellegens et typho plenus!

¹³⁸⁴ Audiamus ergo quomodo benedicatur Esau, et videamus quid intersit inter spiritalis **Ecclesiae** filios, et carnales; inter eos qui tolerant aliena peccata, et eos qui portant sua; inter eos qui semper spiritaliter vivunt, et eos qui semper carnalibus gaudiis delectantur.

¹³⁸⁵ Supplantatio autem carnalium, vita spiritalium est. Omnes enim carnales, cum in **Ecclesia** invident spiritalibus, supplantantur, et fiunt peiores.

pecados carnales, pero nacidos en su seno. (...) Ambas cosas tienen en común en la Iglesia los buenos y los malos. En efecto y participan de los sacramentos, incluso (lo que saben los fieles) en el trigo y vino. Y tienen el rocío del cielo, porque sobre todos desciende la palabra de Dios desde el cielo. Viene la palabra de Dios y riega¹³⁸⁶.

Sermón 4, 32: Aunque estas cosas pertenecen a ambos, todas las gentes pertenecen a los espirituales, ya que éstos pertenecen a la Iglesia, que llenó todo el orbe de la tierra. Atended, hermanos, y discernid cuanto podáis o cuanto el Señor os permita. Todo espiritual ve que la Iglesia, extendida por todo el mundo, es una verdadera, católica. Nada se arroga y tolera los pecados de los hombres, a los que no puede eliminar de la era dominical antes de que llegue aquel último beldador que no puede engañarse y limpie su era, metiendo el trigo en el hórreo y entregando la paja para la hoguera. Porque le toca a él excluir la paja, y separarla del trigo, y preparar el hórreo para el trigo y el fuego para la paja. Y porque lo sabe, tolera a los pecadores para separarlos al fin. En todas las gentes, los pecadores y carnales están mezclados con los espirituales y a su servicio. En cambio, los espirituales no sirven a los malos, pues sacan provecho de los malos cuando éstos decaen. ¡Atended, hermanos míos! Lo diré, si puedo, sin temor, No callaré, pues siento la urgencia de decirlo. Y si por ventura algunos se irritan, que me perdonen. En efecto, siento temor: que me perdonen por mi temor. Cristo a nadie temió. Y nosotros, por temor a Cristo, hablamos, no sea que por no contristar a algunos él no nos perdone. Dignaos escuchar y atender con esmero a lo que quiero decir. Ambos, Esaú y Jacob, recibieron el rocío del cielo y de la fertilidad de la tierra. Ambos poseen aquello que dijimos, que sabemos y que conocéis. Pero sólo Jacob recibió el que le sirvan las gentes, porque en la Iglesia, por todo el orbe de la tierra, los carnales no sirven sino a los espirituales. ¿Por qué? Porque gracias a ellos progresan los espirituales¹³⁸⁷.

Sermón 4, 33: Atienda vuestra santidad a lo que decimos. A Esaú no se le dieron las gentes, porque todos los carnales que hay en la Iglesia, o están divididos o son fáciles a la división¹³⁸⁸.

¹³⁸⁶ Sunt mali in **Ecclesia** pertinentes ad Esau, quia et ipsi filii Rebeccae, filii matris **Ecclesiae**, de utero ipsius nati, et pilosi in peccatis carnalibus perseverantes, de illius tamen utero nati. (...) Haec omnia communia habent in **Ecclesia** et boni et mali. Nam et ipsi habent et participant sacramentis, et - quod norunt fideles - a tritico et vino. Et habent de rore caeli, quia super omnes descendit sermo Dei de caelo. Venit sermo Dei, et irrigat.

¹³⁸⁷ Curri ad ambos pertineant ista, non tamen pertinent omnes gentes nisi ad spiritales, quia ipsi pertinent ad **Ecclesiam** quae implevit totum orbem terrarum. Attendite fratres, et discernite quantum potestis, vel quantum vobis Dominus dat. Omnis spiritalis videt quia **Ecclesia** per totum orbem terrarum est una, vera, catholica. Et nihil sibi arrogat, et tolerat peccata hominum, quos non potest purgare de area dominica, antequam veniat ille ultimus ventilator, qui falli non potest, ut purget aream suam et frumentum mittat in horreum, paleas autem det ad comburendum. Quia ipse habet excludere paleam et segregare a frumento, et praeparare horreum tritico, paleis ignem. Itaque quia novit, tolerat peccatores in fine separandos. Per omnes gentes peccatores et omnes carnales mixti sunt spiritalibus, et serviunt eis. Spiritales autem non serviunt, quia de illis proficiunt, cum ipsi deficiunt. Attendite fratres mei. Dicam si possum, et non timeam. Non tacebo. Urgeor enim ut dicam. Et si mihi forte aliqui succensuerint, sed dent veniam. Timeo enim, ut dixi. Timori dent veniam. Christus neminem timuit. Nos autem Christum timendo non parcimus, ne nobis, dum tales nolumus contristare, ille non parcat. Quid velim dicere dignamini audire, et intentissime advertere. Acceperunt ambo a rore caeli et ab ubertate terrae Iacob et Esau. Ambo illud habent quod iam diximus, quod novimus, quod nostis. Sed ut serviant ei gentes, non accepit nisi Iacob, quia carnales in **Ecclesia** per totum orbem terrarum non serviunt nisi spiritalibus. Quare? Quia de illis proficiunt spiritalis.

¹³⁸⁸ Intendat Sanctitas vestra quod dicimus. Illi autem Esau non sunt datae gentes, quia omnes carnales qui sunt in **Ecclesia**, aut divisi sunt aut faciles sunt ad divisionem.

Sermón 4, 34: Así son también aquellos que no se separaron de la Iglesia, pero viven como si estuvieran fuera de ella. Porque los que en la Iglesia aman sus honores, tales son absolutamente; los que en la Iglesia aman sus comodidades seculares, también ellos son paja. Como no sopla el viento, no vuela fuera de la era. Cuando la Iglesia toma alguna medida contra ellos, ¡qué fácilmente se separan! ¡Qué fácilmente recogen en el exterior y se resisten a dejar sus principados! ¡Cómo se disponen a morir por su principado” ¡Cómo quieren retener en su obediencia al pueblo, y no le dejan ir a la unidad de Cristo ¡Cómo pretenden hacerse sus ovejas, las que no redimieron con su sangre y las que desprecian porque no las compraron! ¿Qué necesidad hay de discutir más sobre eso? Observadlos por toda la Iglesia, miradlos, ya a los que están dentro, ya a los que, al ofrecerse ocasión, volaron de la era y quieren llevarse consigo los granos¹³⁸⁹.

Sermón 4, 35: ¿No acontece eso ahora en la Iglesia con los malos, que quieren perturbar la Iglesia? Son tolerados por la necesidad de la misma paz; son admitidos y gozan los sacramentos comunes. A veces se sabe que son malos, pero no pueden ser descubiertos. No se les puede demostrar, para que se enmienden, para ser degradados, excluidos o excomulgados. Si alguien lo pretende, a veces se llega a la destrucción de la Iglesia. El gobernante de la Iglesia se ve como obligado a decir: *¡Ea, la fertilidad de la tierra y el rocío del cielo tendrás!* Usa de los sacramentos; como tu propia condenación y bebe tu propia condenación. *Porque quien come y bebe indignamente, su condenación come y bebe.* Bien sabes que eres admitido por la necesidad de la paz de la Iglesia y en el corazón sólo tienes perturbadores y divisiones¹³⁹⁰.

Sermón 4 A: Da a luz, como da a luz la Iglesia en su vientre, pero no de su semilla¹³⁹¹.

Sermón 5, 1: Hay algunos que se llaman cristianos y no lo son; a algunos los distinguió la Iglesia como estiércol, por ejemplo, a las herejías y cismas, que son al mismo tiempo comparados a los sarmientos estériles, podados de la parra, o a la paja que el viento arrebató de la era antes de la siega. Pero hay otros que, aun siendo malos, son retenidos en la comunión católica, a los que el buen cristiano se ve obligado a

¹³⁸⁹ Sic et illi qui non recesserunt ab **Ecclesia**, et tales sunt, quales si foris essent. Qui enim amant honores suos in **Ecclesia**, omnino tales sunt qui amant in **Ecclesia** commoda sua saecularia. Et ipsi palea sunt. Sed ventus deest, ideo non volant de area. Hoc est quod dico breviter, tentatio deest, nam volarent de area. Denique quando contra illos aliquid egerit **Ecclesia**, quomodo facile se praecidunt! Quomodo facile extra colligunt, et tamen nolunt dimittere principatus suos! Quomodo pro ipso principatu mori volunt! Quomodo tenere volunt sub se plebes, et non dimittere plebes unitati Christi! Quomodo volunt facere oves suas, quas suo sanguine non emerunt, et ideo viles habent, quia non emerunt! Quid opus est hinc diutius disputare? Attendite illos per universam **Ecclesiam** videte tales, et eos qui intus sunt, et eos qui inventa occasione de area volaverunt et volunt secum trahere grana.

¹³⁹⁰ Nonne fit modo in **Ecclesia** malis hominibus qui volunt perturbare **Ecclesiam** ut tolerentur ad necessitatem ipsius pacis, ut admittantur, ut habeant sacramenta communia? Et aliquando scitur quia mali sunt, et convinci forte non possunt. Ut emendantur et degradentur, ut excludantur, ut excommunicentur, non possunt convinci. Si institerit aliquis, aliquando itur in disruptiones **Ecclesiae**. Cogitur gubernator **Ecclesiae** tamquam dicere: "Ecce ab ubertate terrae erit tibi et a rore caeli; utere sacramentis; tibi manducas iudicium, tibi bibis iudicium: *Qui enim manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit.* Nosti quia admitteris ex necessitate pacis **Ecclesiae**, non habes in corde nisi perturbationes et divisiones

¹³⁹¹ Parit autem, sicut parit **Ecclesia**, utero suo, non semine suo.

tolerar hasta el fin, ya que la bielta de esta mies y de esta era no es sino el día del juicio¹³⁹².

Sermón 5, 3: Se significa que de la misma sangre y agua nació la Iglesia. ¿Y cuándo salieron sangre y agua del costado? Cuando ya dormía Cristo en la cruz; porque Adán en el paraíso cayó en el sueño, y así Eva fue producida de su costado. (...) Eso dice la Iglesia, gimiendo entre los pecadores. ¿Pensáis, hermanos, que la Iglesia desea ser discernida para quedar separada de las herejías como de sarmientos podados? Ya fue separada por ellos. ¿Acaso dice la Iglesia: *Júzgame, ¡Oh Dios!, y discierne mi causa*, esto es, no sea yo juzgada con ellos y me pierda en el día del juicio. Porque en el presente se dijo: *Deja que la cizaña crezca*: son tolerados los malos por los buenos, para ser separados el día del juicio¹³⁹³.

Sermón 5, 4: Pero Jacob soportaba los pelos y pecados que iban adheridos a él. Así también la Iglesia de Dios lleva los pecados ajenos, no los suyos, tolerándolos hasta el fin, como el Señor Jesucristo llevó los ajenos¹³⁹⁴.

Sermón 5, 6: No pide, pues, separarse de Esaú cuando dice: *Júzgame, ¡Oh Dios!, y discierne mi causa de la gente no santa*, sino de los malos cristianos, ya que de Esaú está ya separada¹³⁹⁵.

Sermón 5, 7: Aquella mujer era la Iglesia. *No me toques* significa no me toques carnalmente, sino en cuanto soy igual al Padre. Mientras no entendáis que soy igual al Padre, *no me toques*, pues no me tocas a mí, sino mi carne¹³⁹⁶.

Sermón 5, 8: Pero algún día se hará la reparación y distinción. Eso es lo que la Iglesia desea, cuando dice en el salmo: *Júzgame, ¡Oh Dios!, y discierne mi causa de la gente no santa*. Porque el Evangelio dice: *si te escandalizare tu pie, córtalo y arrójalo de ti. Mejor te será entrar con un solo pie en el reino de Dios que ir con los dos pies al fuego eterno*. Por ende, esos malos han de ser separados al fin. Ahora la Iglesia es coja. Hincan bien un pie, pero el otro es inválido. Atended, hermanos, a los paganos. Hallan, a veces, cristianos buenos que sirven a Dios, y se admiran, son atraídos y creen. Pero a

¹³⁹² Sunt enim quidam eorum qui christiani vocantur et non sunt, quos partim digessit **Ecclesia** tamquam stercora, ut sunt omnes haereses et omnia schismata, quae etiam comparantur sarmentis infructuosis de vite praecisis et paleis quas ante ventilationem de area ventus rapit. Sunt autem alii qui intus mali sunt et ipsa communione catholica continentur, quos necesse est toleret christianus bonus usque in finem, quia ventilatio messis huius et areae non erit nisi dies iudicii.

¹³⁹³ De ipso sanguine et aqua significatur nata **Ecclesia**. Et quando exiit sanguis et aqua de latere? Cum iam dormiret Christus in cruce, quia et Adam in Paradiso somnum accepit, et sic illi de latere Eva producta est. (...) **Ecclesia** illud dicit gemens inter peccatores. Putatis, Fratres, quia ad hoc se vult discerni **Ecclesia**, ut ab haeresibus tamquam sarmentis praecisis separetur? Iam ab ipsis separata est. Numquid ita dicit **Ecclesia**: *Iudica me Deus et discerne causam meam* ut a parte Donati, aut ab Arianis, vel a Manichaeis segregeretur? Non se rogat discerni nisi ab his qui ei mixti sunt, quos oportet toleret usque in finem. Sed hoc dicit: *Iudica me Deus et discerne causam meam* id est, ne cum ipsis iudicer et perdar in die iudicii. Nam nunc dictum est: *Dimitte zizania crescere*, et tolerantur modo mali a bonis, in die iudicii separandi.

¹³⁹⁴ Sed illi capilli et peccata portabantur a Iacob, non haerebant in Iacob. Sic ergo et **Ecclesia** Dei aliena peccata portat, non sua, tolerans usque in finem, sicut et Dominus Iesus Christus aliena portavit.

¹³⁹⁵ Sed illi capilli et peccata portabantur a Iacob, non haerebant in Iacob. Sic ergo et **Ecclesia** Dei aliena peccata portat, non sua, tolerans usque in finem, sicut et Dominus Iesus Christus aliena portavit.

¹³⁹⁶ Illa mulier **Ecclesia** erat. Et hoc est: *Noli me tangere*, noli me carnaliter tangere, sed qualis sum aequalis Patri. Quamdiu autem non me intellegitis aequalem Patri, *noli me tangere*, quia non me, sed carnem meam tangis.

veces los ven que viven mal y dicen: “¡Mira los cristianos!” Estos que viven mal corresponden al tendón del muslo tocado y se han secado. Ese toque es la mano del Señor que castiga y vivifica. Por eso, por una parte se bendice y por la otra se seca. El Señor designó a estos que viven mal en la Iglesia, pues por eso escribió en el Evangelio que, cuando creció la hierba, apareció la cizaña, porque cuando la gente comienza a mejorar, empieza también a darse cuenta de los malos. Todo esto lo sabéis, ya que, gracias a Dios, se os da a conocer. Pero ahora hay que tolerar la cizaña hasta el fin de la siega, no sea que por arrancar la cizaña se arranque con ella el trigo también. Ya vendrá tiempo en que la Iglesia será escuchada, cuando dice: *Júzgame, ¡Oh Dios!, y discierne mi causa de la gente no santa, cuando venga el Señor en su claridad con sus santos ángeles; se congregarán ante él todas las gentes, y las segregará, como un pastor separa a las ovejas de los cabritos; pondrá a los justos a la derecha y a los cabritos a la izquierda; a aquéllos les dirá: Venid, benditos de mi Padre, recibid el reino; y a éstos dirá: Id al fuego eterno, que fue preparado para el diablo y sus ángeles*¹³⁹⁷.

Sermón 6, 7: Esta es, pues, hermanos, la mortalidad que tomó el Señor, y que ha de tener la Iglesia, su cuerpo, cuya cabeza es un hombre en el cielo. De ese modo, la Iglesia tiene la mortalidad que le fue infligida por la persuasión de la serpiente. Porque debemos la muerte al pecado del primer hombre, pero después llegaremos a la vida eterna por Jesucristo, nuestro Señor. Pero ¿cuándo se llega a la vida y se vuelve al reino? Al fin del siglo. Por eso Moisés tomó la cola, que es el fin, para recobrar la figura original¹³⁹⁸.

Sermón 6, 8: A los antiguos se les predicaron sacramentos futuros; nosotros los vemos ya presentes e la Iglesia¹³⁹⁹.

Sermón 8, 5: Los que afirman que todas esas cosas fueron en Cristo falsas y simuladas, son ranas que claman en un charco cenagoso. Pueden producir el estrépito de la voz, no pueden insinuar una doctrina de sabiduría. Los que hablan en la Iglesia

¹³⁹⁷ Erit autem diremptio et discretio postea. Quod optat in psalmo **Ecclesia**, dicens: *Iudica me Deus et discerne causam meam de gente non sancta*. Ita sane, quia dicit Evangelium: *Si scandalizaverit te pes tuus, abscide eum et proice abs te. Expedi enim tibi unum pedem habentem intrare in regnum Dei, quam cum duobus pedibus ire in ignem aeternum*. Isti ergo mali praescidi habent in fine. Modo clauda est **Ecclesia**. Unum pedem fortiter ponit, alterum invalidum habet. Paganos attendite, fratres. Inveniunt aliquando christianos bonos, servientes Deo, et ammirantur et adducuntur et credunt. Aliquando attendunt male viventes, et dicunt: "Ecce christiani". Sed isti male viventes ad latitudinem pertinent femoris Iacob tacti, qui aruerunt. Tactus autem Domini manus est Domini corripiens et vivificans. Ideo ex parte benedicuntur, et ex parte arescunt. Et istos male viventes in **Ecclesia** Dominus ostendit, quia inde est quod scriptum est in Evangelio, quia cum crevisset herba apparuerunt zizania; quia cum coeperint homines proficere tunc incipiunt malos sentire. Haec nota sunt vobis, ex dono Dei efficitur ut cognoscantur. Sed modo toleranda sunt zizania usque ad finem messis, ne forte eradicando zizania, eradicetur simul et triticum. Veniet autem tempus ut exaudiatur **Ecclesia** dicens: *Iudica me Deus et discerne causam meam de gente non sancta, cum Dominus venerit in claritate sua cum angelis suis sanctis, et colligentur ante eum omnes gentes, et segregabit eos, sicut pastor segregat oves ab haedis, et ponentur iusti ad dexteram, haedi autem ad sinistram*. Et illis dicetur: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum; illis autem: Ite in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo et angelis eius*.

¹³⁹⁸ Ergo, fratres, ipsa est mortalitas, quae suscepta est a Domino, quam necesse est habere **Ecclesiam** corpus eius, cuius est caput in caelo. Ita **Ecclesia** mortalitatem habet, quod inflictum est per suasionem serpentis. Debemus enim mortem peccato primi hominis, sed postea, ad vitam pervenimus aeternam, per Iesum Christum Dominum nostrum. Sed quando venit ad vitam et redit ad regnum? In fine saeculi. Nam ideo caudam tenuit, ubi finis est, ut ad pristinum revocaret.

¹³⁹⁹ Illis futura praedicta sunt sacramenta; nos praesentia videmus in **Ecclesia**.

unidos a la verdad, hablan de verdad, por la que todo fue creado; hablan verdad, el Verbo que se hizo carne y habitó entre nosotros;...¹⁴⁰⁰

Sermón 8, 16: Si en este mundo somos como el pueblo de Israel en Egipto, me atrevo a deciros (y creo que os hablo movido por el espíritu de Dios): tomad el oro, la plata y los vestidos a los egipcios. Su oro son sus sabios; su plata son sus oradores; sus vestidos son sus variados idiomas. ¿No vemos todo esto en la Iglesia? ¡Cuántos sabios del mundo creen en Cristo! El oro ha sido tomado a los egipcios. San Cipriano, cuyo altar es éste, fue en algún tiempo oro o plata de los egipcios. Y los vestidos con que en cierto modo se revisten los sentidos son las variadas lenguas¹⁴⁰¹.

Sermón 8, 18: Porque oyen siempre el testimonio acerca de la Iglesia católica y no quieren venir a la Iglesia católica¹⁴⁰².

Sermón 9, 3: Pero ¿quién es este adversario? No es el diablo, pues nunca la Escritura te exhortará a que te pongas de acuerdo con él. Es, pues, otro el adversario, a quien el hombre mismo convierte en adversario; si fuese adversario, por sí mismo no iría contigo de camino. Va, pues de camino contigo para ponerse de acuerdo contigo. Sabe que, si no te pones de acuerdo con él habrá de entregarte al juez, el juez al ministro y el ministro a la cárcel. Estas fórmulas son evangélicas, las recuerdan con nosotros ya las que las leyeron, ya los que las oyeron. ¿Quién es, pues, este adversario? La palabra de Dios. (...) Quiero decir que, como cristiano, no abandonas la Iglesia, pero consultas a los matemáticos, arúspices, augures y maléficos. Como alma adúltera, no dejas la casa de tu marido, y quedándote en su compañía fornicas. (...) Y tú quieres matar a tu enemigo; quizá no lo haces porque temes al juez humano y no porque pienses en Dios. (...) Como Cristo es la cabeza de la Iglesia y se le ordena a ésta que siga a su cabeza y marche por las huellas de su cabeza, así cada casa ha de tener por cabeza al varón y por carne a la mujer¹⁴⁰³.

Sermón 9, 4: Cada día hay conflictos, aunque ya las mismas esposas no se atreven a quejarse de sus maridos. Así, en lugar de la ley se observa ya una costumbre

¹⁴⁰⁰ Qui autem illa omnia in Christo falsa esse et simulata dicunt, ranae sunt clamantes in palude limosa. Strepitum vocis habere possunt, doctrinam sapientiae insinuare non possunt. Denique in **Ecclesia** loquuntur haerentes veritati veritatem per quam facta sunt omnia: veritatem, Verbum carnem factum et habitare in nobis: veritatem,...

¹⁴⁰¹ Si sumus tamquam populus Israel in Aegypto in hoc mundo, certe audeo vobis dicere - puto enim quia Spiritu Dei loquor ad vos - tollite aurum, argentum, vestem Aegyptiis. Aurum ipsorum, sapientes ipsorum; argentum ipsorum, eloquentes ipsorum; vestes ipsorum, varietates linguarum ipsorum. Nonne haec omnia videmus in **Ecclesia**? nonne cotidie hoc facit **Ecclesia**? Quanti sapientes in saeculo credunt Christo! Ablatum est aurum Aegyptiis. Sanctus cuius mensa est ista Cyprianus fuit aliquando vel aurum vel argentum Aegyptiorum. Vestes autem, quibus quodam modo sensus induuntur, linguae sunt variae.

¹⁴⁰² Testimonium quippe de **Ecclesia** catholica semper audiunt, et ad **Ecclesiam** catholicam venire nolunt.

¹⁴⁰³ Quis est autem iste adversarius? Adversarius iste non est diabolus, nam numquam te hortaretur Scriptura ut cum diabolo concordares. Est ergo alius adversarius quem sibi homo facit adversarium. Nam ille, si adversarius esset, tecum in via non esset. Ad hoc est tecum in via, ut concordet tecum. Scit enim quia nisi in via concordaveris, iam tradet te iudici, iudex autem ministro, minister in carcerem. Eloquia ista evangelica sunt, recordantur nobiscum vel qui legerunt vel qui audierunt. Ergo quis est adversarius? Sermo Dei. (...) Id est, tamquam christianus non dimittis **Ecclesiam** consulis mathematicos aut aruspices aut augures aut maleficos. Quasi de viri domo non recedis adultera anima, et manens in eius coniugio fornicaris. (...) Tu autem occidere vis inimicum tuum; et ideo forte non facis, quia times iudicem hominem, non quia cogitas Deum. (...) Quomodo caput **Ecclesiae** Christus est, et hoc iubetur **Ecclesiae** ut sequatur caput suum et ut per vestigia ambulet capitis sui, sic uniuscuiusque domus habet caput virum et tamquam carnem feminam. Quo caput ducit, illuc debet corpus sequi.

que lo invade todo, de modo que las mismas mujeres tienen ya la persuasión de que eso es lícito para los varones, no para las mujeres. Oyen que algunas han sido llevadas a los tribunales porque las sorprendieron con sus criados, pero nunca han oído que un varón haya sido llevado a los tribunales por haber sido sorprendido con su criada, aunque el pecado es el mismo. Siendo el pecado igual, hace que parezca más inocente el varón; no ante la divina verdad, sino ante la humana perversidad. Quizá alguno haya tenido que aguantar a su mujer un poco exigente, que hablaba con mayor libertad; había creído que eso era lícito para el varón, pero ha oído en la iglesia que no es lícito; quizá ese tal, al oír a su mujer quejándose con mayor libertad y reprochándole: “No es lícito lo que haces, Juntos lo hemos oído, Somos cristianos. Lo que exiges de mí, mantenlo para mí. Si te debo fidelidad, tú también me la debes, y ambos se la debemos a Cristo. Y si me engañas, ¿no engañas a aquél de cual somos, no engañas a aquél que nos redimió?” Cuando ese tal oye estas o parecidas cosas, como no quiere curarse, se vuelve contra mí. Se encoleriza y maldice. Y quizá hasta diga: “¿Por qué miseria ha venido este predicador o ha acudido precisamente hoy aquí mi mujer?”¹⁴⁰⁴

Sermón 9, 11: Porque, si en su obra mala es cabeza, el cuerpo seguirá a su cabeza y ambos irán al precipicio. Para no seguir a su mala cabeza, aténgase a la cabeza de la Iglesia, que es Cristo. Debiéndole a él la castidad, ofrendándole su honor, ya esté el marido presente o ausente, ella no pecará, pues nunca estará ausente aquel a quien se debe para no pecar¹⁴⁰⁵.

Sermón 10, 2: A primera vista se nos ocurre ya pensar que estas dos mujeres son la Sinagoga y la Iglesia. Porque vemos que la Sinagoga mató a Cristo, su hijo, nacido de los judíos según la carne, durmiendo, es decir, siguiendo la luz de la vida presente, sin entender la manifestación de la verdad en las palabras del Señor (...) En cuanto a la Iglesia, venida de la fornicación de los gentiles, es manifiesto que no mató a Cristo. (...) Les decían que no podrían salvarse si no se circuncidaban. Querían persuadirlos cuando ignoraban la ley, como colocándoles el hijo muerto en las tinieblas de la noche. Tal persuasión sólo pudo valerles cuando el sueño de la estulticia dominó a la Iglesia de los gentiles parcialmente (...) No es maravilla que el muerto pertenezca a la Jerusalén de abajo, por razón de las obras muertas, y que el vivo pertenezca a la de arriba por razón de las espirituales. Porque los infiernos, a los que pertenecen los muertos, están abajo, mientras que las alturas, a las que pertenecen los vivos, están arriba. Por esa iluminación, como por una amanecida, entiende la Iglesia las gracias espirituales, desechando la obra carnal de la ley como un muerto ajeno y apropiándose

¹⁴⁰⁴ Querelae quotidianae sunt, quamquam ipsae feminae iam nec audent conqueri de viris suis. Ita invadens omnia consuetudo pro lege observatur, ut iam et mulieribus forte persuasum sit, licere hoc viris, non licere mulieribus. Solent enim audire adductas mulieres esse ad forum, quae forte cum servis inventae sunt. Adductum virum ad forum, quia inventus est cum ancilla sua, numquam audierunt, cum sit per peccatum. In peccato pari innocentior facit videri virum non divina veritas sed humana perversitas. Et si forte hodie acriorem quisquam passus fuerit uxorem suam et liberius murmurantem, cui iam videbatur quia licebat viro, et audivit in **Ecclesia** quia non licet viro, si ergo passus fuerit uxorem suam liberius iam ut diximus, murmurantem et dicentem sibi: "Non licet quod facis. Simul audivimus. Christiani sumus. Quod a me exigit redde mihi. Fidem tibi debeo, fidem mihi debes, fidem Christo ambo debemus. Et si me fallis, non fallis eum cuius sumus, non fallis cum qui nos emit". Haec atque huiusmodi audiens ille quae non solet, dum non vult in se fieri sanus, in me fit insanus. Irascitur, maledicit. Fortassis etiam dicat: "Quomodo factum est ut huc ille veniret, aut uxore mea ipso die in **ecclesiam** procederet?"

¹⁴⁰⁵ Nam si et in eo quod male facit caput est, seculorum est corpus caput suum, eunt ambo per praecipit. Ut autem non sequatur malum caput suum, teneat se ad caput **Ecclesiae** Christum. Huic debens castitatem suam huic deferens honorem suum, absens sit vir, praesens sit vir, non peccat illa; quia numquam est absens cui debet ut non peccet.

de la fe viva, pues *el justo vive de la fe* conseguida en el nombre del Padre, y del Hijo y del Espíritu Santo; por eso está seguro de reconocer a su hijo de tres días y no permiten que se lo arrebaten¹⁴⁰⁶.

Sermón 10, 4: El juicio real entablado entre ambas mujeres nos invita a luchar por la verdad, a rechazar la hipocresía, como madre falsa del don espiritual de la Iglesia, esto es, del hijo vivo y ajeno, sin permitirle dominar en la gracia concedida a otros, pues no pudo guardar la suya propia¹⁴⁰⁷.

Sermón 10, 5: Veo que estas dos mujeres en una misma casa significan también dos linajes de hombres en una Iglesia; uno, el de aquellos a quienes domina la simulación; otro, el de aquellos en quienes reina la auténtica caridad¹⁴⁰⁸.

Sermón 10, 6: Los que fueron primicia de la Iglesia eran buenos y amaban sin simulación. Más tarde comenzó a operar en la Iglesia la simulación y, por ende, la dilección parió primero¹⁴⁰⁹.

Sermón 10, 7: Esto corresponde a los dos tiempos de la Iglesia que el Señor Jesucristo, juez pacífico, gobierna: el primero es el actual; el segundo es el futuro; en éste somos probados; en el otro, coronados¹⁴¹⁰.

Sermón 10, 8: En la Iglesia de Cristo no hay mejor prueba de la caridad que cuando es desdeñado ese mismo honor que parece darse entre los hombres, para que los miembros del niño no sean divididos, para que la debilidad cristiana no sea desmembrada y rota la unidad. (...) Aun después de muerto el niño, que significa la vida renaciente, y establecida en malas costumbres, la simulación retiene en la memoria, como en sus pechos, las palabras de la fe y doctrina cristiana, que se da a todos los que vienen a la Iglesia. Con esa leche podía también la falsa madre dar al niño, al mamar, el jugo de la fe verdadera. Por eso la auténtica madre vive tranquila cuando los simuladores en la Iglesia alimentan a su hijo con la leche de la fe católica de las divinas Escrituras, pues al prohibirse la división queda a salvo la unidad. La caridad, que, por la

¹⁴⁰⁶ Et duae quidem feminae Synagoga et **Ecclesia** in prima facie considerationis occurrunt. Synagoga enim Christum filium suum ex Iudaeis secundum carnem natum occidisse convincitur dormiens, id est praesentis vitae sequendo lucem, manifestationemque veritatis in verbis Domini non intellegens; (...) Et de gentili quidem fornicatione veniens **Ecclesia** manifestum est quod non occiderit Christum. (...) dicentes non eos esse posse salvos nisi fierent circumcisi? Persuadebant autem hoc ignorantibus legem, tamquam in tenebris noctis filium mortuum supponentes. Nec tamen potuit aliquid valere illa persuasio, nisi cum **Ecclesiae** gentium ex aliqua parte stultitiae somnus obrepset. (...) Non ergo mirum, si propter mortua opera, ad eam quae deorsum est, mortuus; et propter spiritalia, vivus pertinet ad eam quae sursum est Ierusalem. Quia et inferi deorsum sunt quo pertinent mortui; superi autem sursum, quo pertinent vivi. Hac illuminatione, tamquam mane facta, intellegit **Ecclesia** gratiam spiritalem, repellens a se carnale opus legis, tamquam mortuum alienum; et sibi vindicans vivam fidem, quoniam *iustus ex fide vivit*, quam in Patris et Filii et Spiritus Sancti nomine consecuta est, et ideo tamquam triduanum filium certa cognoscit, nec cum sibi eripi patitur.

¹⁴⁰⁷ Illud autem inter ambas regale iudicium nihil aliud nos admonet, nisi ut pro veritate certemus, et expellamus hypocrisim tamquam falsam matrem a spiritali **Ecclesiae** dono tamquam ab alieno vivo filio, nec patiamur eam dominari concessae aliis gratiae quae suam custodire non potuit.

¹⁴⁰⁸ Item video significare istas duas mulieres in una domo, duo genera hominum in una **Ecclesia**: unum eorum in quibus dominatur simulatio, alterum in quibus vera caritas regnat.

¹⁴⁰⁹ A quibus coepit **Ecclesia**, boni erant et sine simulatione diligebant. Postea ergo simulatio coepit operari in **Ecclesia**, et ideo dilectio prior peperit.

¹⁴¹⁰ Quod pertinet ad duo tempora **Ecclesiae** quae Dominus Christus iudex pacificus moderatur; unum quod nunc est, alterum quod futurum est. In isto probamur, in illo coronamur.

salud del niño y la consolidación de la unidad, cedió el propio honor a la simulación, para retener el amor y el conjunto de la gracia vital y gozar el premio eterno debido a la piadosa madre, quedará confirmada en la sentencia última del juez, que simboliza el juicio último de Cristo¹⁴¹¹.

Sermón 11, 1: El Señor nuestro Dios, que no quiere que perezca ninguno de los nuestros, que cultiva a su Iglesia como campo propio, que busca el fruto de sus árboles antes de que llegue el tiempo de proceder a la siega y talar los árboles estériles, nos pide continuamente que hagamos obras buenas mientras tenemos tiempo, contando siempre con su propia ayuda¹⁴¹².

Sermón 11, 2: Sin embargo, aquella viuda no tenía nada. Lo que le quedaba debía terminarse y ella habría de morir con sus hijos. Para preparar el pan comenzó a recoger unos leños, y entonces la vio Elías. El hombre de Dios la contemplaba cuando ella buscaba los palos. Aquella mujer era una imagen de la Iglesia. Dado que dos leños forman una cruz, buscaba para morir el signo de donde había de venir la vida. Incluido el misterio, Elías dice lo que ella oyó¹⁴¹³.

Sermón 15, 1: Pues quien ama la hermosura de la casa de Dios no hay duda de que ama a la Iglesia, no por la suntuosidad de las paredes y de las bóvedas, ni por el esplendor de los mármoles y de los artesonados de oro, sino en virtud de los hombres creyentes y santos que aman a Dios con todo su corazón, con toda su alma y con toda su mente; y al prójimo como a sí mismos¹⁴¹⁴.

Sermón 15, 9: Cuando él hace daño claramente, tú oras ocultamente. En este lagar –La Iglesia ha sido comparada a un lagar–, piensa si aquel que te ofendió claramente no es alpechín que corre al descubierto. El alpechín corre al descubierto; el aceite, por el contrario, se encamina por canales ocultos hacia las tinajas. Y discurriendo ocultamente, aparece con grandeza. Cuántos cristianos, ¡oh hermanos míos!, en medio de estas luchas, en medio de esta malicia humana, en medio de este colmo de males, se

¹⁴¹¹ Sed nulla maior est in Christi **Ecclesia** probatio caritatis, quam cum etiam honor ipse qui apud homines videtur esse contemnitur, ne membra parvuli dividantur et unitatis discidio christiana dilanietur infirmitas. (...) Quia etiam necato parvulo, qui renascentem vitam significat, iam in malis moribus simulatio constituta retinet tamen in memoria, tamquam in uberibus, verba fidei doctrinamque christianam quae omnibus ad **Ecclesiam** venientibus traditur. Ex isto lacte poterat etiam falsa mater verae tamen fidei succum sugenti parvulo infundere. Inde secura est vera mater, cum etiam a simulatoribus in **Ecclesia** parvulus eius divinarum Scripturarum catholicae fidei lacte nutritur, cum prohibita divisione unitas salva est, et sententia iudicis ultima, qua ultimum Christi iudicium figuratur, probata caritas, quae propter salutem parvuli et unitatis firmamentum etiam simulationi honorem cessit, ut amorem tenens complexumque vitalis gratiae, sempiterno pia matris praemio perfruatur.

¹⁴¹² Dominus Deus noster, nolens aliquem nostrum perire, excolens **Ecclesiam** suam velut agrum suum, quaerens fructum de arboribus suis antequam tempus securis adveniat, cui necesse erit infructuosas arbores amputare non cessat admonere nos ut cum tempus est et cum Dei adiutorio in nostra potestate consistit bona opera faciamus.

¹⁴¹³ . Et tamen illa vidua nihil habebat. Quod illi reliquum erat, finitum fuerat et cum suis filiis moritura erat. Processit ergo, ut faceret sibi panem, colligere duo ligna, et tunc eam vidit Elias. Tunc eam homo Dei videbat, quando illa duo ligna quaerebat. Mulier illa typum gerebat **Ecclesiae**. Et quia duo ligna crucem faciunt, quaerebat moritura unde semper esset victura. Adumbrato ergo mysterio, Elias loquitur ad eam quod audivit.

¹⁴¹⁴ Qui enim diligit decorem domus Dei, non est dubium quia **Ecclesiam** diligit, non in fabrefactis parietibus et tectis, non in nitore marmorum et laqueariis aureis, sed in hominibus fidelibus, sanctis, Deum diligentibus ex toto corde suo et ex tota anima sua et ex tota mente sua, et proximum suum tamquam se ipsum.

apartaron de él y se convirtieron a Dios; dijeron adiós al mundo y comenzaron a repartir sus bienes ajenos! Pero aparecen públicamente todavía muchos ladrones, despojadores, usurpadores: es el alpechín que corre por las plazas. Los otros, sin embargo, uno aquí, otro allí, unidos en el corazón, avergonzándose de permanecer haciendo el mal, pensando en las amonestaciones de Dios, despreciando la esperanza del siglo y confiando en la esperanza celestial, cambian sus amores y costumbres; son ya aceite de santidad de la almazara, vasos de honor en la gran casa, oro en el horno y grano en el granero. Ahí está la hermosura de la casa de Dios¹⁴¹⁵.

Sermón 15 A, 6: Porque, si al diablo se le permitiera todo lo que anhela, ¿cuántos cristianos quedarían? ¿Qué adorador de Dios quedaría en la tierra? ¿No veis reducidos a escombros sus templos, rotas sus falsas imágenes y convertidos sus sacerdotes? ¿No pensáis que el diablo es atormentado y se duele por esto? Si el diablo tuviera poder, ¿Qué Iglesia quedaría en la tierra? Aunque el santo Job perdió todos sus bienes mediante las insidias del diablo, al diablo no se le concedió poder alguno¹⁴¹⁶.

Sermón 16 A, 9: Había dicho: *Guardaré mis caminos. Pondré un candado en mi boca. Fui humillado, y en reflexión se inflamó el fuego;* y de repente, sin saber por qué, aparece aquí algo llamativo, ya que después de tantos combates y de tantos trabajos dice: *Hablé con mi lengua.* La lengua del alma es el movimiento de su misma voluntad. Así como el habla es un movimiento del cuerpo, la voluntad es un movimiento del alma. Ahí está la primera palabra; desde ahí se habla a Dios. La lengua corporal ejerce su misión externamente con los hombres; la otra lengua, que está en el movimiento de la voluntad ejerce su función en el interior, permaneciendo en su santuario. Esta es la verdadera lengua. Por eso dijo el Señor: *Aquellos que le adoran, deben adorar en espíritu y en verdad.* Esta es la verdadera lengua. *Dije con mi lengua: Hazme, Señor, conocer mi fin y cuál es el número de mis días, para saber lo que me resta.* Si vuestra santidad ha estado atenta, ante todo comprenderá la sentencia, y de este modo nos será concedido por el Señor, cuya misericordia nunca falla, el examinarla y discutirla, ya que es excesivamente difícil. *Hablé con mi lengua: Hazme, Señor, conocer mi fin y cuál es el número de mis días, para saber lo que me resta.* Daos cuenta de lo que pide: *Hazme, Señor, conocer mi fin.* Hermanos míos: El fin es aquello a lo que tendemos y en donde hemos de permanecer por siempre. Al salir de nuestra casa, nuestro fin fue llegar hasta la iglesia. Luego nuestro caminar ha terminado aquí. Una vez aquí, cada uno de nosotros tiene el fin de volver a su casa; y termina cuando llega allí. Ahora bien, los que nos hallamos en esta peregrinación tenemos un fin al cual tender. ¿Hacia dónde tendemos? A nuestra patria. ¿Cuál es nuestra patria? Jerusalén, la madre de los justos, la

¹⁴¹⁵ Cum ergo ille palam nocet, tu occulte oras. In isto torculari - quia et torculari **Ecclesia** comparata est - vide si non ille, qui palam nocet, amurca currens est per publicum. Amurca per publicum currit, oleum autem ad sedem suam occultos transitus habet. Et cum occulte transeat, in magnitudine apparet. Quam multi enim, Fratres mei, quam multi in ista conflictatione rerum, in huius mundi malitia, in ista malorum abundantia subtraxerunt se, et conversi sunt ad Deum, et vale fecerunt mundo, et coeperunt pauperibus subito donare res suas, qui paulo ante, rapiebant alienas. Sed multi raptores, invasores, spoliatores publice apparent: amurca illa est per plateas currens. Illi autem, unus hinc, unus inde, corde coniuncto, malus faciens mala permanere erubescens, Dei monita cogitans, spem saeculi irridens, spem caelestem exspectans, mutans amores et mores, oleum in torculari sanctitatis est, vas in honorem est in domo magna, aurum est in fornace, granum est in horreo. Ibi est decor domus Dei.

¹⁴¹⁶ Diabolus nocere tantum voluit; nisi permissus non potuit. Apud illum ergo potestas est. Ceterum, si tantum liceret diabolo quantum vult, quis christianorum remaneret? Quis Dei cultor in terra relinqueretur? Non videtis templa eius cadere, simulacra confringi, sacerdotes eius ad Deum converti? Non putatis hinc dolere et torqueri diabolus? Si ergo pro dolore suo et potestas ei esset, quae **Ecclesia** in terra remaneret? Proinde cum Iob sanctus per diaboli insidias omnia perdidisset, non ei dat aliquam potestatem.

madre de los vivos. Nos encaminamos hacia allí; ése es nuestro fin. Y como ignorábamos el camino, el mismo ciudadano de esa ciudad se hizo camino. No sabíamos por dónde ir. Ignoro qué clase de recodos espinosos y pedregosos había en el camino. Descendió hasta aquí mismo el que allí era magistrado; descendió en busca de los ciudadanos de aquella ciudad. Nos habíamos extraviado, y siendo ciudadanos de Jerusalén nos hicimos ciudadanos de Babilonia, nos hicimos hijos de la confusión. Descendió aquí a buscar a sus ciudadanos y se hizo ciudadano nuestro. No conocíamos aquella ciudad, aquel país; y dado que no podíamos llegar allá, descendió él a sus ciudadanos y se hizo ciudadano, no compartiendo nuestro error, sino tomando nuestra ciudadanía. Bajó hasta aquí. ¿Cómo bajó hasta aquí? En forma de siervo. El mismo Dios hecho hombre deambuló entre nosotros. Si únicamente hubiera sido hombre, no nos hubiera conducido hasta Dios. Si solamente hubiera sido Dios, no se hubiera unido con los hombres. Tomó nuestra propia condición, manteniendo a la vez la divinidad con el Padre; tomó nuestra temporalidad, teniendo la eternidad con el Padre; aquí fue igual a nosotros, teniendo la eternidad con el padre; aquí fue igual a nosotros, allí fue igual al Padre. Bajó aquí nuestro ciudadano y dijo: “¿Qué hacéis aquí, ciudadanos de Jerusalén? La imagen y la semejanza de Dios solamente ha sido creada en Jerusalén. Las estatuas de Dios no se colocan en esta vida. Esforcémonos, volvamos. ¿Por dónde volveremos? He aquí que yo mismo me tiendo debajo de vosotros, me hago camino para vosotros y seré vuestro fin. Imitadme”. *Hazme, Señor, conocer mi fin*. Creemos en aquel que es nuestro fin¹⁴¹⁷.

¹⁴¹⁷ *Iam iste percurrerat dixi, custodiam vias meas. Ponam ori meo custodiam. Humiliatus sum et in meditatione mea exardescit ignis. Nescio quid subito educit hic aliud maius, et post tot certamina magnosque labores audite quid dicat: Locutus sum in lingua mea. Est enim lingua animae motus ipsius voluntatis. Quemadmodum enim lingua motus est in corpore, sic voluntas motus est in anima. Ibi est prima lingua; inde est, inde loquitur Deo. Haec enim lingua ministerium exhibet extra positus hominibus: illa autem lingua, quae est in motu voluntatis, ministerium exhibet manenti intus in templo suo. Ipsa est vera lingua. Unde dixit Dominus, eos qui adorant eum, in spiritu et veritate adorare debere. Ipsa est vera lingua. Dixi in lingua mea: Notum mihi fac, Domine, finem meum, et numerum dierum meorum qui est, ut sciam quid desit mihi. Si attendat Sanctitas vestra, intellegat primo sententiam et sic Dominus misericordia sua qua semper consuevit dabit nobis orationibus vestris, ut possimus hanc discutere quia satis est ardua. Locutus sum in lingua mea: notum mihi fac, Domine, finem meum, et numerum dierum meorum qui sit, ut sciam quid desit mihi. Videte quid oret: Notum mihi fac, Domine, finem meum. Finis est, Fratres, ubi tendimus, ubi permansuri sumus. Quod exivimus de domibus nostris, finis nobis fuit ad **ecclesiam** veniendi. Ergo iter nostrum hic finitum est. Hinc iterum unusquisque ad domum suam finem habet redeundi. Ibi finit, ubi tendebat. Modo ergo in hac peregrinatione constituti, finem habemus ubi tendimus. Ubi ergo tendimus? Ad patriam nostram. Quae est patria nostra? Ierusalem, mater piorum, mater vivorum. Illic tendimus. Finis noster ipse est. Et quia viam nesciebamus, ipse **civis civitatis** ipsius fecit se viam. Nesciebamus qua ire. Amfractus nescio qui, spinosi, lapidosi, omnino graves, erant in via. Descendit huc ipse primus, qui est ibi principalis; descendit quaerens **cives civitatis** illius. Aberravimus enim, et cum simus Ierusalem **cives**, facti sumus **cives** Babyloniae, facti sumus filii confusionis: Babylonia enim confusio est. Descendit huc quaerens **cives** suos, et factus est **civis** noster. Non noveramus **civitatem** istam provinciam istam non noveramus. Sed quia nos ad illam non venimus descendit huc ad **cives** suos, et factus est ipse **civis**, non consentiendo, sed suscipiendo. Descendit huc. Quomodo descendit? In forma servi. Ambulavit hic inter nos Deus homo. Si enim tantummodo homo fuisset, ad Deum non perduxisset. Si tantummodo Deus fuisset, hominibus coniunctus non fuisset. Suscepit nobiscum conditionis aequalitatem, habens cum Patre divinitatem. Suscepit nobiscum temporalitatem, habens cum Patre aeternitatem. Hic nobiscum aequalis, ibi Patri aequalis. Descendit huc **civis** noster, et ait: "Quid hic facitis, **cives** Ierusalem? Imago et similitudo Dei non est creata nisi in Ierusalem. Statuae Dei in hac vita non ponuntur. Laboremus, redeamus. Qua redimus? Ecce substerno me vobis, fio vobis via, ero vobis finis. Imitamini me". Notum mihi fac Domine finem meum. Ipsum credimus, qui est finis noster.*

¹⁴⁷⁰ Non itaque propterea non fuit pater Ioseph, quia cum matre Domini non concubuit; quasi uxorem libido faciat, et non caritas coniugalis. Intendat Sanctitas vestra. Dicturus erat post aliquantum temporis, Apostolus Christi in **Ecclesia**: *Reliquum est ut qui habent uxores, tamquam non habentes sint*. Et multos novimus fratres nostros fructificantes in gratia, in nomine Christi ex consensu ab invicem continere concupiscentiam carnis, non autem continere ab invicem caritatem coniugalem. Quanto illa reprimitur, tanto ista fortius confirmatur. Nonne sunt coniuges qui sic vivunt, non quaerentes ab invicem fructum carnis, non exigentes ab invicem debitum concupiscentiae corporalis? Et tamen illa subiecta est viro, quia sic decet; et tanto subiectior, quanto castior: et ille uxorem diligit vere, ut scriptum est: *In honore et sanctificatione*, tamquam cohaeredem gratiae, *sicut Christus*, inquit, *dilexit Ecclesiam*. Ergo si copula est, si coniugium est, si non ideo non est coniugium, quia non fit illud quod etiam in non coniuge fieri potest, sed illicite potest: utinam possent omnes; sed multi non possunt. Non ergo ideo disiungant eos qui possunt, et propterea negent esse vel illum maritum, vel illam uxorem, quia non sibi carnaliter miscentur, sed cordibus connectuntur.

¹⁴⁷¹ In illo ergo populo quia oportebat fieri abundantem propagationem usque ad Christum, per numerositatem **plebis** in qua praefigurarentur omnia quae praefiguranda erant **Ecclesiae** documenta, habebant officium ducendarum uxorum per quas **populus** cresceret, in quo populo praesignaretur **Ecclesia**. At ubi natus est ipse **Rex** omnium **gentium**, coepit dignitas virginalis a Matre Domini, quae et filium habere meruit, et corrumpi non meruit.

¹⁴⁷² Nec vobis videatur ius adoptionis a Scripturis nostris alienum, et quasi in consuetudine humanarum legum animadversum, illi auctoritati divinatorum Librorum non posse congruere. Antiqua enim res est, et in ipsis eloquiis **ecclesiasticis** usitata, ut non sola origo seminis generet filium, sed et gratia voluntatis.

¹⁴⁷³ Quadraginta dies post resurrectionem Dominus cum discipulis conversatus est, persuadens eis resuscitati corporis veritatem: ubi significavit in hac vita, qua peregrinamur a Domino, quod numerus quadragenarius, - sicut dictum est -, mystice insinuat necessariam nobis memoriam Dominici Corporis, quam in **Ecclesia** facimus, donec veniat.

realidades. La Iglesia los separó de la comunión de los santos para que no engañasen a nadie y, separados, discutiesen entre sí¹⁴⁷⁴.

Sermón 56, 3: Cuando el apóstol Pablo perseguía a los cristianos, arrestándolos dondequiera que los hallase, presentándolos a los sacerdotes para que los oyeran en tribunal y los castigaran, ¿qué pensáis que hacía la Iglesia? ¿Oraba por él o contra él? La Iglesia, que había aprendido la lección de su Señor, quien pendiente de la cruz dijo: *Padre, perdónales porque no saben lo que hacen*, pedía esto mismo para Pablo, mejor, para Saulo en aquel entonces, a fin de que tuviese lugar en él lo que efectivamente se realizó. El mismo dice: *Yo era desconocido para las Iglesias de Cristo que había en Judea. Solamente oían: “Aquel que en otros tiempos nos perseguía, ahora anuncia la fe que antes arrasaba”, y glorificaban a Dios en mí. ¿Por qué glorificaban a Dios, sino porque antes de hacerse esto realidad lo imploraban del Señor?*¹⁴⁷⁵

Sermón 56, 5: *Vosotros, pues decir: Padre nuestro que estás en los cielos.* De lo que se deduce, como veis, que comenzasteis a tener a Dios por padre. Pero le tendréis cuando hayáis nacido (por el bautismo). Ahora, aunque no habéis nacido, habéis sido ya concebidos de su estirpe, como en la matriz de la Iglesia que os alumbrará en la fuente¹⁴⁷⁶.

Sermón 56, 8: En la Iglesia, el cielo son los espirituales; la tierra, los carnales. *Hágase, pues, tu voluntad así en la tierra como en el cielo;* es decir, como te sirven los espirituales, sírvante así también los carnales una vez convertidos para mejor. *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo.* Hay otra forma de comprensión piadosa en extremo. Se nos ha exhortado a orar por nuestros enemigos. El cielo es la Iglesia; la tierra, sus enemigos. ¿Qué significa *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo?* Crean en ti nuestros enemigos, como creemos nosotros. Conviértanse en amigos, acábense las enemistades. Son tierra, y por eso están en contra nuestra. Háganse cielo, y estarán de nuestra parte¹⁴⁷⁷.

Sermón 56, 10: Nuestro alimento cotidiano en esta tierra es la palabra de Dios que se distribuye siempre a las Iglesias; nuestra recompensa, posterior al trabajo, se llama vida eterna. Por lo demás, si veis significado en este pan lo que reciben los fieles,

¹⁴⁷⁴ Excidit nobis, quosdam male intellegentes vocari Patripassianos, qui dicunt ipsum Patrem natum ex femina, ipsum Patrem passum, ipsum esse Patrem qui est Filius, duo esse nomina, non res duas. Et removit istos **Ecclesia** catholica a communione sanctorum, ne aliquem deciperent, ut separati litigarent.

¹⁴⁷⁵ Quando Paulus apostolus persequabatur Christianos, ligans ubi inveniebat, audiendos ad sacerdotes et puniendos attrahebat; quid putatis, fratres, **Ecclesia** contra illum orabat, an pro illo? utique, **Ecclesia** Dei, quae didicerat a Domino suo, qui pendens in cruce dixit: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*; talia precabatur pro Paulo, immo adhuc pro Saulo, ut hoc in illo fieret quod et factum est. Nam quia dicit: *Eram autem ignotus facie Ecclesiis Iudaeae, quae sunt in Christo; tantum autem audiebant, quia ille qui aliquando nos persequabatur, nunc evangelizat fidem quam aliquando vastabat, et in me magnificabant Deum*: quare magnificabant Deum, nisi quia antequam esset factum, rogabant Deum?

¹⁴⁷⁶ Vos ergo, inquit, dicite: *Pater noster, qui es in caelis*. Ubi vos, videtis, Deum Patrem habere coepistis. Sed habebitis, cum nati fueritis. Quamquam et modo antequam nascamini, illius semine concepti estis, tamquam utero **Ecclesiae** in fonte pariendi.

¹⁴⁷⁷ In **Ecclesia** spirituales caelum sunt, carnales terra sunt. *Fiat ergo voluntas tua in caelo et in terra*: ut quomodo tibi serviunt spirituales, sic tibi mutati in melius serviant et carnales. *Fiat voluntas tua in caelo et in terra*. Est et alius sensus pius valde. Moniti enim sumus orare pro inimicis nostris. **Ecclesia**, caelum est; inimici **Ecclesiae**, terra sunt. Quid est ergo: *Fiat voluntas tua in caelo et in terra?* Credant inimici nostri, quomodo et nos in te credimus: fiant amici, finiant inimicitias. Terra sunt, ideo nobis adversantur; caelum fiant et nobiscum erunt.

lo que vosotros vais a recibir una vez bautizados, justamente rogamos y decimos: *Danos hoy nuestro pan de cada día*, para que vivamos de tal modo que no nos separemos de aquel altar¹⁴⁷⁸.

Sermón 56, 14: Dios es nuestro Padre, la Iglesia es nuestra Madre. Por tanto, nosotros somos hermanos. Pero mi enemigo es pagano, es un judío o un hereje de los que os hablé al exponer: *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo*. ¡Oh Iglesia! Tu enemigo es pagano o judío o hereje: es tierra. Si tú eres cielo, invoca al Padre que está en los cielos y ora por tus enemigos. También Saulo era enemigo de la Iglesia; orando por él se convirtió en amigo. No sólo dejó de ser perseguidor, sino que se esforzó por ser una ayuda. Y si buscas la verdad, se oró contra él; contra su maldad, no contra su naturaleza. Ora también tú contra la maldad de tu enemigo, carecerás ciertamente de tu enemigo, pero no encontrarás a un amigo. Si, en cambio, muriese su maldad, habrás perdido el enemigo y encontrado un amigo¹⁴⁷⁹.

Sermón 56, 15: Aún decís: “¿Quién puede hacerlo? ¿Quién lo ha hecho?” Hágalo Dios en vuestros corazones. También yo sé que son pocos quienes lo hacen, que son grandes quienes lo hacen; que lo hacen los espirituales. ¿Acaso son tales todos los fieles que en la Iglesia se acercan al altar a recibir el cuerpo y la sangre del Señor? ¿Lo son todos? Y, sin embargo, todos dicen: *Perdónanos nuestras deudas así como nosotros perdonamos a nuestros deudores*¹⁴⁸⁰.

Sermón 57, 2: Hemos encontrado otros padres de quienes nacemos para la vida eterna: Dios es el padre; la Madre, la Iglesia. Pensemos, amadísimo, de quién hemos comenzado a ser hijos y vivamos cual conviene a quienes tienen tal Padre. Ved que nuestro Creador se ha dignado ser nuestro Padre¹⁴⁸¹.

Sermón 57, 6: Todos los santos patriarcas, todos los profetas, apóstoles, todas las personas espirituales son para Dios como el cielo; nosotros, en cambio, en comparación con ellos, somos tierra. *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo*: como se cumple en ellos, cúmplase también en nosotros. Otra interpretación de *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo*: la Iglesia es el cielo; sus enemigos, la tierra. Deseamos el bien a nuestros enemigos: que crean también ellos y se hagan

¹⁴⁷⁸ Cibus noster quotidianus in hac terra, sermo Dei est, qui semper erogatur **Ecclesiis**: merces nostra post laborem vita aeterna nominatur. Iterum in isto pane nostro quotidiano si intellegas quod fideles accipiunt, quod accepturi estis baptizati; bene rogamus et dicimus: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*: ut sic vivamus, ne ab illo altari separemur.

¹⁴⁷⁹ Deus pater, **Ecclesia** mater: ergo nos fratres. Sed inimicus meus paganus est, Iudaeus est, haereticus est; et unde iam dudum dixi: *Fiat voluntas tua, sicut in caelo, ita et in terra*. O **Ecclesia**! inimicus tuus est paganus, Iudaeus, haereticus: terra est. Si caelum es, invoca Patrem qui est in caelis, et pro inimicis tuis ora: quia et Saulus inimicus erat **Ecclesiae**; sic oratum est pro illo, factus est amicus. Non solum destitit esse persecutor, sed laboravit ut esset adiutor. Et si verum quaeras, oratum est contra illum: sed contra eius malitiam, non naturam. Ora et tu contra malitiam inimici tui: illa moriatur, et ille vivat. Si enim mortuus fuerit inimicus tuus, quasi inimicum caruisti, sed nec amicum invenisti; si autem mortua fuerit malitia eius, et amicum invenisti.

¹⁴⁸⁰ Adhuc dicite: Quis potest? quis illud facit? Deus illud faciat in cordibus vestris. Et ego scio: pauci illud faciunt, magni sunt qui faciunt, spirituales faciunt. Numquid tales sunt omnes in **Ecclesia** fideles ad altare accedentes, corpus et sanguinem Christi sumentes? numquid tales sunt omnes? Et tamen omnes dicunt: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*.

¹⁴⁸¹ ... invenimus alios parentes, Deum Patrem et matrem **Ecclesiam**, a quibus nascamur ad vitam aeternam. Cogitemus, carissimi, cuius filii esse coepimus: et sic vivamus, quomodo decet eos qui talem habent Patrem. Videte, quia Creator noster dignatus est esse Pater noster.

cristianos. Entonces se cumplirá la voluntad de Dios; como en el cielo, así en la tierra. Otra más: *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo*: el cielo es nuestro espíritu; nuestra carne, la tierra. Deseamos el bien a nuestros enemigos: que crean también ellos y se hagan cristianos. Entonces se cumplirá la voluntad de Dios; como en el cielo, así en la tierra¹⁴⁸².

Sermón 57, 7: Lo que yo os expongo es pan de cada día. Pan de cada día es el escuchar diariamente las lecturas en la Iglesia; pan de cada día es también el oír y cantar himnos. Cosas todas que son necesarias en nuestra peregrinación¹⁴⁸³.

Sermón 58, 4: Cuando el espíritu tiene deseos contrarios a los de la carne, entonces se hace su voluntad en el cielo; cuando la carne no los tiene contrarios al espíritu, entonces se hace su voluntad en la tierra. La plena concordia existirá cuando Dios quiera; luchemos con el mundo para que pueda haber victoria. *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo*, puede entenderse de otra manera todavía: considerando a la Iglesia como el cielo, en cuanto que lleva a Dios, y como la tierra a los infieles, de quienes se dijo: *Tierra eres y a la tierra volverás*. Cuando, pues, oramos por nuestros enemigos, por los enemigos de la Iglesia y del nombre cristiano, esto pedimos: que se haga su voluntad *así en la tierra como en el cielo*, es decir, como en tus fieles, así en quienes te blasfeman, para que todos lleguen a ser cielo¹⁴⁸⁴.

Sermón 58, 12: Una vez bautizados, tenéis que decir diariamente la oración. En la iglesia se dice todos los días ante el altar de Dios y los fieles la escuchan. No tenemos miedo a que no la retengáis bien de memoria, pues si a alguno le resultara difícil, la aprenderá de sólo oírla todos los días¹⁴⁸⁵.

Sermón 58, 13: Por esto el sábado, en la vigilia que hemos de celebrar, si Dios quiere, recitaréis en público no la oración, sino el símbolo. Si no lo aprendéis ahora, luego no lo vais a oír a diario en la iglesia de boca del pueblo¹⁴⁸⁶.

¹⁴⁸² Sancti omnes Patriarchae, omnes Prophetae, omnes Apostoli, spirituales omnes tamquam coelum sunt Deo: nos autem in comparatione ipsorum terra sumus. *Fiat voluntas tua, sicut in coelo, ita et in terra*: sicut in illis, ita et in nobis. Item: *Fiat voluntas tua, sicut in coelo, ita et in terra*. **Ecclesia** Dei coelum est, inimici eius terra sunt. Bene optamus inimicis nostris, ut credant et ipsi, et fiant christiani: et fiat voluntas Dei, sicut in coelo, ita et in terra. Item: *Fiat voluntas tua, sicut in coelo, ita et in terra*. Spiritus noster coelum est, caro terra, quomodo innovatur spiritus noster credendo, sic caro innovetur resurgendo: et fiat voluntas Dei, sicut in coelo, ita et in terra.

¹⁴⁸³ Et quod vobis tracto, panis quotidianus est: et quod in **Ecclesia** lectiones quotidie auditis, panis quotidianus est: et quod hymnos auditis et dicitis, panis quotidianus est. Haec enim sunt necessaria peregrinationi nostrae.

¹⁴⁸⁴ Quando contra carnem concupiscit spiritus, iam facta est voluntas eius in coelo: quando contra spiritum non concupiscit caro, iam facta est voluntas eius in terra. Erit autem plena concordia, quando ipse voluerit: sit mundo pugna, ut possit esse victoria. Etiam sic bene intellegi potest: *Fiat voluntas tua, sicut in coelo, ita et in terra*: ut coelum ponamus **Ecclesiam**, quia portat Deum; terram autem infideles, quibus dictum est: *Terra es, et in terram ibis*. Quando ergo oramus pro inimicis nostris, inimicis **Ecclesiae**, inimicis nomini Christiano, hoc oramus, ut fiat voluntas eius, *sicut in coelo, ita et in terra*, id est, sicut in tuis fidelibus, sic et in tuis blasphematoribus; ut omnes coelum fiant.

¹⁴⁸⁵ Oratio quotidie dicenda est vobis, cum baptizati fueritis. In **ecclesia** enim ad altare Dei quotidie dicitur ista Dominica oratio, et audiunt illam fideles. Non ergo timemus, ne minus diligenter eam teneatis: quia et si quis vestrum non poterit tenere perfecte, audiendo quotidie tenebit.

¹⁴⁸⁶ Ideo die sabbati, quando vigilaturi sumus in Dei misericordia, reddituri estis, non Orationem, sed Symbolum. Modo enim nisi teneatis Symbolum, in **ecclesia**, in populo Symbolum quotidie non auditis.

Sermón 60 A, 1: Dado que sois hijos de la Iglesia y estáis radicados y fundamentados en la fe católica, sabe vuestra caridad que los misterios divinos no se hallan ocultos porque se mire con recelo a quienes tratan de conocerlos, sino para que descubran sólo a quienes los investigan. Con esta finalidad se leen públicamente los misterios de las Escrituras Santas: para que exciten el ánimo a la investigación¹⁴⁸⁷.

Sermón 60 A, 2: Aún no había llegado el tiempo de los gentiles y ya había una mujer entre ellos, aquella cananea, prefigurando la Iglesia de la gentilidad¹⁴⁸⁸. (Lo mismo en el sermón 77, 11)

Sermón 61, 13: Dad, pues, a los pobres. Os ruego, os lo aconsejo, os lo mando, os lo prescribo. Dad a los pobres lo que queráis. No ocultaré a vuestra caridad por qué me fue necesario predicaros este sermón. Desde el mismo momento en que salgo para venir a la iglesia y al regresar, los pobres vienen a mi encuentro y me recomiendan que os lo diga para que reciban algo de vosotros. Ellos me amonestaron a que os hablara. Y cuando ven que nada reciben, piensan que es inútil mi trabajo con vosotros. También de mí esperan algo. Les doy cuanto tengo; les doy en la medida de mis posibilidades. ¿Acaso soy yo capaz de satisfacer todas sus necesidades?¹⁴⁸⁹

Sermón 62, 4: El Señor –esto es necesario que lo entienda perfectamente vuestra caridad-, aunque formaba parte del pueblo judío, anunciaba ya la Iglesia futura en todo el orbe de la tierra, a la que había de enviar a sus apóstoles¹⁴⁹⁰.

Sermón 62, 5: Esta como ausencia corporal y presencia de su poder en todos los pueblos, la significó también en aquella mujer que había tocado la orla de su vestido, cuando le dijo preguntando: *¿Quién me ha tocado?* Pregunta como si estuviese ausente; en cuanto presente, sana. *La muchedumbre te oprime*, le dicen los discípulos, *y tú preguntas: ¿Quién me ha tocado?* Como si caminase en modo tal que no pudiese ser tocado por ninguno, dijo: *¿Quién me ha tocado?* Y ellos: *La muchedumbre te oprime*. Es como si dijera el Señor: “Busco al que toca, no al que oprime”. Así es en el tiempo presente su cuerpo, es decir, la Iglesia. La toca la fe de unos pocos y la oprime la turba de muchos. Como hijos suyos habéis oído ya que la Iglesia es el Cuerpo de Cristo y, si queréis, lo sois vosotros mismos. El Apóstol lo dice en muchos lugares: *Por su Cuerpo, que es la Iglesia*. También: *Vosotros sois el cuerpo de Cristo y sus miembros*. Si, pues, somos su cuerpo, lo que entonces sufría su cuerpo por obra de la muchedumbre, esto mismo padece su Iglesia. Es oprimida por la muchedumbre y es tocada por pocos. La carne la oprime, la fe la toca. Levantad, pues, los ojos, os suplico, vosotros que tenéis

¹⁴⁸⁷ Novit Caritas vestra, quandoquidem filii estis **Ecclesiae** Christi, in catholica fide radicati atque fundati, mysteria Dei non ad hoc celari, quia invidentur discentibus, sed ut non aperiantur nisi quaerentibus. Ad hoc autem de Scripturis sanctis clausa recitantur, ut ad quaerendum erigant animum.

¹⁴⁸⁸ Nondum ergo **gentes** venerant, et una iam erat ex gentibus illa Chananaea praefigurans **Ecclesiam gentium**.

¹⁴⁸⁹ Date ergo pauperibus: rogo, moneo, praecipio, iubeo. Quidquid vultis date pauperibus. Non enim occultabo Caritati vestrae, quare hunc sermonem necesse habui vobis promere. Ex quo hic sumus euntes ad **ecclesiam**, et redeuntes, pauperes interpellant nos, et dicunt ut dicamus vobis, ut aliquid accipiant a vobis. Nos monuerunt loqui vobis: et cum se vident non accipere a vobis, inaniter nos arbitrantur laborare in vobis. Exspectant aliquid et a nobis. Damus quantum habemus, damus sicut possumus: numquid tamen ad eorum necessitatem implendam idonei sumus?

¹⁴⁹⁰ Dominus autem (quod intendat praecipue necessario Caritas vestra), quamvis in populo Iudaico esset, iam pronuntiabat **Ecclesiam** toto orbe terrarum futuram, in quam erat missurus Apostolos:

con qué ver. Tenéis, en efecto, qué ver. Levantad los ojos de la fe, tocad el extremo de la orla del vestido y os bastará para la salvación¹⁴⁹¹.

Sermón 62, 7: Vayan, pues, quienes desprecian esto y siéntese a la mesa en el templo de los ídolos; ¿no serán gentes que oprimen en vez de tocar? Y, una vez que se hayan sentado en aquella mesa, vengan y llenen la Iglesia; no recibirán la salvación, pero sí, en cambio, causarán opresión¹⁴⁹².

Sermón 62, 8: “¿Quién es, dices, mayor que quien me ha engendrado?” Quien te ha creado. El hombre engendra, Dios crea. El hombre desconoce cómo engendra, desconoce lo que va a engendrar. Quien antes de que existiera aquel a quien hizo te vio para hacerte, ciertamente es mayor que tu padre. La patria misma sea mayor que tus mismos padres, hasta el punto que no deben ser escuchados cuando ordenan algo contra ella. Y si ésta ordenara algo contra Dios, tampoco debe obedecerse. Si, pues, quieres ser curada, si tras padecer el flujo de sangre, si tras padecer doce años en esa enfermedad, si tras haber gastado todos tus bienes en médicos sin haber recuperado la salud, quieres ser sanada de una vez, ¡oh mujer, a la que habla en cuanto figura de la Iglesia!, esto ordena tu padre y aquello ordena tu pueblo. Pero te dice tu Señor: *Olvida a tu pueblo y a la casa de tu padre. ¿A cambio de qué bien, de qué fruto, de qué recompensa? Porque el rey, dice, apetece tu hermosura.* Apetece lo que hizo, puesto que para hacerte hermosa te amó siendo fea. Por ti, aun infiel y fea, derramó su sangre; te restituyó fiel y hermosa, amando en ti lo que son dones tuyos. ¿Qué aportaste a tu esposo? ¿Acaso otra cosa distinta de las lujurias y los andrajos de los pecados? Tiró tus andrajos, rompió tu vestido de piel de cabra; se compadeció de ti para embellecerte; te embelleció para amarte¹⁴⁹³.

Sermón 62, 9: No admite esta forma de pensar la doctrina de Cristo, Te pregunto dónde has aprendido que Cristo no es Dios. Eso suelen decirlo los paganos.

¹⁴⁹¹ Hanc quodam modo absentiam corporis sui et praesentiam virtutis suae in omnibus **Gentibus**, et in illa muliere significavit, quae fimbriam vestimenti eius tetigerat, cum requirit dicens: *Quis me tetigit?* Tamquam absens, requirit: tamquam praesens, sanat. *Turbae te*, inquiunt discipuli, *comprimunt, et dicis: Quis me tetigit?* Quasi enim sic ambularet, ut a nullo prorsus corpore tangeretur, ita dixit: *Quis me tetigit?* Et illi: *Turbae te comprimunt.* Et tamquam diceret Dominus, Tangentem quaero, non prementem. Sic etiam nunc est corpus eius, id est, **Ecclesia** eius. Tangit eam fides paucorum, premit turba multorum. Corpus enim Christi esse **Ecclesiam**, tamquam filii eius, audistis: et si vultis, ipsi estis. Apostolus multis locis hoc dicit: *Pro corpore*, inquit, *eius quae est Ecclesia.* Et iterum: *Vos autem estis corpus Christi et membra.* Si ergo corpus eius sumus, quod tunc corpus ipsius in turba patiebatur, hoc patitur **Ecclesia** ipsius. A turbis premitur: a paucis tangitur. Caro eam premit, fides tangit. Erigite igitur oculos, obsecro vos, qui habetis unde videatis. Habetis enim quod videatis. Erigite oculos fidei, tangite extremam fimbriam vestimenti, sufficiet ad salutem.

¹⁴⁹² Eant nunc, qui ista contemnunt, et recumbant in idolio: nonne erunt prementes, non tangentes? et cum recubuerint in idolio, veniant et impleant **ecclesiam**; non salutem accepturi, sed pressuram facturi.

¹⁴⁹³ Quis est, inquis, maior eo qui me generavit? Ille qui te ipsum creavit. Generat enim homo, creat Deus. Unde generat homo, nescit: quid generaturus sit, nescit. Ille qui te vidit ut faceret, antequam esset quem fecit, certe maior est patre tuo. Maior sit patria et ipsis parentibus tuis; ut quidquid iusserint parentes contra patriam, non audiantur. Et quidquid iusserint patria contra Deum, non audiatur. Si enim sanari vis, si post fluxum sanguinis, si post duodecim annos in illo morbo, si post consumpta omnia in medicis, et non recepta sanitate aliquando vis sana fieri, o mulier, quam alloquor in typo **Ecclesiae**, iubet illud pater tuus, et illud iubet **populus** tuus. Sed dicit tibi Dominus tuus: *Obliviscere **populum** tuum et domum patris tui.* Quo bono? quo fructu? qua mercede? *Quoniam concupivit*, inquit, *rex decorem tuum.* Concupivit quod fecit: quoniam ut pulchram faceret, foedam amavit. Pro infideli et foeda sanguinem fudit, fidelem ac pulchram reddidit, dona sua in te amavit. Quid enim sponso tuo contulisti? Quid in dotem a priore patre ac priore **populo** accepisti? Nonne luxurias et pannos peccatorum? Abiecit pannos tuos, discidit cilicium tuum: misertus est, ut ornaret; ornavit, ut amaret.

¿Ves lo que hacen las malas mesas? ¿Ves cómo las conversaciones malas corrompen las buenas costumbres? Allí no puedes hablar del Evangelio y escuchas a los que hablan de los ídolos. Pierdes allí el creer que Cristo es Dios, y lo que allí bebes, en la iglesia vomitas¹⁴⁹⁴.

Sermón 62, 11: No opriman los cristianos si oprimen los paganos. (La Iglesia) es el Cuerpo de Cristo. ¿No era eso lo que decíamos, esto es, que el Cuerpo de Cristo era apretujado, pero no tocado? Toleraba a quienes le oprimían y buscaba a quienes le tocasen. ¡Ojalá, hermanos, opriman el Cuerpo de Cristo los paganos que acostumbran a hacerlo. Mas no los cristianos! Hermanos, es deber mío decíroslo; a mí me corresponde hablar a los cristianos. El mismo Apóstol dice: *¿Por qué voy yo a juzgar a los que están fuera?* A ellos, como a hombres débiles, les hablamos de otra manera. Se les ha de acariciar para que escuchen la verdad; en vosotros se ha de sajar la parte podrida. Si buscáis un medio con que vencer a los paganos, con que traerlos a la luz, con que llamarlos a la salvación, abandonad sus bagatelas. Y si no asienten a vuestra verdad, avergüéncense de su poquedad¹⁴⁹⁵.

Sermón 62, 17: Nuestra primera obra sea romper los ídolos de su corazón. Una vez que se hayan hecho cristianos ellos también, o nos invitarán a participar en tan buena obra o se anticiparán a nosotros. Ahora es el momento de orar por ellos, no de airarse contra ellos. Si nos mueve un gran dolor, ese dolor tiene por objeto a los cristianos, a nuestros hermanos que quieren entrar a la Iglesia teniendo allí el cuerpo, pero en otro lado el corazón. Todo debe estar dentro. Si está dentro lo que ve el hombre, ¿por qué está fuera lo que ve Dios?¹⁴⁹⁶

Sermón 62, 18: Sabed, amadísimos, que las murmuraciones de los paganos se aúnan con las de los herejes y con las de los judíos. Herejes, judíos y paganos se hicieron unidad para luchar contra la unidad. Si acontece que los judíos reciben correctivos en algunos lugares por sus maldades, acusan, sospechan o fingen que tales cosas son atribuciones nuestras a su cargo. Si acontece que en otro lugar los herejes son castigados por la ley a causa de la maldad y el furor de sus violencias, luego dicen que constantemente buscamos causarles incomodidades para lograr su exterminio. Más aún, piensan que nosotros andamos siempre en todas partes a la caza de ídolos y que, una vez hallados, son destrozados sin que importe el dónde. Todo ello porque quiso Dios que se promulgasen leyes contra los paganos; mejor, a favor de ellos, si lo comprendiesen.

¹⁴⁹⁴ Non admittit istam doctrinam Christi doctrina. Quaero ubi didiceris non esse Christum Deum. Pagani hoc solent dicere. Vides quid faciunt mensae malae? Vides quoniam *corrumpunt mores bonos colloquia mala*? Tu ibi de Evangelio loqui non potes, et de idolis loquentes audis. Amittis ibi quod Christus Deus est: et quod ibi bibis, in **Ecclesia** vomis.

¹⁴⁹⁵ Sed non premant Christiani, si premunt Pagani. Corpus Christi est. Nonne hoc dicebamus, quia corpus Christi premebatur, et non tangebatur,? Tolerabat ille prementes, quaerebat tangentes. Atque utinam, fratres, a Paganis prematur corpus Christi, a quibus premi solet; Christiani non premant corpus Christi. Fratres, ad nos pertinet vobis dicere, ad nos pertinet Christianis loqui. *Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare?* ipse Apostolus ait. Illos aliter alloquimur, tamquam infirmos, Blandiendum est illis, ut audiant veritatem: in vobis secunda putredo est. Si quaeritis unde vincantur Pagani, unde illuminentur, unde ad salutem vocentur: deserite solemnitates eorum, deserite nugae ipsorum; et si non consentiunt veritati nostrae, erubescant paucitati suae.

¹⁴⁹⁶ Prius enim agimus, ut idola in eorum corde frangamus. Quando christiani et ipsi facti fuerint, aut invitent nos ad tam bonum opus, aut praeveniunt nos. Modo orandum est pro illis, non irascendum illis. Si movet dolor magnus, adversum Christianos movet, adversum fratres nostros movet, qui sic volunt intrare in **ecclesiam**, ut hic corpus habeant, alibi cor. Totum intus esse debet. Si intus est quod videt homo, quare foris est quod videt Deus?

Pasa con ellos lo mismo que con niños sin mucho juicio que están jugando con el barro y manchándose las manos. Cuando llega el pedagogo con aire severo, les quita el barro y les pone en ellas el código. Del mismo modo quiso Dios atemorizar, por medio de los príncipes sometidos a él, los corazones insensatos e infantiles, para que arrojen de sus manos el barro y hagan algo útil. ¿Qué significa hacer algo útil con las manos? *Reparte tu pan con el hambriento e introduce en tu casa al necesitado carente de techo*. Con todo, los niños burlan la presencia del pedagogo, vuelven furtivamente al barro y, cuando son cogidos con las manos en la masa, las esconden para que él no las vea. ¿Por qué dicen que rompemos por doquier sus ídolos? ¿No existen lugares, visibles a nuestros ojos, en que hay ídolos? ¿Ignoramos, acaso, dónde se hallan? Pero no los destrozamos, porque Dios no nos ha otorgado la potestad. ¿Cuándo la otorgará? Cuando sea cristiano el propietario de aquellos lugares. En nuestro caso concreto, así quiso que se hiciera su dueño. Si, pongamos por caso, el dueño no quisiera entregar tal lugar a la Iglesia y se limitase a ordenar que en su posesión no hubiera ídolos, pienso que entonces los cristianos, con exquisita delicadeza, deberían ayudar a esa alma cristiana ausente que quiere dar gracias a Dios en su tierra y no desea que en ella haya nada que ofenda a Dios. Pero en este caso hay algo más: él entregó a la Iglesia aquellos lugares. ¿Iba a haber ídolos en la misma posesión de la Iglesia? He aquí, hermanos, lo que desagradó a los paganos. Les parece poco que no quitamos los ídolos de sus villas, que no los destrozamos y hasta quieren que los conservemos en las nuestras. Predicamos contra los ídolos; los eliminamos de los corazones. Somos perseguidores de los ídolos, lo confesamos. ¿Somos, acaso, sus conservadores? No lo hago –el destrozarlos- donde no puedo. No lo hago donde se quejaría su propietario; donde, en cambio, quiere él que se haga y lo agradece, sería culpable si no lo hiciera¹⁴⁹⁷.

Sermón 63, 1: Por tanto, también el sueño de Cristo es signo de algún misterio. Los navegantes son las almas que pasan este mundo en un madero. También la nave

¹⁴⁹⁷ Sciatís autem, carissimi, murmura illorum coniungere se cum haereticis, cum Iudaeis. Haeretici, Iudaei et Pagani unitatem fecerunt contra unitatem. Quia contigit ut in aliquibus locis disciplinam acciperent Iudaei propter improbitates suas; criminantur, et suspicantur, aut fingunt, quia talia de illis semper quaeramus. Quia contigit ut alicubi haeretici poenas darent legibus pro impietate et furore violentiarum suarum; iam dicunt nos per omnia quaerere aliquam incommoditatem ipsorum ad perniciem. Rursus quia contra Paganos placuit ut leges ferrentur, imo pro Paganis, si sapiant - sicut enim pueris insensatis ad lutum ludentibus, et manus inquinantibus, paedagogus cum venit severus, lutum de manu excutit, codicem porrigit - ita voluit Deus per principes subditos sibi terrere corda insensata puerilia, ut abiciant lutum de manibus, et aliquid utile faciant. Quid est utile de manibus? *Frangere esurienti panem tuum, et egenum sine tecto induc in domum tuam*. Et tamen pueri evadunt ab oculis paedagogi, et redeunt ad lutum furtim; et quando inveniuntur, abscondunt manus, ne videantur; quia ergo voluit Deus, putant nos ubicumque quaerere idola; quae cum invenerimus, in omnibus locis frangere. Quare? Non ante nos sunt loca, in quibus sunt? Aut vere ignoramus ubi sint ista? Et tamen non facimus: quia non dedit in potestatem Deus. Quando dat Deus in potestatem? Quando christianus erit cuius res est. Modo factum voluit cuius res est. Si nollet ipsum locum dare **Ecclesiae**, et tantum iuberet in re sua non esse idola; puto quia debuit summa devotione fieri, ut a Christianis adiuvaretur absens christiana anima, quae in terra vult Deo gratias agere, non vult ibi aliquid esse in contumeliam Dei. Huc accedit, quia **Ecclesiae** dedit ipsa loca. Et in re **Ecclesiae** idola futura erant? Fratres, ecce quid displicet Paganis. Parum est illis quia de villis ipsorum non illa tollimus, non illa frangimus; et in nostris volunt ea servari. Contra idola praedicamus, de cordibus illa tollimus: sumus persecutores idolorum: profitemur. Numquid servatores? Non facio ubi non possum; non facio ubi conqueritur dominus rei: ubi autem vult fieri, et gratias agit; reus ero; si non fecero.

aquella figuraba a la Iglesia. Cada uno, en efecto, es templo de Dios y cada uno navega en su corazón. Si sus pensamientos son rectos, no naufragará¹⁴⁹⁸.

Sermón 63 A, 1:... la Iglesia de Dios, la Iglesia santa, cuya Cabeza es él. Si él es la Cabeza, nosotros somos el cuerpo; pero sólo si somos tales que soportamos la opresión de la muchedumbre y no la causamos al Señor. Grande es la multitud que confluente a la Iglesia extendida por toda la tierra; creen todos los pueblos. Pero, entre ellos, una parte oprime, otra es oprimida; la parte que es oprimida, tolera; la que tolera, recibirá la recompensa logrando el fruto de la tolerancia; de ella dice el Señor en el Evangelio: *Dará fruto con la tolerancia*¹⁴⁹⁹.

Sermón 63 A, 2: Por lo que hemos dicho, hermanos amadísimos, seamos miembros de aquella de quien tal mujer era figura. Espera vuestra caridad que os diga de quién era figura. Decimos que era figura de la Iglesia que procede de los gentiles, pues el Señor iba a resucitar a la hija del jefe de la sinagoga¹⁵⁰⁰.

Sermón 63 A, 3: Del mismo modo, la desdichada Iglesia de los gentiles, buscando la felicidad, buscando poseer más fuerzas o buscando la medicina, ¿cuánto no había gastado en médicos falsos: matemáticos, echadores de suertes, poseídos del espíritu maligno y adivinos de los templos? Todos prometen la salud, pero no pueden otorgarla. Ni ellos la tienen para poder darla. (...) Es el último, el menor. Tal es la orla del vestido. Y la Iglesia de los gentiles, al igual que la mujer que tocó la orla, padecía flujo de sangre. La tocó y quedó sana. Toquemos también nosotros, es decir, creamos, para poder ser sanados¹⁵⁰¹.

Sermón 63 B, 2: La hija del jefe de la sinagoga significa al pueblo judío; esta mujer, en cambio, significa la Iglesia de los gentiles. (...) ¿Qué significa, pues? Significa la curación de la Iglesia de los gentiles que Cristo no visitó con su presencia corporal¹⁵⁰².

¹⁴⁹⁸ Ergo et somnus Christi signum est sacramenti. Navigantes sunt animae in ligno saeculum transeuntes. Etiam navis illa **Ecclesiam** figurabat. Et singuli quippe templa sunt Dei, et unusquisque in corde suo navigat: nec facit naufragium, si bona cogitat.

¹⁴⁹⁹ **Ecclesia** Dei, **Ecclesia** sancta, cui est ille caput. Si enim ille caput, nos corpus; si tamen tales, ut pressuram a turbis patiamur, non pressuram Domino faciamus. Magna multitudo confluit ad **Ecclesiam** diffusam per omnes terras, credunt omnes **gentes**; et in omnibus **gentibus** alia pars premit, alia premitur; quae pars premitur, ipsa tolerat; quae tolerat, ipsa percipiet mercedem, perveniens ad fructum tolerantiae, de quo dicit Dominus in Evangelio: *Fructum affert cum tolerantia*.

¹⁵⁰⁰ Verumtamen quia diximus, fratres dilectissimi, pertineamus ad membrum illius, cuius typum gerebat illa mulier. Expectat vero Caritas vestra, cuius typum gerebat illa mulier; dicimus enim illam significasse **Ecclesiam** quae venit ex **gentibus**; nam Dominus ad filiam archisynagogi ibat resuscitandam.

¹⁵⁰¹ Quomodo gentium **Ecclesia** misera quaerens beatitudinem, quaerens aliquas vires habere, vel quaerens medicinam, quanta consumpserat in medicos falsos, in mathematicos, in sortilagos, in arpeuticos, et vates templorum? Omnes enim promittunt salutem, sed dare non possunt, quia nec ipsi habent quod dent. (...) Ipse novissimus, ipse minimus. Ipsa est fimbria vestimenti: et gentium **Ecclesia**, tamquam mulier quae fimbriam tetigit, patiebatur fluxum; tetigit, et salva facta est. Et nos tangamus, id est credamus, ut salvi esse possimus.

¹⁵⁰² Archisynagogi filia significat plebem Iudaeorum; mulier autem ista significat **ecclesiam gentium**. (...) Quid ergo significat? Sanatam **Ecclesiam gentium**, quam corporali praesentia non vidit Christus,

Sermón 63 B, 3: Cuando el Señor dijo: *¿Quién me ha tocado?*, conociéndola, no la conoció: significaba y designaba a la Iglesia, que él no vio con el cuerpo, pero que redimió con su sangre¹⁵⁰³.

Sermón 64, 1: Se predijo para el futuro una Iglesia extendida por todos los pueblos. Como leemos que fue prometida, así la vemos realizada¹⁵⁰⁴.

Sermón 64 A, 2: Pues Cristo mismo, nuestro Señor, el Salvador, la Cabeza de toda la Iglesia, que está sentado a la derecha del Padre, ya no puede ser herido por quienes le persiguen; no obstante, asociándose a nuestros padecimientos y demostrando que él vive en nosotros, desde el cielo llamó a aquél Saulo, que luego se convirtió en el apóstol Pablo, con estas palabras: *Saulo, Saulo, ¿por qué me persigues?*¹⁵⁰⁵

Sermón 64 A, 3: Cristo, en efecto, fue denominado cabeza del varón y el varón cabeza de la mujer. No sufrieron lo que sufrieron sus maridos, ellas que, para padecerlo, hasta tuvieron que vencer los halagos de los mismos, que las invitaban a apostatar. También ellas son miembros de Cristo por la misma fe. En consecuencia, Cristo, que es Cabeza de la Iglesia entera, es Cabeza de todos sus miembros. A la Iglesia en su totalidad se la denomina tanto mujer como varón. Es mujer, pues se la llama virgen. El Apóstol dice: *Os he entregado a un solo varón para presentaros a Cristo como virgen casta*. Entendemos que es varón por lo que dice el mismo Apóstol: *Hasta que lleguemos todos a la unidad de la fe, al conocimiento del Hijo de Dios, al varón perfecto, a la medida de la edad de la plenitud de Cristo*. Si es mujer, Cristo es su varón; si es varón, Cristo es su cabeza. Si, pues, el varón es cabeza de la mujer, y Cristo es el varón de la Iglesia, puesto que también las mujeres sufrieron por Cristo, lucharon por su Cabeza con la astucia de la serpiente. Protejamos, pues, nuestra cabeza contra los perseguidores, imitemos la astucia de la serpiente. Gimamos ante Dios también por nuestros perseguidores, para tener la inocencia de las palomas¹⁵⁰⁶.

Sermón 65 A, 7: *Quien hace la voluntad del que me envió es para mí un hermano, hermana y madre*. Tienes cómo hacerte hermano de Cristo; ama con él la misma herencia. Tienes cómo hacerte madre de Cristo, si concibes en tu corazón lo que ella concibió en su seno. Al nombrar estas necesidades, el sentimiento humano queda corto; en la propagación carnal nadie puede ser hermano y madre de un hombre. *¿Quién*

¹⁵⁰³ Quando dixit Dominus: *Quis me tetigit?* cognoscens non cognovit: significabat et designabat **Ecclesiam**, quam corpore non vidit, sed sanguine redemit.

¹⁵⁰⁴ Per omnes quidem **gentes** futura **Ecclesia** praedicta est. Sicut promissam legimus ita redditam cernimus.

¹⁵⁰⁵ Nam Christus ipse salvator caput universae **Ecclesiae** Dominus noster, sedens ad dexteram Patris iam feriri a persequentibus non potest; tamen compatiens nobis, et in nobis se esse demonstrans, Saulo illi, qui postea Paulus apostolus factus est, de caelo clamavit: *Saule, Saule, quid me persequeris?*

¹⁵⁰⁶ Caput enim viri dictus est Christus, caput autem mulieris vir. Neque enim pro maritis passae sunt, quando, ut paterentur, vicerunt etiam revocantium blandimenta maritorum. Quia et ipsae per eandem fidem membra sunt **Ecclesiae**; ac per hoc Christus, qui universae **Ecclesiae** caput est, omnium membrorum suorum caput est. Tota ergo **Ecclesia** et femina appellatur et vir: nam et una virgo dicta est. Apostolus dicit: *Aptavi vos uni viro virginem castam exhibere Christo*. Et vir intellegitur, cum idem Apostolus dicit: *Donec occurramus omnes in unitatem fidei, in agnitionem Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi*. Si ergo femina est, vir eius Christus est: si vir est, caput eius Christus est. Cum itaque caput mulieris vir est, et vir **Ecclesiae** Christus, cum pro Christo etiam feminae passae sunt, serpentis astutia pro suo capite pugnauerunt. Custodiamus ergo adversus persecutores caput nostrum, astutiam serpentis imitemur; et pro ipsis persecutoribus nostris ingemescamus ad Deum, ut et columbarum innocentiam teneamus.

ignora que eso no es posible? Pero la caridad no tiene tales límites. Sin duda, la Iglesia es esposa de Cristo, pero es también novia de Cristo. Sabemos con qué misterio, en la primera profecía del primer hombre, se dijo: *serán dos en una carne*. Sabemos cómo explica eso el Apóstol: Diciendo: *pero yo lo aplico a Cristo y a la Iglesia*. Por ende, si la Iglesia es, sin duda, esposa de Cristo, puede ser madre de Cristo aunque de otro modo, con otra sana explicación. Si de cualquiera puede decirse: *Quien hace la voluntad del que me envió es hermano, hermana y madre*, ¿cuánto más podrá decirse eso de la Iglesia universal, que en sus catecúmenos concibe cada día a los miembros de Cristo, y de esos infieles da a luz miembros de Cristo? *Porque vosotros*, dijo el Apóstol, *sois cuerpo y miembros de Cristo*. A vosotros pregunto, miembros de Cristo: ¿Quién os dio a luz? Responderéis: “La madre Iglesia”. Pues ¿cómo no será madre de Cristo la Iglesia, que da a luz a los miembros de Cristo? Esta es la casa en que prefirió habitar aquel que pedía una sola cosa. ¿Cómo no renunciará a la esposa quien desea habitar en la esposa de Cristo? ¿Cómo no desdeñará a la madre quien quisiera habitar en la madre de Cristo? ¿Cómo no desdeñará al padre quien quiere tener por padre al Padre de Cristo? No se irriten los padres. Mucho se los estima cuando se les antepone sólo Dios¹⁵⁰⁷.

Sermón 67, 3: Dirá quizá alguno: ¿De qué sirve la Iglesia si ya sale el confesor resucitado por la voz del Señor? ¿Qué aprovecha al que se confiesa la Iglesia, a la que dijo el Señor: *Lo que desatares en la tierra, será desatado en el cielo*? Observa al mismo Lázaro cuando sale con sus ataduras. Ya viví confesando, pero aún no caminaba libre, constreñido por las mismas ataduras. ¿Qué hace, pues, la Iglesia, a la que se dijo: *Lo que desatares será desatado*, sino lo que a continuación dijo el Señor a los discípulos: *Desatadlo y dejadlo marchar*?¹⁵⁰⁸

Sermón 71, 3: También él fue vaso en casa de aquel mal forzado, cuando era perseguidor de la Iglesia, blasfemo, insolente, movido de malicia y celos, como él

¹⁵⁰⁷ *Quisquis facit voluntatem eius qui me misit, ipse mihi frater et soror et mater est. Habes unde sis frater Christi, ama cum illo paternam hereditatem. Habes unde sis soror Christi, ama cum illo eandem hereditatem. Habes unde sis mater Christi, si quod illa utero, tu corde conceperis. In huiusmodi necessitudinum nominibus humanus angustatur affectus. In carnali propagatione non potest quisque unius hominis esse frater et mater. Quis ignorat quia non potest? Sed caritas non angustatur. Certe **Ecclesia** est coniunx Christi, **Ecclesia** est sponsa Christi. Novimus quo sacramento prima primi hominis prophetia dictum sit: *Erunt duo in carne una*. Novimus quemadmodum hoc exponat Apostolus dicens: *Ego autem dico in Christo et in Ecclesia*. Si ergo sine dubio **Ecclesia** est coniunx Christi, potest tamen esse alio quodam modo, alio quodam sano intellectu **Ecclesia** mater Christi. Si enim de una qualibet dici potuit: *Qui facit voluntatem eius qui misit me, frater, soror, mater est*, quanto magis hoc de universa **Ecclesia** dici potest, quae quotidie in catecúmenis concipit membra Christi et de infidelibus parit membra Christi? Vos autem, ait Apostolus, *estis corpus et membra Christi*. Interrogo vos, o membra Christi: Quae vos peperit? Respondetis: Mater **Ecclesia**. Quomodo non est mater **Ecclesia** Christi quae parit membra Christi? Haec est domus in qua habitare elegit ille qui unam petiit. Quomodo non contemnat coniungem volens habitare in coniunx Christi? Quomodo non contemnat matrem volens habitare in matre Christi? Quomodo non contemnat patrem volens patrem habere Patrem Christi? Non irascantur parentes. Multum enim eis defertur quibus solus Deus praefertur.*

¹⁵⁰⁸ Dicit ergo aliquis, Quid prodest **Ecclesia**, si iam confessor voce dominica resuscitatus prodit? Quid prodest **Ecclesia** confitenti, cui Dominus ait: *Quae solveritis in terra, soluta erunt et in coelo*? Ipsi Lazarum attende: cum vinculis prodit. Iam vivebat confitendo; sed nondum liber ambulabat, vinculis irretitus. Quid ergo facit **Ecclesia**, cui dictum est: *Quae solveritis, soluta erunt*; nisi quod ait Dominus continuo ad discipulos: *Solvite illum, et sinite abire*?

mismo confiesa. Mas quien ató al fuerte, le arrebató el vaso de perdición e hizo de él un vaso de elección¹⁵⁰⁹.

Sermón 71, 5: ¿Qué será de aquellos que pretende recuperar la Iglesia? ¿Acaso a los arrepentidos, que vienen a ella desde cualquier error, se les ofrece una falsa esperanza de perdón de todos sus pecados? ¿Quién no será convencido de haber dicho algo contra el Espíritu Santo, antes de hacerse cristiano o católico? En primer lugar, esos que llamamos paganos, que veneran a muchos dioses falsos y dan culto a los ídolos, cuando dicen que el Señor Cristo hizo milagros por artes mágicas, ¿no son semejantes a los que decían que arrojaba los demonios mediante el príncipe de los mismos? Y en segundo lugar, cuando blasfeman cotidianamente nuestra santificación, ¿contra quién blasfeman sino contra el Espíritu Santo? ¿Y qué hacen los judíos que dijeron contra el Señor las palabras que son objeto de este sermón? ¿Acaso no hablan hasta hoy contra el Espíritu Santo, negando que habita en los cristianos, como aquellos negaban que habitara en Cristo? Tampoco aquéllos maldecían al Espíritu Santo, o dijeron que no existía; o que existía pero que no era Dios, sino una criatura; o que no tenía poder para arrojar los demonios. ¿No hablaron tales indignidades u otras semejantes contra el Espíritu Santo? Los saduceos negaban el espíritu; en cambio, los fariseos defendían su existencia contra los saduceos herejes, pero negaban que habitara en el Señor Jesucristo, quien, según ellos, arrojaba los demonios mediante el príncipe de los mismos, cuando los arrojaba mediante el Espíritu Santo. Por eso, los judíos y todos los herejes que confiesan la existencia del Espíritu Santo, niegan que habite en el cuerpo de Cristo, que es su única Iglesia, que es su única Católica¹⁵¹⁰.

Sermón 71, 6: Todos los que creyeron en la palabra de Dios y se hicieron católicos, vinieron sin duda a la gracia y paz de Cristo desde el paganismo, judaísmo o herejía. Si no se les perdona el haber hablado contra el Espíritu Santo, en vano se promete y se predica a los hombres que se conviertan a Dios y reciban la remisión de los pecados ya por el bautismo, ya en la paz de la Iglesia¹⁵¹¹.

¹⁵⁰⁹ Ergo et ipse vas erat in domo illius male fortis, cum esset **Ecclesiae** persecutor, blasphemus, iniuriosus, in malitia et invidia, sicut fatetur, agens; sed ille qui alligavit fortem, ab eo vas perditionis eripuit et vas electionis effecit.

¹⁵¹⁰ Quid ergo fiet de his, quos lucrari cupit **Ecclesia**? Numquidnam correctis et ad eam ex quocumque errore venientibus spes falsa promittitur in remissione omnium peccatorum? Quis enim non convincitur dixisse verbum contra Spiritum Sanctum, antequam Christianus vel catholicus fieret? Primo, ipsi qui Pagani appellantur, multorum deorum falsorumque cultores et idolorum adoratores, cum dicunt Dominum Christum magicis artibus fecisse miracula; nonne istis sunt similes, qui eum dixerunt in principe daemoniorum eiecisse daemonia? Deinde, cum quotidie nostram sanctificationem blasphemant, quid aliud blasphemant quam Spiritum Sanctum? Quid Iudaei, qui dixerunt de Domino unde iste exortus est sermo? Nonne usque adhuc verbum contra Spiritum Sanctum loquuntur, sic eum negantes esse in Christianis, sicut illi in Christo esse negaverunt? Neque enim et illi Spiritui Sancto maledixerunt, aut non eum esse dicentes; aut esse quidem, sed Deum non esse, sed esse creaturam; aut ad daemones eiciendos nihil valere. Non ista indigna, non aliquid simile de Spiritu Sancto locuti sunt. Sadducaei enim Spiritum Sanctum negabant; Pharisei vero eum esse contra Sadducaeorum haeresem defendebant, sed esse in Domino Iesu Christo negabant, quem daemones eicere in principe daemoniorum putabant, cum eiceret ille in Spiritu Sancto. Ac per hoc et Iudaei et quicumque haeretici Spiritum Sanctum confitentur, sed cum negant esse in Christi corpore, quod est unica eius **Ecclesia**, non utique nisi una catholica;

¹⁵¹¹ Nam quicumque verbo Dei crediderunt, ut catholici fierent, utique aut ex paganis, aut ex Iudaeis, aut ex haeticis in gratiam Christi pacemque venerunt; quibus si non est dimissum quod dixerunt verbum contra Spiritum Sanctum, inaniter promittitur et praedicatur hominibus, ut convertantur ad Deum et sive in baptismo sive in **Ecclesiae**, pace remissionem accipiant peccatorum.

¹⁶¹⁹ Habes Dominum dicentem de Pharisaeis: *Cathedram Moysi sedent.* Non eos solos significabat Dominus: quasi vero eos qui crederent in Christum, ad Iudaeorum scholam mitteret, ut ibi discerent quemadmodum iter sit ad **regnum** caelorum. Nonne ideo Dominus venit, ut institueret **Ecclesiam**, ipsosque Iudaeos bene credentes et bene sperantes et bene diligentes segregaret tamquam frumenta a paleis, et faceret unum parietem circumcisionis, cui coniungeretur alius paries ex praepotio **Gentium**, quibus duobus parietibus de diverso venientibus esset ipse lapis angularis? Nonne ergo idem Dominus de duabus istis **plebibus** in uno futuris dixit: *Habeo et alias oves, quae non sunt ex hoc ovili?* Loquebatur autem Iudaeis: *Oportet me, inquit, et eas adducere, ut sit unus grex, et unus pastor.* Ideo duae naves erant, unde vocaverat discipulos. Duas ipsas **plebes** significabant, quando miserunt retia, et levaverunt tantam vim et tantum numerum piscium, ita ut pene retia rumperentur: *Et oneraverunt, inquit, duas naves.* Duae naves significabant unam **Ecclesiam**, sed de duabus **plebibus** factam, coniunctam in Christo, quamvis de diverso venientem. Hoc significant etiam duae uxores, habentes unum virum Iacob, Lia et Rachel. Has duas significant etiam duo caeci, qui sedebant iuxta viam, quos Dominus illuminavit. Et si advertatis Scripturas, in multis locis invenietis significari duas **Ecclesias**, quae non sunt duae, sed una. Ad hoc enim valet lapis angularis, ut ex duabus faciat unam. Ad hoc valet ille pastor, ut de duobus gregibus faciat unum. Ergo Dominus docturus **Ecclesiam**, et habiturus scholam suam praeter Iudaeos, sicut modo videmus, numquid, credentes in se, ad Iudaeos missurus erat, ut discerent? Sed nomine Pharisaeorum et Scribarum significavit quosdam in **Ecclesia** sua futuros, qui dicerent, et non facerent: se autem figuraverat in persona Moysi. Etenim personam eius gerebat Moyses, et velum ante se ideo ponebat, quando loquebatur **populo**; quia quamdiu illi in Lege carnalibus gaudiis et voluptatibus dediti erant, et **regnum** terrenum quaerebant, velamen positum erat contra faciem eorum, ne viderent Christum in Scripturis. Ablato enim velamine, posteaquam passus est Dominus, visa sunt secreta templi. Ideo cum in cruce penderet, scissum est velum templi a summo usque deorsum; et aperte dicit apostolus Paulus: *Cum autem transieris ad Christum, auferetur velamen.* Qui autem non transierit ad Christum, quamvis legat Moysen, *velamen positum est super cor eius*, sicut dicit Apostolus. Cum ergo praefiguraret quosdam tales futuros Dominus in **Ecclesia** sua, quid ait? *Scribae et Pharisaei cathedram Moysi sedent; quae dicunt, facite; sed quae faciunt, facere nolite.*

blanco que al de sus personales conveniencias y que no leyeron jamás el Evangelio, porque, de conocer esta página, nunca se atrevieran a decir lo que dicen¹⁶²⁰.

Sermón 137, 9: Vais a ver más claramente cómo en la Iglesia tenemos individuos de esta laya, para que nadie venga diciéndonos: “No lo dijo sino de los fariseos; no lo dijo sino de los escribas; no lo dijo sino de los judíos, porque la Iglesia no tiene gente así”. ¿Quiénes son aquellos de los que dijo el Señor: *no todo el que me dice: “Señor, Señor”, entrará en el reino de los cielos?* Y añadió: *Muchos aquel día me dirán: “Señor, Señor”, ¿por ventura no hemos profetizado, e hicimos en tu nombre muchos milagros, y en tu nombre comimos y bebimos?(...) ¿Dónde falta la rectitud?* En buscar en la Iglesia un algo distinto de Dios. Si buscase a Dios, fuera casto, por ser un Dios el esposo legítimo del alma. Todo el que busca en Dios otra cosa fuera del mismo Dios, no busca a Dios castamente.¹⁶²¹

Sermón 137, 10: ¿No buscas en la Iglesia tus conveniencias, sino las mías? Si eres así, apacienta mis ovejas. No serás mercenario, sino pastor¹⁶²².

Sermón 137, 12: Hablemos ahora de los mercenarios. *El mercenario, viendo que anda el lobo rondando las ovejas, escapa.* Así lo ha dicho el Señor. Y ¿por qué huye? *Porque las ovejas le tienen sin cuidado.* El mercenario, por consecuencia, es útil mientras no ve al lobo, mientras no ve al salteador y al ladrón, porque viéndolos huye. Y ¿quién es el mercenario que huye de la Iglesia cuando se dejan ver el lobo y el ladrón? ¡Cuántos lobos hay! ¡Cuántos ladrones! Tales son los que suben al aprisco *por otra parte.* (...)

El lobo es el diablo; su oficio es tender asechanzas para engañar, y los que le siguen, ni más ni menos, pues de los tales se ha dicho que andan vestidos con piel de oveja, mas por dentro son lobos carniceros. Ahora bien, un mercenario verá que fulano es un malhablado, zutano tiene ideas perniciosas a la salud del alma, mengano se porta como un criminal o un sátiro, y no los reprenderá si tienen alguna prestancia dentro de la comunidad religiosa; por eso, porque es mercenario, porque aguarda de ellos algún provecho. Y los verá ser víctimas de sus pecados, los verá irse tras el lobo, o bien que el lobo se los lleva entre los dientes por el cuello al suplicio, y no les dirá: “Estás pecando”. No se lo echará en rostro para no perder sus emolumentos. El pasaje *Al ver el lobo huye*, significa esto: que no le dice: “Te comportas criminalmente”. Porque no se trata de un huir corporal, sino espiritual. Ese a quien ves inmóvil de cuerpo, está huyendo en el alma cuando, viendo al pecador, no le dice: “Tú pecas”; y aun a veces es su cómplice¹⁶²³.

¹⁶²⁰ Aperte exprobravit, descripsit et ostendit. Sed illi quando sic volunt pervertere sententiam, ostendunt quia nihil quaerunt in **Ecclesia**, nisi commoda sua; nec Evangelium legerunt: si enim nossent ipsam paginam, et totum legissent, numquam hoc dicere auderent.

¹⁶²¹ Sed apertius attendite, quia habet tales **Ecclesia**. Ne quis dicat nobis: Prorsus de Phariseis dixit, de Scribis dixit, de Iudaeis dixit; nam tales non habet **Ecclesia**. Qui sunt ergo illi, de quibus omnibus Dominus dicit: *Non omnis qui mihi dicit: Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum?* Et addidit: *Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in tuo nomine prophetavimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus, et in nomine tuo manducavimus et bibimus?* (...) Quare non est rectus? Quia aliud quaerit in **Ecclesia**, non Deum quaerit. Si Deum quaereret, castus esset; quia legitimum maritum anima Deum habet. Quisquis a Deo praeter Deum aliquid quaerit, non caste Deum quaerit.

¹⁶²² Non tua quaeris in **Ecclesia**, sed mea? Si ergo talis es, et amas me, *pasce oves meas*. Non enim eris mercenarius, sed eris pastor.

¹⁶²³ De mercenariis autem iam dicemus. *Mercenarius quando videt lupum insidiantem ovibus fugit.* Hoc Dominus dixit. Quare? *Quia non est ei cura de ovibus.* Tamdiu ergo est utilis mercenarius, quamdiu non videt lupum, quamdiu non videt furem et latronem; cum autem viderit, fugit. Et quis est de mercenariis,

Sermón 138, 6: Los amadores de Cristo lo comprenden; por boca de ellos, en efecto, habla y de ellos habla la Iglesia en el Cantar de los Cantares; son ellos los que aman a Cristo incomparablemente bello, en apariencia deforme¹⁶²⁴.

Sermón 138, 9: Estas palabras que hemos recordado del Cantar de los Cantares –epitalamio del Esposo y de la Esposa- nos hablan de unas bodas espirituales que demandan de nosotros una gran pureza; porque a la Iglesia le concedió Cristo ser espiritualmente lo que su Madre corporalmente: *madre y virgen*. Los donatistas dan a este pasaje un sentido muy diverso y en absoluto falso. No quiero, pues, dejaros en la ignorancia de él; expondré con brevedad, presupuestos el favor divino y a la medida de mis fuerzas, cómo podéis responder. Cuando nosotros acosamos a los donatistas con la evidencia de la unidad de la Iglesia, difundida por todo el mundo, y les pedimos señalen ellos en las Escrituras algún lugar donde haya Dios profetizado que su Iglesia sería la de África, como si todas las demás naciones hubieran de perderse, alegan, de ordinario, este pasaje y dicen: África está al mediodía... Preguntándole, pues, al Señor la Iglesia dónde pastorea, dónde sestea, el Señor le responde: *Al mediodía*. Como si en este diálogo fuese la Iglesia quien pregunta: *Dime, Amado de mi alma, dónde pastoreas, dónde sesteas*, y fuera el Señor quien responde: *Al mediodía*, por decir en África. Pero, si quien pregunta es la Iglesia, y es el Señor quien responde que apacienta en África, por estar en África la Iglesia, síguese que no estaba en África quien hacía la pregunta. *Dime, dice, Amado de mi alma, dónde pastoreas, dónde sesteas*; y, como respondiendo a una cierta iglesia fuera de África, se le dice: *Al mediodía*, en África sesteo, en África pastoreo. Como si dijera: “No eres tú donde yo pastoreo”. Mas, si quien pregunta es la Iglesia verdadera –lo cual ninguno de ellos lo duda, ni hay quien lo contradiga entre los mismos que lo entienden de África-, la que pregunta no está en África; y como quien pregunta es la Iglesia, luego la Iglesia está fuera de África¹⁶²⁵.

qui non fugit de **Ecclesia**, quando videt lupum et latronem? Abundant lupi, abundant latrones. Ipsi sunt qui ascendunt per alteram partem. (...) Lupus autem diabolus est: insidiatur ut decipiat, et qui illum sequuntur; nam dictum est, quod induti quidem pellibus ovium, intus autem sunt lupi rapaces. Si viderit mercenarius aliquem loqui prava, aut sentire secundum perniciem animae suae, aut aliquid facere sceleratum et obscenum, et tamen quia videtur habere alicuius momenti personam in **Ecclesia**, unde si sperat commoda, mercenarius est; et cum videt hominem perire in peccato, videt illum sequi lupum, videt illius guttur morsu trahi ad supplicium; non illi dicit: Peccas; non illum obiurgat, ne perdat commoda sua. Hoc est ergo: *Cum viderit lupum, fugit*; non illi dicit: Scelerate facis. Non corporis, sed animae haec fuga est. Quem vides corpore stare, fugit animo, cum videt peccatorem, et non illi dicit: Peccas; cum etiam consilium cum illo habet.

¹⁶²⁴ Illi hoc bene audiunt, qui amant Christum. In ipsis enim hoc, et de ipsis cantat **Ecclesia** in *Canticis canticorum*: qui amant Christum, quasi foedum, et solum formosum.

¹⁶²⁵ Haec verba quae commemoravimus de sanctis *Canticis canticorum*, de sponsi et sponsae epithalamio quodam; spirituales enim nuptiae sunt, in quibus nobis magna castitate vivendum est; quia **Ecclesiae** concessit Christus in spiritu, quod mater eius habuit in corpore, ut et mater et virgo sit; haec ergo verba Donatistae accipiunt ad sensum suum perversum multo aliter. Et quemadmodum non tacebo, et quid eis respondeatis, adiuvante Domino, quantum potero, breviter admonebo. Cum eos urgere coeperimus luce unitatis **Ecclesiae** diffusae toto orbe terrarum, et poposcerimus ut ostendant ipsi de Scripturis aliquod testimonium, ubi Deus praedixit in Africa futuram **Ecclesiam**, quasi perditis ceteris **gentibus**; hoc solent testimonium in ore habere, et dicere: Africa in meridie est; interrogans ergo, inquirunt, **Ecclesia** Dominum ubi pascit, ubi cubet; respondet ille: *In meridie*, ut quasi vox interrogantis sit: *Annuntia mihi, quem dilexit anima mea, ubi pascas, ubi cubes*; et vox quasi respondentis: *In meridie*, hoc est, in Africa. Si ergo quae interrogat, **Ecclesia** est, et Dominus ubi pascit respondet, in Africa, quia in Africa erat **Ecclesia**: quae interrogat, non erat in Africa. *Annuntia*, inquit, *mihi, quem dilexit anima mea, ubi pascas, ubi cubes*; et respondet ille cuidam **Ecclesiae** praeter Africam: *In meridie*, in Africa cubo, in Africa pasco, quasi in te non pasco. Porro si quae interrogat, **Ecclesia** est, quod nullus ambigit, quod nec ipsi contradicunt; et

Sermón 138, 10: Oído, pues, y aceptado sin restricción que lo del *mediodía* se refiera al África, como lo entiendes tú –*donatista*-; pero tal como tú lo entiendes, ¿no es la Iglesia transmarina de Cristo la que se dirige a su Esposo, recelando caer en el error africano? (...) Os amonesto y ruego por la santidad de estas nupcias que améis a esta Iglesia, y permanezcáis en esta Iglesia, y seáis de esta Iglesia. Amad al buen pastor, el bello Esposo que a nadie engaña, que a nadie quiere ver perdido. Rogad también por las ovejas descarriadas, para que también ellas vengan a nosotros y reconozcan y amen la verdad, y no haya sino *un solo rebaño y un solo pastor*.¹⁶²⁶

Sermón 139 A, 2: Y el muerto salió atado con las vendas; porque, si bien el consuetudinario cesa de pecar, todavía es reo de lo pasado, y necesario es que ruegue y haga penitencia por lo hecho, no por lo que hace, pues ya no lo hace; está vivo, no lo hace, pero aún está ligado por las cosas que hizo. Luego es a los ministros de la Iglesia, por medio de los cuales se imponen las manos a los penitentes, a los que dice Cristo: *Desatadle y dejadle ir*.¹⁶²⁷

Sermón 143, 4: Y para que nosotrosuviésemos la justicia de la fe, de la que será culpado el mundo incrédulo, dijo el Señor: *De justicia, porque voy al Padre, y no me veréis*. En otros términos: *Esta es vuestra justificación*: creer en mí, vuestro mediador, de quien habéis de confesar con toda certidumbre que, resucitado, se fue al Padre, aun no viéndole vosotros sensiblemente; y así, reconciliados por él, podáis verle como Dios con los ojos del Espíritu.

Por eso, a la mujer –símbolo de la Iglesia- que se le echó a los pies después de la resurrección, le dijo: *Deja de tocarme, pues no he subido aún a mi Padre*; expresión cuyo sentido místico es: “No creas en mí por lo que te diga el contacto material; debes creer espiritualmente, o sea, debes tocarme con una fe espiritual cuando suba yo al Padre, porque son bienaventurados quienes no ven y creen”. Ved, pues, la justicia de la fe, de la que será el mundo convencido, por carecer de ella, siendo sus jueces nosotros que la tenemos, pues *el justo vive de la fe*.¹⁶²⁸

audiunt nescio quid de Africa: haec ergo quae interrogat praeter Africam est; et quia **Ecclesia** est, est praeter Africam **Ecclesia**.

¹⁶²⁶ Audio prorsus, accipio de Africa quod intellegis; *in meridie*, ipsa significata est. Sed **Ecclesia** Christi, sicut intellegis, transmarina alloquitur sponsum suum, timens errorem incidere Africanum. (...) Hortor vos, obsecro vos per sanctitatem talium nuptiarum, amate hanc **Ecclesiam**, estote in tali **Ecclesia**, estote talis **Ecclesia**; amate pastorem bonum, virum tam pulchrum, neminem fallentem, neminem perire cupientem. Orate et pro dispersis ovibus; veniant et ipsi, agnoscant et ipsi, ament et ipsi; ut sit unus grex et unus pastor.

¹⁶²⁷ Et processit ille mortuus, ligatus institit; quia, etsi desiit peccare, adhuc de praeteritis reus est, et opus est ut precetur, et agat paenitentiam propter facta; non propter ea quae facit, quia iam non facit; reviviscit, non facit; sed propter ea, quae fecit, adhuc ligatus est. Ergo ministris **Ecclesiae** suae, per quos manus imponitur paenitentibus, Christus dicit: *Solvite eum, et sinite illum*.

¹⁶²⁸ Ut autem nos haberemus iustitiam fidei, de qua mundus argueretur incredulus, propterea Dominus ait: *De iustitia, quia ad Patrem vado, et iam non videbitis me*. Tamquam diceret: Haec erit iustitia vestra, ut credatis in me mediatorem, quem resuscitatum ad Patrem isse certissime habebitis, quamvis eum carnaliter non videatis; ut per ipsum reconciliati, Deum spiritaliter videre possitis. Unde figuram **Ecclesiae** gestanti mulieri, cum ei post resurrectionem ad pedes caderet: *Noli me tangere*, inquit, *nondum enim ascendi ad Patrem*. Quod mystice dictum intellegitur. Noli me per corporeum contactum carnaliter credere; spiritaliter autem credes, id est, fide spiritali me tanges, cum ascendero ad Patrem. Quia beati qui non vident, et credunt. Et haec est iustitia fidei, qua mundus carens, de nobis qui ea non caremus, arguitur; quia *iustus ex fide vivit*.

Sermón 144, 5: Y ¿quién es su cuerpo sino la Iglesia? Así lo dijo el mismo Doctor de los gentiles: *Y vosotros sois cuerpo de Cristo y miembros cada uno por su parte*¹⁶²⁹.

Sermón 146, 2: ¿Sois peculio nuestro? Los herejes y los cismáticos, con los hurtos hechos al Señor, se han hecho sus peculios, y quieren apacentar no los rebaños de Cristo, sino rebaños de su propiedad a presencia de los rebaños de Cristo. Cierto, sí, tales herejes y cismáticos dieron a sus depredaciones el título de Cristo, el nombre de cristianos, como para encubrir sus rapiñas con este nombre soberano. Pero ¿qué hace Cristo al volver a su Iglesia los que fuera recibieron esa denominación con el bautismo? Arroja de sí al ladrón, no quita el título; entre en posesión de la casa, porque la denominación es suya propia. ¿Qué necesidad tiene de mudar el nombre, si es el suyo?

¿Reparan estos adversarios en las palabras del Señor a Pedro: *Apacienta mis corderos, apacienta mis ovejas?* ¿por ventura le dijo: “Apacienta tus corderos, apacienta tus ovejas”? Eliminados, pues, de su rebaño, ¿qué le dijo Cristo a su Iglesia en el Cantar de los cantares? Hablando el Esposo a la Esposa, dice: *Si no te conoces, ¡oh hermosa entre las mujeres!, salte*. En otras palabras: “No te arrojo yo; sal tú, si no te conoces, ¡oh hermosa entre las mujeres!; si no te conoces en el espejo de la Escritura divina; si no te reconoces, hermosa mujer, en este espejo, que no te da una belleza engañosa; si no conoces que se dijo de ti: *Sobre toda la tierra tu gloria*; que de ti se dijo: *Te daré las naciones en herencia y serán los límites de tu posesión los mismos de la tierra*, e incontables testimonios más que ponen de relieve a la Iglesia católica. Si, pues, no te conoces, no tienes aquí parte alguna, no puedes entrar en la herencia. Luego *sal tú por la huella de los rebaños; no del rebaño*, que no es sino uno; y *apacienta tus cabritos*, porque sólo a Pedro se le ha dicho que apaciente *mis ovejas*. A Pedro se le dice *mis ovejas*; a los cismáticos, *tus cabritos*. Ovejas aquí, allí cabritos; aquí *mías*, allí *tuyos*.

Ahora traed a la memoria la diestra y la siniestra de nuestro Juez; recordad a qué mano se hallarán los cabritos y a cuál las ovejas. Allí veréis a plena luz dónde está la diestra y donde la siniestra, dónde la blanca y dónde la negra, dónde la luminosa y dónde la tenebrosa, dónde la bella y dónde la fea, dónde la que recibirá el reino y dónde la que irá a parar al suplicio eterno¹⁶³⁰.

¹⁶²⁹ Quae autem corpus eius, nisi **Ecclesia**? Sicut dicit idem doctor: *Vos autem estis corpus Christi, et membra ex parte*.

¹⁶³⁰ Numquid enim peculium nostrum estis? Haeretici et schismatici de furtis dominicis peculia sibi fecerunt, et greges non Christi, sed suos contra Christum pascere voluerunt. Plane in ipsis depraedationibus suis titulum illius posuerunt, ut praedae ipsorum quasi defenderentur per titulum potentis. Quid facit Christus quando tales convertuntur, qui foris ab **Ecclesia** titulum eius Baptismatis acceperunt? Eicit praedatorem, titulum non deponit, et possidet domum; quia invenit ibi titulum suum. Quid opus est ut mutet nomen suum? Numquid attendunt quod ait Dominus Petro: *Pasce agnos meos, pasce oves meas?* Numquid dixit ei: *Pasce agnos tuos; aut: Pasce oves tuas?* Exclusis autem, quid dixit in *Canticis canticorum* ad **Ecclesiam**? Loquens sponsus ad sponsam ait: *Nisi cognoveris temetipsam, pulchra inter mulieres, exi tu*. Tamquam dicens: Non ego te eicio, exi tu, nisi temetipsam cognoveris, pulchra inter mulieres, nisi cognoveris te in speculo Scripturae divinae; nisi attenderis, o mulier pulchra, speculum quod te falso nitore non fallit; nisi cognoveris quia de te dictum est: *Super omnem terram gloria tua*; quia de te dictum est: *Dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae*; et alia innumerabilia testimonia, quae catholicam **Ecclesiam** commendant. Nisi ergo cognoveris, partem non habes, heredem te non potes facere. Ergo, *exi tu in vestigiis gregum*, non in **societate** gregis: *et pasce haedos tuos*, non quomodo Petro dictum est: *oves meas*; schismaticis dicitur: *haedos tuos*. Hic *oves*, ibi *haedos*; hic *meas*, ibi *tuos*. Recolite dexteram et sinistram iudicis nostri; recolite ubi stabunt haedi, et ubi oves; et apparebit vobis ubi dextera, ubi sinistra, candida et nigra, luminosa et tenebrosa, pulchra et deformis, acceptura **regnum** et inventura supplicium sempiternum.

Sermón 147 A, 2: ¿Qué dijo a Pedro? -¿*Me amas?* -Te amo. -*Apacienta mis ovejas.* ¿Dijo, acaso, *tus* ovejas? Para saber a quién dice que pertenecen, leed el libro santo del Cantar de los Cantares. Cántanse allí unos amores santos, los amores del Esposo y la Esposa, de Cristo y la Iglesia, y todo el libro es a modo de poema nupcial o epitalamio; mas el epitalamio de un tálamo santo, de un tálamo casto. *Puso su tabernáculo en el sol*, o digamos, a plena luz, al público, bien a la vista, donde no se ocultase a nadie; y *es como esposo que sale de su tálamo*. Habiéndose desposado con la humana carne, fue su tálamo el seno virginal de María, y allí se unió a la Iglesia para cumplimiento de lo vaticinado: *Y serán dos en una carne.*¹⁶³¹

Sermón 147 A, 3: Hablando, pues, entre sí estos dos amantes, Cristo y la Iglesia, dícele ésta: *¡Oh tu, el querido de mi alma!, dime dónde tienes los pastos, dónde el sesteadero al llegar el mediodía.* Y quiero me digas dónde tienes los pastos y sesteas al mediodía para que, cuando vaya yo a ti, no sea menesterirme tras los rebaños de tus comensales, cual una desconocida. ¿Qué significa *desconocida* sino oculta e ignorada?

Al usar los donatistas estas palabras, suelen darles un sentido caprichoso, *suyo*, no el de la Escritura. *El mediodía*, dicen, es África, por estar el África al mediodía del mundo; por eso, cuando la Iglesia pregunta al Señor: *¿Dónde tienes tus pastos y tu sesteadero?*, el Señor le responde que *al mediodía*, como diciendo: “No me busques fuera de África”. Pero leed bien y fijaos, cabezas heréticas; tenéis delante el espejo, y ahí es donde yo quiero veros. ¿No advertís ser, en el testimonio aducido, la Esposa quien está preguntando aún? ¿Por qué introduces ya al Esposo respondiendo? ¡Respetad siquiera el género femenino!... *¿Dónde tienes los pastos, dónde el sesteadero al llegar el mediodía, para que no me haga yo como una desconocida?* Entiendo que la palabra *desconocida* es del género femenino, no del masculino. Es como si dijese la Iglesia: “Concedáanos, Señor, que *mediodía* vale como decir África. Aquí tuvo su origen el partido de Donato, aquí reina la más grande discordancia, y la disensión ha dividido la grey de Cristo como una sierra. Y por eso, la Iglesia de allende los mares, donde no hubo división, es la que pregunta: *¡Oh tú, querido de mi alma!, dime dónde tienes los pastos, dónde el sesteadero al mediodía.* Y quiero me lo digas a fin de no pasar por *desconocida*, pues para los donatistas desconocida soy e ignorada. Soy allí anunciada, pero ellos no dan conmigo”.¹⁶³²

¹⁶³¹ Quid dixit Petro? *Amas me? Amo. Pasce oves meas.* Numquid tuas? Vultis noscere, cui dicat tuas? Audite in libro sancto qui vocatur *Canticum canticorum*; leguntur ibi sancta amatoria, sponsus et sponsa, Christus et **Ecclesia**. Et ille totus liber quasi carmen est nuptiarum, quomodo dicunt epithalamium, sed cubilis sancti, cubilis casti: *In sole enim posuit tabernaculum suum*, hoc est, in luce, in publico, ubi pateret, et non lateret. *Et ipse tamquam sponsus processit de thalamo suo*; accepit enim coniugem, humanam carnem. Thalamus eius erat uterus virginalis; illic sibi coniunxit **Ecclesiam**, ut impleretur quod ante praedictum est: *Et erunt duo in carne una.*

¹⁶³² Loquebantur ergo inter se amantes isti, Christus et **Ecclesia**. Ait illi **Ecclesia**: *Annuntia mihi, quem dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie?* Quare volo ut annunties mihi ubi pascis, ubi cubas in meridie? *Ne forte fiam sicut operta super greges sodalium tuorum.* Ideo, inquit, volo ut annunties mihi ubi pascis, ubi cubas in meridie, ut, quando ad te venio, non errem, ne forte quasi operta fiam super greges sodalium tuorum, id est, irruam in greges, non tuos, sed sodalium tuorum. *Velut operta.* Quid est aliud, operta, nisi quasi latens et ignorata? Solent Donatistae in his verbis dicere sensum suum, non sensum Scripturarum. Hoc enim solent dicere. Africa meridies est, meridies mundi Africa est; ideo **Ecclesia** interrogat Dominum: *Ubi pascis? Ubi cubas?* et respondet ille: *In meridie*; quasi, noli me quaerere nisi in Africa. Lege et intellege, mens haeretica. Speculum tibi proponitur modo, hic te inveni; intellege quia adhuc sponsa interrogat; quare facis iam respondentem sponsus? Vel femininum genus agnosce. *Ubi pascis, ubi cubas in meridie? Ne forte fiam sicut operta.* Operta, puto, femina est, non masculus. Ergo, o Domine, sit meridies Africa; sic intellegatur, quomodo ipsi intellegunt. Africa est meridies; hic facta est pars, Donatistae; hic magna divisio et serra dissensionis ducta est per gregem Christi. Ideo interrogat velut **Ecclesia** transmarina, ubi non est facta ista divisio: *Annuntia mihi, quem*

Sermón 147 A, 4: Con razón le dijo a Cristo resucitado el salmista: *Ensálzate sobre los cielos, ¡oh Dios!*, y (ensalza) *sobre la tierra tu gloria*. ¿Qué significa *sobre la tierra de tu gloria*? Tu gloria es sinónimo de tu Iglesia, tu Esposa. Y, sin embargo, exclama: *¡Oh tú, el querido de mi alma!, dime...* Ya cubro el mundo entero, las tierras todas me conocen; mas para los africanos soy aún desconocida. Dime, pues, dónde paces tus ganados, para no andar vagueando tras los rebaños no tuyos, sino de tus comensales. ¿A quiénes se les dice comensales? A los que se llegaron a la mesa del Señor, y sobre quienes está escrito en un salmo: *El que comía de mi pan... En verdad que, si me hubiese llenado de maldiciones un enemigo mío, hubiéralo sufrido en paciencia; y, si me hablasen con altanería los que me odian, podría tal vez haberme guardado de ellos; mas tú, que eres como otro yo, mi guía y mi confidente; tú, que, juntamente conmigo, tomabas el dulce alimento, que andábamos juntos por la casa de Dios...* Con consentimiento en otros días, sin consentimiento ahora, porque ahora ya no tienen juicio.

Ved ahí los comensales donde temía tropezar la Esposa de los Cantares. Temo extraviarme, dice; temo dar, como una desconocida, en los rebaños de tus comensales, y que me cueste la vida este yerro, y que, iterando el bautismo recibido, lo pierda todo¹⁶³³.

Sermón 149, 3: A los judíos se les había ordenado comer ciertos animales y abstenerse de otros; que ellos recibieron estas órdenes como signo de acontecimientos futuros, lo manifiesta el apóstol Pablo al decir: *Que nadie os juzgue por la comida o la bebida, o por lo que se refiere a los días de fiesta, los novilunios o los sábados, que son sombra del futuro*. Y así, ya en tiempos de la Iglesia, dice en otro lugar: *Todo es puro para los puros, pero es malo para el hombre comer escandalizando*¹⁶³⁴.

dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie? Audio enim ibi dici partem Donati, alios catholicos, alios donatistas; mihi annuntia ubi pascis, ne veniam et errem. Ibi quaero nuntium, ubi timeo incertum. Annuntia mihi, ubi pascis, ubi cubas in meridie? Quare volo ut annunties mihi? Ne forte fiam sicut operta; quia parti Donati quasi operta sum, quasi ignorata sum; ibi praedico, et illos latet.

¹⁶³³ Loquebantur ergo inter se amantes isti, Christus et **Ecclesia**. Ait illi **Ecclesia**: *Annuntia mihi, quem dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie?* Quare volo ut annunties mihi ubi pascis, ubi cubas in meridie? *Ne forte fiam sicut operta super greges sodalium tuorum*. Ideo, inquit, volo ut annunties mihi ubi pascis, ubi cubas in meridie, ut, quando ad te venio, non errem, ne forte quasi operta fiam super greges sodalium tuorum, id est, irruam in greges, non tuos, sed sodalium tuorum. *Velut operta*. Quid est aliud, operta, nisi quasi latens et ignorata? Solent Donatistae in his verbis dicere sensum suum, non sensum Scripturarum. Hoc enim solent dicere. Africa meridies est, meridies mundi Africa est; ideo **Ecclesia** interrogat Dominum: *Ubi pascis? Ubi cubas?* et respondet ille: *In meridie*; quasi, noli me quaerere nisi in Africa. Lege et intellege, mens haeretica. Speculum tibi proponitur modo, hic te inveni; intellege quia adhuc sponsa interrogat; quare facis iam respondentem sponsum? Vel femininum genus agnosce. *Ubi pascis, ubi cubas in meridie? Ne forte fiam sicut operta*. Operta, puto, femina est, non masculus. Ergo, o Domine, sit meridies Africa; sic intellegatur, quomodo ipsi intellegunt. Africa est meridies; hic facta est pars, Donatistae; hic magna divisio et serra dissensionis ducta est per gregem Christi. Ideo interrogat velut **Ecclesia** transmarina, ubi non est facta ista divisio: *Annuntia mihi, quem dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie?* Audio enim ibi dici partem Donati, alios catholicos, alios donatistas; mihi annuntia ubi pascis, ne veniam et errem. Ibi quaero nuntium, ubi timeo incertum. Annuntia mihi, ubi pascis, ubi cubas in meridie? Quare volo ut annunties mihi? Ne forte fiam sicut operta; quia parti Donati quasi operta sum, quasi ignorata sum; ibi praedico, et illos latet.

¹⁶³⁴ Iudaei enim acceperant certa animalia quae manducarent, et certa a quibus abstinerent; quod in significatione rerum futurarum eos accepisse, manifestat apostolus Paulus, dicens: *Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniae, aut sabbatorum, quod est umbra futurorum*. Itaque iam temporibus **Ecclesiae** dicit alio loco: *Omnia munda mundis, sed malum est homini qui per offensionem manducat*.

Sermón 149, 4: Por eso se permitió a los cristianos lo que no se permitió a los judíos. Todos los animales que los judíos tenían prohibido comer son signos de otras cosas y, como dije, sombra del futuro. Del mismo modo que la circuncisión que ellos llevaban en la carne y despreciaban en el corazón significaba una circuncisión del corazón, así también aquellos manjares son preceptos misteriosos y signos de cosas futuras. Por ejemplo, en lo escrito referente a que coman los animales rumiantes y los de pezuña hendida, y no coman aquellos a los que les falten ambas cosas o una sola de ellas, están significando ciertos hombres que no pertenecen a la sociedad de los santos. La pezuña hendida dice relación a las costumbres; la acción de rumiar, en cambio, a la sabiduría. ¿Que tiene que ver la pezuña hendida con las costumbres? Que difícilmente resbala o cae; la caída, en efecto, es símbolo del pecado. ¿Cuál es la relación existente entre la acción de rumiar y la doctrina de la sabiduría? La ha expresado la Escritura: *Un codiciable tesoro reposa en la boca del sabio, pero el varón necio lo engulle*. Es decir, quien escucha y por negligencia se olvida, es como si engullera lo que oyó, de forma que ya no lo saborea en la boca, como si con el olvido lo hubiera sepultado. Quien, en cambio, medita día y noche la ley del Señor, es como si rumiase y encontrase deleite en el sabor de la palabra, en cierto como paladar del corazón. Por lo tanto, lo preceptuado a los judíos significaba que no pertenecen a la Iglesia, es decir, al Cuerpo de Cristo y a la gracia y sociedad de los santos, quienes, o son oyentes perezosos, o poseen malas costumbres, o adolecen de uno y otro vicio¹⁶³⁵.

Sermón 149, 6: Para que entendáis que esto era lo significado, en aquel recipiente había reptiles. ¿Acaso se podían comer reptiles? ¿Qué significa esto? Aquel recipiente simbolizaba a la Iglesia; las cuatro cuerdas de que colgaba, las cuatro partes del orbe de la tierra, por las que se despliega la Iglesia católica, extendida por doquier. Por lo tanto, quien quisiere irse a una parte y separarse de la totalidad, no pertenece al misterio de las cuatro cuerdas. Si, pues, no pertenece a la visión de Pedro, tampoco a las llaves que le fueron dadas a Pedro. El Señor dice que al final de los tiempos reunirá a sus santos de los cuatro vientos, porque ahora la fe evangélica se halla dilatada entre estos cuatro ángulos. Por ello, aquellos animales son los gentiles. Gentiles que eran todos impuros, al vivir en medio de sus errores, supersticiones y concupiscencias antes de la venida de Cristo; pero que, con su llegada, habiéndoseles perdonado los pecados, se transformaron en puros. ¿Por qué, pues, una vez perdonados sus pecados, no han de ser recibidos en el Cuerpo de Cristo, que es la Iglesia de Dios, cuya realidad simbolizada Pedro?¹⁶³⁶

¹⁶³⁵ Unde data est licentia Christianis, quae Iudaeis non est data. Omnia enim animalia quae Iudaeis prohibita sunt manducare, signa sunt rerum, et sicut dictum est, umbrae futurorum. Sicut illa circumcisio significat circumcisionem cordis, quam illi in carne gestabant, et in corde repudiabant; sic et epulae illae praecepta mysteriorum sunt, et signa futurorum. Veluti quod scriptum est eis, ut quae sunt ruminantia et fissa ungula, ipsa manducant; quibus autem vel utrumque vel unum horum defuerit, non manducant; homines quidam significantur, non pertinentes ad **societatem** sanctorum. Fissa enim ungula ad mores, ruminatio vero ad sapientiam pertinet. Quare ad mores fissa ungula? Quia difficile labitur. Lapsus enim peccati signum est. Ruminatio autem ad sapientiae doctrinam quomodo pertinet? Quia dixit Scriptura: *Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, vir autem stultus glutit illum*. Qui ergo audit, et negligentia fit obliviosus, quasi glutit quod audivit; ut iam in ore non sapiat, auditionem ipsam oblivione sepeliens. Qui autem in lege Domini meditatur die et nocte, tamquam ruminat, et in quodam quasi palato cordis verbi sapore delectatur. Hoc ergo quod praeceptum est Iudaeis, significat quod ad **Ecclesiam**, id est, ad corpus Christi, ad gratiam **societatemque** sanctorum non pertinent illi, qui aut neglegentes auditores sunt, aut malos mores habent, aut in utroque vitio reprehenduntur.

¹⁶³⁶ Sed tamen ut intellegatis hoc in figura esse monstratum, erant in illo vase serpentina. Numquidnam poterat manducare serpentes? Quid ergo sibi vult ista significatio? Vas illud **Ecclesiam** significat: quattuor lineae quibus dependebat, quattuor partes orbis terrarum, per quas tenditur **Ecclesia** catholica,

Sermón 149, 7: En muchos lugares de las Escrituras aparece Pedro simbolizando a la Iglesia, sobre todo donde se dice: *Te daré las llaves del reino de los cielos. Todo lo que atares en la tierra, quedará atado también en el cielo, y todo lo que desatares en la tierra quedará desatado también en el cielo.* ¿Acaso recibió Pedro estas llaves y no las recibió Pablo? ¿Las recibió Pedro y no las recibió Juan, Santiago y los restantes apóstoles? ¿O no son estas llaves por las que en la Iglesia se perdonan a diario los pecados? Puesto que Pedro significaba a la Iglesia, lo que se le concedió a él solamente, se le concedió a la Iglesia. Por ende, Pedro significaba a la Iglesia, Iglesia que es el Cuerpo de Cristo. Reciba, pues, a los gentiles ya purificados, tras haberseles perdonado los pecados; razón por la que le fue enviado Cornelio, gentil él y los que le acompañaban. Sus limosnas, aceptadas, le había purificado en cierta medida; sólo le quedaba ser incorporado como alimento puro a la Iglesia, es decir, al Cuerpo del Señor. Pedro, sin embargo, tenía pánico a entregar el Evangelio a los gentiles, porque los que había creído desde la circuncisión impedían a los apóstoles comunicar la fe cristiana a los incircuncisos y mantenían que éstos no debían acceder a la participación en el Evangelio sin haber recibido la circuncisión confiada a sus padres¹⁶³⁷.

Sermón 149, 8: Cornelio y los que estaban con él eran considerados como de aquellos animales que habían aparecido en el recipiente, a los cuales, sin embargo, ya los había purificado Dios, puesto que había aceptado sus limosnas. Habían de ser, por ello, matados y comidos, es decir, dar muerte en ellos a la vida pasada, en la que no conocían a Cristo, y pasar a su cuerpo, como a la nueva vida de la sociedad de la Iglesia. El mismo Pedro, habiendo llegado ante ellos, recordó brevemente lo que le había mostrado aquella visión. Dice, en efecto: *También vosotros sabéis cuán ilícito es para un hombre judío asociarse o acercarse a un extranjero; pero Dios me ha mostrado que a ningún hombre debo llamar vulgar o inmundo.* Esto se lo mostró Dios cuando sonó aquella voz: *Lo que Dios purificó, no lo declares tú impuro.* Y luego, retornando a los hermanos de Jerusalén, les refirió igualmente su visión, cuando algunos provocaron tumultos porque se había dado el Evangelio a los gentiles, y contuvo su alboroto; lo

quae ubique diffusa est. Quicumque ergo voluerit in partem ire, et ab universo conscindi, non pertinet ad quattuor linearum sacramentum. Si autem ad visionem Petri non pertinet, nec ad claves quae datae sunt Petro. A quattuor enim ventis dicit Deus congregari sanctos suos in fine; quia nunc per omnes istos quattuor cardines fides evangelica dilatatur. Animalia ergo illa, **Gentes** sunt. Omnes enim **Gentes** quae immundae erant, in erroribus et superstitionibus et concupiscentiis suis, antequam veniret Christus, illo adveniente donatis sibi peccatis mundae sunt factae. Unde iam post remissionem peccatorum, quare non recipiantur in corpus Christi, quod est **Ecclesia** Dei, cuius personam Petrus gestabat?

¹⁶³⁷ Petrus enim in multis locis Scripturarum apparet quod personam gestet **Ecclesiae**; maxime illo in loco ubi dictum est: *Tibi trado claves regni caelorum. Quaecumque ligaveris in terra, erunt ligata et in caelo; et quaecumque solveris in terra, erunt soluta et in caelo.* Numquid istas claves Petrus accepit, et Paulus non accepit? Petrus accepit, et Ioannes et Iacobus non accepit, et ceteri Apostoli? Aut non sunt istae in **Ecclesia** claves, ubi peccata quotidie dimittuntur? Sed quoniam in significatione personam Petrus gestabat **Ecclesiae**, quod illi uni datum est, **Ecclesiae** datum est. Ergo Petrus figuram gestabat **Ecclesiae**; **Ecclesia** corpus est Christi. Recipiat igitur iam mundatas **Gentes**, quibus peccata donata sunt; unde miserat ad illum Cornelius **gentilis** homo, et qui cum illo **gentiles** erant. Huius eleemosynae acceptae mundaverant eum ad quemdam modum; restabat ut tamquam cibus mundus incorporaretur **Ecclesiae**, hoc est, corpori Domini. Petrus autem trepidabat tradere **Gentibus** Evangelium; quia illi qui crediderant ex circumcissione, prohibebant Apostolos tradere incircumcisis christianam fidem; et dicebant non eos debere accedere ad participationem Evangelii, nisi suscepissent circumcisionem, quae tradita erat patribus eorum.

cual, si no perteneciese al mismo ámbito de ideas, no hubiese sido digno de ser mencionado¹⁶³⁸.

Sermón 149, 9: Quizá se pregunte también por qué era de lienzo el recipiente en que estaban los animales. No era ciertamente fortuito. Sabemos, en efecto, que la polilla que corrompe otros vestidos, no consume el lienzo. Que cada cual excluya de su corazón las corrupciones de las malas concupiscencias y se afirme en la fe de forma tan incorruptible que sea impenetrable a los malos pensamientos lo mismo que a la polilla, si quiere pertenecer al misterio de aquel lienzo, figura de la Iglesia¹⁶³⁹.

Sermón 149, 10: ¿Por qué fue bajado tres veces del cielo? Porque la totalidad de los gentiles que pertenecen a las cuatro partes del orbe de la tierra, significadas en las cuatro cuerdas por las que se sujetaba aquel recipiente, es bautizada en el nombre de la Trinidad. Los creyentes se renuevan en el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo, para pertenecer a la sociedad y comunión de los santos¹⁶⁴⁰.

Sermón 149, 14: Por esto dice el apóstol Pablo, después de haber sido derribado en cuanto perseguidor del Evangelio y levantado como predicador: Era desconocido para las iglesias de Cristo en Judea. Solamente habían oído que “Quien antes nos perseguía, ahora anuncia la fe que alegraba de ser conocido como hombre que había recibido, sino de que era alabado Dios que se lo había dado¹⁶⁴¹.

Sermón 149, 17: A no ser que pienses que no oraron en aquel tiempo los cristianos por Saulo, el perseguidor de los mismos cristianos. Quizá fue escuchada la voz del mártir Esteban para que se convirtiera. En efecto, él se encontraba en el número de sus perseguidores y guardaba los vestidos de quienes le apedreaban. El mismo, escribiendo a Timoteo, dice también: *Ante todo te ruego que se hagan peticiones, oraciones, súplicas, acciones de gracias por todos los hombres, por los reyes y por todos los constituidos en dignidad, a fin de que llevemos una vida serena y tranquila.*

¹⁶³⁸ Cornelius enim et qui cum illo erant, tamquam ex illis animalibus habebantur, quae in vase fuerant demonstrata; quos tamen iam mundaverat Deus, quia eleemosynas eorum inde acceptaverat. Occidendi ergo erant et manducandi, id est, ut interficeretur in eis vita praeterita, qua non noverant Christum; et transirent in corpus eius, tamquam in novam vitam **societatis Ecclesiae**. Nam et ipse Petrus cum ad eos venisset, commemoravit breviter quid sibi in illa visione monstratum sit. Ait enim: *Et vos scitis quam illicitum sit viro Iudaeo coniungi, aut accedere ad alienigenam; sed mihi Deus ostendit, neminem communem aut immundum hominem dicere.* Quod utique tunc ostendit Deus, cum vox illa sonuit: *Quae Deus mundavit, tu ne immunda dixeris.* Et postea veniens ad fratres in Ierosolymam, cum quidam tumultuarentur, quod **Gentibus** Evangelium traderetur, reprimens eorum commotionem, etiam ipsum visum commemoravit; quod nisi ad eandem intelligentiam pertineret, commemorandum non esset.

¹⁶³⁹ Fortassis quaeratur etiam illud, quare linteum erat, in quo erant illa animalia. Non utique sine causa. Novimus enim quod linteum tinea non consumit, quae vestes alias corrumpit. Excludat unusquisque de corde suo corrupciones malarum concupiscentiarum, atque ita incorruptibiliter firmetur in fide, ut pravis cogitationibus tamquam tineis non penetretur, si vult ad sacramentum illius lintei pertinere, quo figuratur **Ecclesia**.

¹⁶⁴⁰ Quare ter de caelo submissum est? Quia ipsae omnes **Gentes**, quae pertinent ad quattuor partes orbis terrae, qua disseminatur **Ecclesia**, quam significabant quattuor lineae, quibus vas illud connectebatur, in nomine Trinitatis baptizantur. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti credentes innovantur, ut pertineant ad **societatem** communionemque sanctorum.

¹⁶⁴¹ Unde apostolus Paulus posteaquam Evangelii persecutor prostratus est, et erectus est praedicator, dicit: *Eram autem ignotus facie Ecclesiis Iudaeae, quae erant in Christo. Tantum autem audientes erant, quia qui aliquando nos persequebatur, nunc evangelizat fidem quam aliquando vastabat; et in me, inquit, magnificabant Deum.* Non gaudebat quia homo qui acceperat, cognoscebatur; sed quia Deus qui dederat, laudabatur.

Mandaba, pues, rezar por los reyes cuando éstos perseguían a las Iglesias. Pero a las que entonces perseguían mientras oraban por ellos, ahora las defienden después de haber sido escuchadas en beneficio de ellos¹⁶⁴².

Sermón 155, 7: *Hallarás allí una estatera, esto es, cuatro dracmas; dadas por mí y por ti. ¿Qué es por mí y por ti?* Cristo mismo, Pedro, la Iglesia de Cristo, los cuatro evangelios de la Iglesia. Estaba oculto el misterio; no obstante, Cristo pagaba un tributo al que no estaba obligado. Así pagó incluso el tributo de la muerte; no lo debía, pero lo pagó. Si él no lo hubiera pagado aun sin estar en deuda, nunca nos hubiese librado de la nuestra¹⁶⁴³.

Sermón 155, 13: Finalmente, escuchadle a él, que da solución plena al problema. Hablaba cuando ciertamente aún vivía en este cuerpo; y, sin embargo, añadió: *Vosotros, en cambio, no estáis en la carne.* ¿Hay aquí, entre nosotros, alguien a quien dijera estas palabras? ¿Qué pensáis? Observad que lo dijo al pueblo de Dios, a la Iglesia. Es cierto que escribía a los romanos, pero lo dijo para toda la Iglesia de Cristo; sin embargo, lo afirmó sólo del trigo, no de la paja; lo dijo de la realidad que queda oculta, no de la paja que se ve. Cada uno reconozca en su corazón a cuál pertenece. Nosotros hablamos a vuestros oídos, sin penetrar en vuestras concupiscencias; sin embargo, a tenor de lo dicho anteriormente, pienso en el nombre de Cristo que en su pueblo hay gente a quien se aplica: *Vosotros, en cambio, no estáis en la carne, sino en el espíritu, si es que el Espíritu de Dios habita en vosotros*¹⁶⁴⁴.

Sermón 157, 3: Fue entregado el Excelso, por quien fueron hechas todas las cosas; fue entregado en su forma de siervo al oprobio de los hombres y al desprecio de la plebe; fue entregado a su pasión nos enseñó cuánta paciencia requiere el caminar en él. A su vez, con el ejemplo de la resurrección nos afianzó en aquello que debemos esperar de él mediante la paciencia. *Pues si esperamos lo que no vemos, por la paciencia lo esperamos.* En efecto, esperamos lo que no vemos; pero somos el cuerpo de aquella cabeza, en la que se ha realizado ya el objeto de nuestra esperanza. De él se ha dicho que es *la cabeza del cuerpo de la Iglesia, el primogénito, el que tiene la primacía.*¹⁶⁴⁵

¹⁶⁴² Nisi forte putas non orasse Christianos illo tempore pro Saulo persecutore Christianorum. Fortassis ad eius conversionem vox illa Stephani martyris exaudita est. In illo enim persecutorum eius numero fuit, et lapidantium vestimenta servavit. Idem etiam ad Timotheum scribens ait: *Obsecro primum omnium fieri deprecationes, adorationes, interpellationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam vitam agamus.* Iubebat ergo orari pro regibus; et tunc reges persequebantur **Ecclesias**. Sed quas tunc pro se orantes persequebantur, nunc pro se exauditas defendunt.

¹⁶⁴³ *Invenies ibi staterem, hoc est, quattuor drachmas, da eis pro me et te.* Quid est: *Pro me et te?* Ipse Christus, Petrus, **Ecclesia** Christi, **Ecclesiae** quattuor Evangelia. Mysterium latebat: Christus tamen tributum non debitum persolvebat. Sic persolvit et mortem: non debebat, et persolvebat. Ille nisi indebitum solveret, numquam nos a debito liberaret.

¹⁶⁴⁴ Denique audite ipsum, quaestionem sine ulla dubitatione solventem. Vivens utique in hoc corpore loquebatur; et tamen adiunxit: *Vos autem non estis in carne.* Putas, est aliquis hic in nobis, cui dictum est? Ecce **populo** Dei dixit, **Ecclesiae** dixit; Romanis quidem scribebat, sed universae Christi **Ecclesiae** dixit; sed tritico dixit, non paleae; massae dixit latenti, non stipulae apparenti. Unusquisque in corde suo agnoscat. Nos auribus loquimur, conscientias non videmus; tamen secundum et quae superius locuti sumus, existimo in nomine Christi esse in **plebe** Christi quibus dictum est: *Vos autem non estis in carne, sed in Spiritu: si tamen Spiritus Dei habitat in vobis.*

¹⁶⁴⁵ Traditus ergo ille Excelsus, per quem facta sunt omnia, traditus propter formam servi in opprobrium hominum et abiectionem **plebis**, in contumeliam, in flagella, in mortem crucis docuit nos exemplo passionis, cum quanta patientia in illo ambulemus; et firmavit nos exemplo suae resurrectionis, quid ab

Sermón 157, 6: Pero es maldito todo el que pone su esperanza en el hombre. Dios quiso hacerse hombre, morir y resucitar para mostrar en su carne humana el futuro del hombre y, para que, no obstante, se confiase en Dios, no en el hombre. Por otra parte, ya tienen ante sus ojos a la Iglesia de los fieles extendida por todo el orbe. Lean cómo con muchos siglos de antelación fue prometida a un solo hombre que, contra toda esperanza, creyó que iba a ser padre de muchos pueblos. Estamos viendo que se ha cumplido ya lo prometido a Abrahán por su fe, ¿y desconfiamos de que se cumplirá lo prometido a todo el orbe creyente? Vayan ahora y digan: *Comamos y bebamos, que mañana moriremos*. Aunque digan todavía que han de morir mañana, la verdad los encuentra muertos ya al decir esto. Vosotros, hermanos, hijos de la resurrección, conciudadanos de los ángeles, herederos de Dios y coherederos con Cristo, guardaos de imitar a quienes morirán mañana al exhalar su último aliento, pero ya hoy están sepultados en su bebida. Mas, como dice el mismo Apóstol, para que las malas palabras no corrompan vuestras buenas costumbres, *sed sobrios y no pequéis*. Caminad por el camino estrecho, pero que lleva derecho a la gran Jerusalén celeste, que es nuestra madre eterna; esperad con firmeza lo que no veis y con paciencia lo que aún no tenéis, porque retenéis a vuestro lado a quien lo ha prometido y es veraz y fiel¹⁶⁴⁶.

Sermón 159, 1: Lo que aquí es objeto de fe, allí será objeto de visión; lo que aquí se espera, allí se poseerá; lo que aquí se pide, se recibe allí. Con todo, en esta vida existe una cierta perfección, alcanzada por los santos mártires. A esto se debe el uso eclesiástico, conocido por los fieles, de mencionar el nombre de los mártires ante el altar de Dios, y no para orar por ellos, sino por los restantes difuntos de quienes se hace mención. Es hacerle una injuria rogar por un mártir, a cuyas oraciones debemos encomendarnos nosotros. El luchó contra el pecado hasta derramar su sangre¹⁶⁴⁷.

Sermón 161, 1: Claramente dijo que nuestros cuerpos son miembros de Cristo, puesto que Cristo es nuestra cabeza en cuanto que se hizo hombre por nosotros. El es la

illo patienter sperare debeamus. *Si enim quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus*. Quod non videmus quidem, speramus; sed corpus sumus illius capitis, in quo iam perfectum est quod speramus. De illo enim dictum est quod ipse sit *caput corporis Ecclesiae, primogenitus, ipse primatum tenens*.

¹⁶⁴⁶ Sed maledictus omnis qui spem suam ponit in homine. Ideo ergo Deus homo factus, mori et resurgere voluit; ut et quod futurum esset homini, in hominis carne ostenderetur, et Deo tamen, non homini crederetur. Et certe **Ecclesia** fidelium toto orbe diffusa, iam ante oculos eorum est. Legant eam ante tot saecula uni homini promissam, qui contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum **gentium**. Quid ergo uni Abrahae credenti promissum est, iam videmus impletum; et quod universo orbi promittitur credenti, desperamus esse venturum? Eant nunc et dicant: *Manducemus et bibamus; cras enim moriemur*. Illi se adhuc cras dicunt morituros, veritas autem illos iam cum ista dicunt, invenit mortuos. Vos autem, fratres, filii resurrectionis, cives sanctorum angelorum, Dei heredes, et Christi coheredes, cavete imitari eos, qui cras expirando moriuntur, et hodie bibendo sepeliuntur. Sed, sicut dicit idem Apostolus, ne corrumpant vestros mores bonos colloquia mala, *sobrii estote iuste, et nolite peccare*; ambulantes angustam, sed certam viam ducentem ad latitudinem **Ierusalem caelestis**, quae mater nostra aeterna est; firmissime sperate quod non videtis, patienter exspectate quod nondum habetis; quia veracem promissorem Christum fidelissime retinetis.

¹⁶⁴⁷ Quod hic creditur, ibi videtur; quod hic speratur, ibi tenetur; quod hic petitur, ibi accipitur. Perfectio tamen in hac vita nonnulla est, ad quam sancti martyres pervenerunt. Ideoque habet **ecclesiastica** disciplina, quod fideles noverunt, cum martyres eo loco recitantur ad altare Dei, ubi non pro ipsis oratur; pro ceteris autem commemoratis defunctis oratur. Iniuria est enim, pro martyre orare, cuius nos debemus orationibus commendari. Certavit enim contra peccatum usque ad sanguinem.

cabeza de la que se dijo: *El mismo es el Salvador de nuestro cuerpo*. Su cuerpo es la Iglesia¹⁶⁴⁸.

Sermón 161, 4: Hay dos lugares de morada: una en el fuego eterno y otra en el reino también eterno. Mi opinión es que, dentro del fuego eterno, los tormentos serán distintos; pero todos estarán allí para ser atormentados, aunque unos más y otros menos, pues en el día del juicio será más tolerable la suerte de Sodoma que la de alguna otra ciudad. Algunos recorren tierra y mar para hacer un solo prosélito, y, luego de hecho, le convierten en hijo de la gehenna dos veces más que ellos. Pon atención a que unos lo son por duplicado, y otros de forma simple, es decir, unos más y otros menos: no hay lugar allí que puedas reservarte para ti. Cualquier tormento de los de allí, aun los más suaves, son peores que los que te asustan en este mundo. Piensa en el temblor que te entra ante el temor de ir a la cárcel cuando uno te calumnia; ¿y tú mismo vives, en perjuicio tuyo, de esa manera que te conduce al fuego? Tiembblas, te pones nervioso, palideces, corres a la iglesia, deseas entrevistarte con el obispo y te postras a sus pies. ¿por qué le buscas? “líbrame”, dices¹⁶⁴⁹.

Sermón 162 A, 2: De esta manera, cuando se vio perseguido por Saúl, se refugió junto a Samuel, como ahora, por ejemplo, si alguno sufre persecución fuera se refugia en la iglesia. Huyó, pues, a un lugar donde no sólo estaba Samuel, el más célebre de los profetas, sino también otros muchos. Cuando se hallaban profetizando, llegaron los enviados por Saúl para conducir a David a la muerte, como dije antes. Irrumpió sobre ellos el Espíritu de Dios y comenzaron a profetizar los mismos que habían venido a conducir a la muerte al hombre de Dios santo y justo y a sacarlo de en medio de los profetas; repletos inesperadamente del Espíritu de Dios, se convirtieron en profetas. Quizá haya que pensar en la inocencia de éstos, pues no habían venido a secuestrarlo por su propia voluntad, sino enviados por su rey. Y quizá habían venido al mismo lugar en que se hallaba David, mas no para hacer lo que les había ordenado Saúl; quizá ellos mismos iban a quedarse allí, pues cosas como estas suceden también hoy. No faltan casos en que la autoridad superior envía a algún subalterno a sacar a un hombre de la iglesia; éste no se atreve a actuar contra Dios, y para no ir a dar él mismo en la muerte, se queda en el mismo lugar adonde había sido enviado para sacar al otro. Así, pues, alguno, lleno de admiración, podría decir que aquellos se convirtieron improvisadamente en profetas porque eran inocentes: la misma profecía era el testimonio de su inocencia. Vinieron porque habían sido enviados, pero sin la intención de hacer lo que les había ordenado aquella mala persona. Podemos creerlo respecto a estas personas. Fueron enviados otros; también sobre ellos irrumpió el Espíritu de Dios y comenzaron a profetizar. También en este caso podemos atribuirlo a su inocencia. Por tercera vez fueron enviados otros y les sucedió lo mismo. Demos por hecho que todos

¹⁶⁴⁸ Corpora ergo nostra membra Christi esse dixit; quoniam Christus caput nostrum est, eo quod homo factus est propter nos, caput de quo dictum est: *Ipse Salvator corporis nostri*. Corpus autem eius **Ecclesia** est.

¹⁶⁴⁹ Duae quippe habitationes sunt; una in igne aeterno, alia in regno aeterno. Puta quia in igne aeterno aliter ille, aliter ille torquebuntur; ibi erunt tamen, ibi omnes cruciabuntur; minus ille, plus ille. Quia tolerabilius erit Sodomae in die iudicii, quam alteri **civitati**; et quidam circumeunt mare et terram, facere unum proselytum, quem cum fecerint, faciunt eum filium gehennae duplo quam sunt ipsi. Puta quia alii duplo, alii simple; puta quia alii plus, alii minus; non est regio ubi tibi eligas locum. Quaecumque ibi mitiora tormenta sunt, peiora sunt, quam quae formidas in isto saeculo. Cogita quomodo tremas, si tibi aliquis calumniatur, ne mittaris in carcerem; et tu ipse contra te male vivis, ut mittaris in ignem? Contremiscis, conturbaris, pallescis, ad **ecclesiam** curris, episcopum videre desideras, ad pedes eius volutaris. Quaerit, quare? Libera me, inquis.

eran inocentes. Como tardaban y no se cumplía lo que Saúl había ordenado, vino también él. ¿Acaso era él también inocente? ¿Por ventura también él fue enviado por otra autoridad y no pervertido en su propia voluntad? También sobre él irrumpió el Espíritu de Dios y comenzó a profetizar. Ved a Saúl profetizando; tiene el don de la profecía, pero no la caridad. Se transformó en cierta manera en vaso que el Espíritu tocó, pero no purificó¹⁶⁵⁰.

Sermón 162 A, 4: Le proclaman Hijo de Dios los apóstoles y también los demonios; la confesión parece igual, pero el amor es desigual. Los primeros creen y aman; los segundos creen y temen. El amor está a la espera del premio, el temor, del castigo. Hemos descubierto, pues, que alguien puede tener fe sin tener caridad. Que nadie, por lo tanto, se jacte por cualquier don de la Iglesia, si tal vez sobresale en ella por algún don que le ha sido concedido; vea si posee la caridad. El mismo apóstol Pablo habló y enumeró muchos dones de Dios presentes en los miembros de Cristo que constituyen la Iglesia, diciendo que a cada miembro se le han concedido los dones adecuados y que no puede darse que todos tengan el mismo don. Pero ninguno quedará sin su don: Apóstoles, profetas, doctores, intérpretes, habladores de lenguas, poseedores del poder de curación, de auxilio, de gobierno, distintas clases de lenguas¹⁶⁵¹.

Sermón 162 A, 6: Así, pues, hermanos, vemos que cada miembro, en su competencia, realiza su tarea propia, de forma que el ojo ve, pero no actúa; la mano en cambio actúa, pero no ve; el oído oye, pero no ve ni actúa; la lengua habla, pero ni oye ni ve; y aunque cada miembro tiene funciones distintas y separadas, unidos en el conjunto del cuerpo tienen algo común entre todos. Las funciones son distintas, pero la salud es única. En los miembros de Cristo, la caridad es lo mismo que la salud en los miembros del cuerpo. El ojo está colocado en el lugar mejor, en lugar destacado, puesto como consejero en la fortaleza, para que desde ella mire, vea y muestre. Gran honor el

¹⁶⁵⁰ Cum itaque persecutionem a Saule pateretur, confugit ad Samuelem, sicut modo, verbi gratia, qui forte foris aliquam persecutionem patitur, confugit ad **Ecclesiam**. Ergo eo confugerat, ubi erat non solus Samuel praestantissimus omnium prophetarum, sed etiam multi ceteri prophetae. Inter illos, cum essent prophetantes, venerunt missi a Saule, qui eum, sicut dixi, ad mortem arriperent. Insiluit in illos Spiritus Dei, et coeperunt prophetare, qui venerant hominem sanctum et iustum Dei ad gladium adducere, et eruere de medio Prophetarum; repente impleti Spiritu Dei prophetae facti sunt. Fuerit hoc fortasse istorum innocentia; non enim sponte ad illum arripiendum venerant, sed a rege suo missi erant. Et forte venerant quidem ad eum locum ubi erat David, sed non erant facturi quod iusserat Saul; forte et ipsi remansuri erant. Nam et hodie contingunt haec. Mittitur aliquando apparitor a magna potestate rapere aliquem de **ecclesia**; non audet facere contra Deum, et, ne et ipse incurrat gladium, remanet ibi, ubi missus erat ut raperet. Dixerit ergo aliquis admirans, quod Prophetae isti repente facti sunt quia innocentes fuerunt; testimonium illis innocentiae ipsa prophetia perhibuit. Venerunt missi, sed facturi non erant quod iusserat malus ille. Credamus hoc de istis. Missi sunt alii; et in ipsos insiluit Spiritus Dei, et ipsi prophetare coeperunt. Et hos cum illis innocentiae merito numeremus. Missi sunt tertii; hoc et ipsis factum est. Fuerint omnes innocentes. Cum tardarent, et non fieret quod Saul praeceperat, venit et ipse. Numquid et ipse innocens? Numquid et ipse missus ab aliqua potestate, et non perversus propria voluntate? Et in illum tamen insiluit Spiritus Dei, et prophetare coepit. Ecce Saul prophetat, habens prophetiam, sed non habens caritatem. Factum est vas quoddam, quod ab Spiritu tangeretur, non quod ab Spiritu mundaretur.

¹⁶⁵¹ Filium Dei confitentur Apostoli, Filium Dei confitentur et daemones; confessio videtur par, dilectio dispar. Illi credunt, et amant; illi credunt, et timent; amor exspectat praemium, timor poenam. Ergo invenimus posse quemquam habere etiam fidem, et non habere caritatem. Nemo ergo se iactet de quocumque **Ecclesiae** dono, si forte eminet in **Ecclesia** aliquo attributo sibi dono, sed videat utrum habeat caritatem. Nam locutus est idem apostolus Paulus, et enumeravit multa dona Dei in membris Christi, quae est **Ecclesia**; et ait, dona propria quibusque membris esse attributa, nec posse fieri ut omnes habeant unum donum. Nec quisquam tamen sine dono remanebit; *Apostolos, ait, Prophetas, Doctores, interpretatores, linguis locutores, habentes virtutes sanitatum, habentes adiutoria, gubernationes, genera linguarum.*

de los ojos, por su ubicación, por su sensibilidad más aguda, por su agilidad y por cierta fuerza que no tienen los restantes miembros. De aquí que los hombres juran por sus ojos con más frecuencia que por cualquier otro miembro. Nadie ha dicho a otro: “Te amo como a mis oídos”, a pesar de que el sentido del oído es casi igual y cercano a los ojos. ¿Qué decir de los restantes? Cada día dicen los hombres: “Te amo como a mis propios ojos”. Y el Apóstol, indicando que se tiene mayor amor a los ojos que a los otros miembros, para mostrarse amado por la Iglesia de Dios dice: *Doy testimonio en favor vuestro de que, si hubiera sido posible, os hubieseis sacado los ojos y me los habríais dado a mí.* Nada hay, por lo tanto, en el cuerpo más sublime y más respetado que los ojos y nada hay quizá más en la extremidad del cuerpo que el dedo meñique del pie. Aun siendo así conviene, no obstante, que en el cuerpo haya dedos y que estén sanos, antes que sean ojo cubierto de legañas por alguna afección, pues la salud, común a todos los miembros, es más preciosa que las funciones de cada uno de ellos. Así ves que en la Iglesia un hombre tiene algún don pequeño y, con todo, tiene la caridad; quizá veas en la misma Iglesia a otro más eminente, con un don mayor, que, sin embargo, no tiene caridad. Sea el primero el dedo más alejado, y el segundo el ojo; el que pudo obtener la salud, ése es el que más aporta al conjunto del cuerpo¹⁶⁵².

Sermón 162 A, 7: Si la escritura dio testimonio a favor del partido de Donato, en favor de cierta Iglesia establecida en algún lugar de la tierra, como el partido de Donato que está establecido en África, podrán decir que nosotros somos los separados y ellos los unidos a la raíz. Pero si la Escritura no dio testimonio sino a favor de la Iglesia extendida por todo el orbe, ¿por qué hemos de buscar un juez humano para nuestro litigio? Tenemos a Dios: aún no preside el juicio, pero ya preside el Evangelio¹⁶⁵³.

Sermón 162 A, 8: Crispino acaba de ser juzgado hereje. Pero ¿qué dice? “¿Acaso he sido vencido por la sentencia evangélica?” En consecuencia, declaró no haber sido vencido porque quien juzgó contra él fue el procónsul, no Cristo. Si, pues estima en poco el juicio de un hombre, ¿por qué apeló al emperador cuando la causa estaba ante el procónsul? El mismo solicitó el juicio del procónsul; fue él quien le dijo:

¹⁶⁵² Sic enim, fratres, singula membra in officiis suis videmus agere opus proprium, ut oculus videat, non autem operetur; manus autem operetur, non tamen videat; auris audiat, nec videat, nec operetur; lingua loquatur, nec audiat, nec videat; et cum sint singula suis officiis distincta atque discreta, una tamen compage corporis colligata habent aliquid commune in omnibus. Officia diversa sunt, sanitas una est. Hoc est ergo in membris Christi caritas, quod est in membris corporis sanitas. Meliori loco positus est oculus, in eminenti, et tamquam ad consilium in arce constitutus, unde prospiciat, unde videat, unde ostendat; honor magnus in oculis, et loco, et sensu ardentiore, et agilitate, et vi quadam, quam cetera membra non habent. Proinde plerumque homines per oculos suos iurant, quam per quodlibet alterum membrum. Nemo alicui dixit: Sic te diligo quomodo aures meas; et est aurium sensus oculis suppar et proximus. Quid de ceteris dicam? Quotidie dicunt homines: Sic te diligo tamquam oculos meos. Et Apostolus significans maiorem in oculis haberi dilectionem, quam in ceteris membris, cum se dilectum ab **Ecclesia** Dei diceret, ait: *Testimonium enim vobis perhibeo, quia, si fieri posset, oculos vestros eruissetis, et dedissetis mihi.* Nihil ergo in corpore sublimius oculis et honoratius; et nihil in corpore extremius fortasse, quam digitus minimus pedis. Cum ita sint, expedit tamen in corpore digitum esse, et sanum esse, quam oculum esse, et in perturbatione lippire; sanitas enim, quae communis est omnibus membris, pretiosior est officiis singulorum. Ita vides in **Ecclesia** hominem parvum aliquod donum habentem, et tamen habentem caritatem; alterum eminentem forte in **Ecclesia** aliquo maiore dono, et tamen non habentem caritatem. Ille sit extremus digitus, ille sit oculus; ille magis pertinet ad corporis compaginem, qui potuit obtinere sanitatem.

¹⁶⁵³ Si enim Scriptura testimonium perhibuit parti Donati, alicui **Ecclesiae** in terrarum aliqua parte constitutae, sicut in parte Africae constituta est pars Donati, dicant nos praecisos, et dicant se esse radicatos. Si autem Scriptura testimonium non perhibet nisi **Ecclesiae** toto orbe diffusae, quid quaerimus litis nostrae iudicem hominem? Deum habemus; nondum praesidet in iudicio, iam praesidet in Evangelio.

“Escúchame, no soy hereje”. ¿Te desagrada la sentencia de aquel a quien la solicitaste? ¿Por qué? Porque sentenció en contra tuya. Si hubiera sentenciado a favor tuyo, su sentencia hubiera sido justa; pero como lo hizo contra ti, es injusta. Antes del juicio era bueno el juez al que dijiste: “No soy hereje, escúchame”. “Pero el procónsul juzgó, dice, según las leyes de los emperadores, no según la ley evangélica”. Aceptemos que fue así, que el procónsul juzgó según las leyes de los emperadores; pero si los emperadores sentencian injustamente contra ti, ¿por qué, dejando al procónsul, apelaste a su juicio? ¿Existían ya las leyes de los emperadores contra ti, o no existían aún? Si aún no existían, el procónsul no pudo juzgar conforme a ellas; y si ya existían, ¿iban a juzgar acaso los emperadores en favor tuyo contra sus propias leyes? Todavía más, te pregunto: “¿Cuáles son las leyes de los emperadores que van contra ti? Niega que son muchas las leyes de los emperadores contra ellos. ¿A qué se debe eso? ¿Cómo ocurrió? ¿Acaso os hemos perseguido nosotros acusándoos ante el emperador de numerosos males? Esto es lo que dicen a quienes engañan como a infelices inexpertos. En efecto, ocultan totalmente el proceso, tal como se llevó en su tiempo, a quienes quieren engañar. Pero por mucho que lo oculten se descubre, sale a la luz, se pregona, llega a conocimiento hasta de quienes no lo desean o rehúsan saberlo. La misma luz hiera a quienes cierran los ojos y no quieren verla. No les esté permitido encubrir lo manifiesto, huir de lo que es evidente ni ocultar lo que está a la luz. Apremiémosles con la verdad manifiesta. “Vosotros pedisteis el juicio del emperador”. –“Mentís, dice. Se conservan los documentos públicos”. Los mismos donatistas de la parte de Mayorino, el primero en ser ordenado en contraposición a Ceciliano, fueron ante Anulino, procónsul entonces, y le presentaron libelos acusatorios contra Ceciliano, firmados en piel, declarándose contra los crímenes de Ceciliano escritos en aquel libelo y solicitándole que enviase a la corte imperial su acusación. Se conserva la relación escrita por el procónsul Anulino al emperador Constantino, en que consta que se presentaron ante él hombre de la parte de Mayorino llevando consigo los libelos de acusación contra Ceciliano y pidiéndole que los enviara al emperador, y que él hizo lo que le pidieron. El emperador escribió a los obispos Milciades y Marcos, pasándoles a ellos aquel asunto eclesiástico y deshaciéndose personalmente de él. En la misma carta escribe el emperador que les pasó el documento que le había sido enviado por Anulino; a partir de aquella carta no se puede saber de qué documentos se trata, pero se conocen por la relación de Anulino, que hoy se encuentra en códices de dominio público. Posteriormente, el mismo Constantino escribe a Anulino para que encamine ambas partes a Roma para la celebración del juicio presidido por los obispos mencionados. Por último, también Anulino informa que él envió las partes contendientes. Vosotros, por lo tanto, recurrísteis al emperador; vosotros trasferísteis al poder humano un asunto eclesial. El fue mejor que vosotros, pues vosotros lo trasferísteis al emperador, y él, a los obispos, siendo ellos los primeros en acusar. Se profirió sentencia favorable a Ceciliano. Ellos, descontentos con la sentencia eclesiástica, comenzaron a murmurar, se presentaron de nuevo ante el emperador solicitando un tribunal imperial después de la sentencia episcopal. Les concedió otro tribunal eclesiástico en Arlés, y ellos mismos apelaron al emperador en persona desde este mismo juicio. Vencido por su impertinencia, quiso él mismo tomar en sus manos el asunto y conocerlo en persona. Lo tomó, lo conoció y declaró a Ceciliano absolutamente inocente, y desde este momento comenzaron las leyes de los emperadores contra ellos. ¿Qué tiene de extraño? ¿Te atreves a rechazar la sentencia de aquel de quien la solicitaste? ¿Por qué quisiste llevar el juicio a su competencia? Tenías la Iglesia en África; ¿no la tenías en todo el orbe de la tierra también? Mas ¿cómo ir al lugar de donde ya se habían separado? Ellos ya no estaban unidos a la Iglesia, pero sí al emperador, ante quien se llevaba el juicio. Por eso

él, en su mansedumbre, quiso que juzgaran los obispos, y después cedió a sus deseos hasta constituirse él mismo en juez. De entonces proceden las leyes contrarias a vosotros; ved si no contra vosotros. Ante todo, fuisteis vosotros mismos los responsables: vosotros fuisteis los primeros acusadores, vosotros los que, por último, apelasteis, y vosotros los que no cesáis de murmurar. “¿Acaso he sido vencido, dijo, con el Evangelio en la mano?” Fuiste vencido en aquel tribunal que tú mismo elegiste¹⁶⁵⁴.

Sermón 162 A, 9: “Pero no rechazamos la sentencia del Evangelio”. Ciertamente, aunque no lo dijera, nosotros la leeríamos, la sacaríamos a relucir, la manifestaríamos. Léase el Evangelio: veamos donde dice el Señor Jesucristo que está la Iglesia. Allí deben estar abiertos nuestros oídos y nuestros corazones; escuchémosle a él, que él nos diga donde está la Iglesia. Si dice que su Iglesia está en África, corramos todos al partido de Donato; si dice que está en todo el orbe de la tierra, vuelvan al

¹⁶⁵⁴ Iudicatus est modo Crispinus haereticus. Sed quid ait? Numquid evangelica sententia superatus sum? Inde se asserens victum non esse, quia proconsul contra illum iudicavit, non Christus. Si ergo iudicium hominis parvi pendit, quare a proconsule ad **imperatorem** appellavit? Ipsius proconsulis iudicium ipse flagitavit; ipse dixit: Audi me, non sum haereticus. Cuius iudicium flagitasti, eius iudicium displicet tibi? Quare? Quia contra te iudicavit. Si pro te iudicaret, bene iudicaret; quia contra te iudicavit, male iudicavit. Antequam iudicaret, bonus iudex erat, cui dixisti: Non sum haereticus, audi me. Sed iudicavit proconsul, inquit, secundum leges **imperatorum**, non secundum leges Evangelii. Ita fecerit, secundum leges **imperatorum** proconsul iudicaverit; si ergo male contra te iudicant **imperatores**, quare a proconsule ad eorum iudicium provocasti? Iam erant leges **imperatorum** contra te, an nondum erant? Si nondum erant, non secundum ipsas proconsul iudicavit; si iam erant, numquid pro te **imperatores** contra leges suas iudicaturi sunt? Deinde quaero abs te: Ipsae leges **imperatorum** quae sunt contra te? Quid factum est? doce me. Manifestum est enim, et non negatur, multas **imperatorum** leges esse adversus ipsos. Unde hoc contigit? Unde hoc factum est? Nos forte persecuti sumus, et multa mala **imperatoribus** de vobis diximus? Hoc quidem dicunt his, quos miseros decipiunt imperitos. Causam enim, quemadmodum illo tempore gesta est, penitus occultant eis quos decipere volunt. Sed, quantumlibet occultent, eruitur, patescit, publicatur, in notitiam profertur etiam invitorum et recusantium. Claudentes oculos, ac nolentes lucem videre, ipsa lux feriat. Non eis liceat dissimulare manifesta; non eis liceat averti a patentibus: non eis liceat aperta operire. Urgeamus eos manifesta veritate. Vos **imperatoris** iudicium flagitastis. Mentimini, inquit. Extant chartae publicae. Ipsi Donatistae de parte Maiorini, qui prior ordinatus est contra Caecilianum, adierunt proconsulem tunc Anulinum, et detulerunt libellos accusatorios de nomine Caeciliani, et in aluta signatos, dicentes se adversus Caecilianum crimina quae illo libello scripsissent, et rogantes ut ipsam accusationem eorum mitteret ad comitatum **imperatorii**. Extat relatio Anulini proconsulis scribentis ad **imperatorem** Constantinum, quod homines de parte Maiorini venerint ad illum cum libellis de accusatione Caeciliani, rogantes ut eosdem libellos mitteret **imperatorii**; et se dicit fecisse quod illi rogaverunt. Scripsit **imperator** ad Meltiadem episcopum et Marcum, transferens ad illos causam **ecclesiasticam**, et removens a se. In eisdem litteris scribit **imperator**, misisse se chartas missas ab Anulino; et in ipsis litteris ignoratur quae illae chartae sint, sed in relatione Anulini cognoscitur, quae hodie publicis codicibus continetur. Deinde scribit idem Constantinus ad Anulinum, ut partes Romam dirigat ad episcopale iudicium. Refert etiam Anulinus in extremo, misisse se partes. Vos ergo istis ad **imperatorem**; vos causam **Ecclesiae** ad humanam potestatem detulistis. Ille melior quam vos: vos enim ad **imperatorem** deferebatis, ille ad episcopos. Dicta est causa in episcopali iudicio, illis primo accusantibus. Prolata est sententia pro Caeciliano. Illi non contenti iudicio **ecclesiastico** murmurare coeperunt, rursus eundem **imperatorem** adierunt, post episcopale iudicium quaerentes **imperiale** iudicium. Dedit alterum **ecclesiasticum** apud Arelatum; ab ipso etiam iudicio illi ad ipsum **imperatorem** appellaverunt. Victus importunitate eorum, voluit et ipse causam suscipere atque cognoscere. Suscepit, cognovit, Caecilianum innocentissimum iudicavit; et iam omnes iussiones **imperatorum** contra illos. Quid mirum? Cuius iudicium flagitasti, eius sententiam recusare audes? Quare ad illum voluisti deferre iudicium? Habebas **Ecclesiam** in Africa; non habebas in toto orbe terrarum? Sed quo ibant, unde se iam ipsi praeciderant? Illi iam in **Ecclesia** non haerebant; sed imperator ibi haerebat, ad quem iudicium referebatur. Proinde ille mansuetissime episcopos voluit iudicare; et illis postea cessit, ut etiam ipse iudicaret. Inde sunt leges adversus vos; videte si non contra vos. Primo vos ipsi fuistis; vos primi accusatores, vos extremi appellatores, vos novissimi murmuratores. Numquid tamen, inquit, ex Evangelio superatus sum? Ex eo iudicio superatus es, quod tu ipse delegisti.

cuerpo los miembros amputados: la rotura de los ramos no es tal que no puedan ser injertados de nuevo. Tienes al apóstol Pablo que afirma: *Pero dices: “Se han desgajado las ramas, para ser injertado yo”.* Bien, se desgajaron por la incredulidad, y tú, en cambio, te mantienes en la fe. No te envanezcas, sino teme, pues si Dios no perdonó a las ramas naturales, tampoco a ti te perdonará. Se había desgajado los judíos cual ramas naturales y fueron injertados los gentiles cual acebuche en el olivo¹⁶⁵⁵.

Sermón 162 A, 10: El muestra la Iglesia en infinidad de lugares; pero voy a recordar uno solo. Sabéis, hermanos, que después de la resurrección se manifestó a sus discípulos, les descubrió sus cicatrices, se prestó a que le tocasen y no sólo a que le viesen. Sin embargo, ellos, teniéndole en sus manos, tocándole y reconociéndole, en medio de la alegría aún dudaban, como nos enseña el Evangelio, al que es necesario creer y al que no creer es perverso. El Señor dio seguridad con la Escritura a quienes en medio del gozo aún estaban indecisos y en la duda: Les dijo: *Esto era lo que os decía cuando aún estaba con vosotros: que convenía que se cumpliera cuanto estaba escrito de mí en la ley, en los profetas y los salmos. Entonces les abrió la inteligencia para que comprendieran las Escrituras y les dijo: Así, pues, convenía que Cristo padeciera, resucitase al tercer día y en su nombre se predicase la penitencia y el perdón de los pecados en todos los pueblos, comenzando por Jerusalén.* Allí no estás tú, allí estoy yo. ¿Por qué esperas que un hombre te juzgue desde un tribunal? Escucha a Cristo en el Evangelio: *En todos los pueblos, dice, comenzando por Jerusalén.* ¿Estás tú allí? ¿Estás en comunión con todos los pueblos? ¿Estás en comunión con aquella Iglesia que se ha difundido por todos los pueblos, comenzando por Jerusalén? Si estás en comunión, allí estás, estás en la vid, no te has desgajado; pues la vid que creció y llenó todo el orbe de la tierra es el cuerpo de Cristo, la Iglesia de Cristo, cuya cabeza está en el cielo. En cambio, si no estás en comunión más que con los africanos, y desde África envías a escondidas a los que puedes para que consuelen a los peregrinos, ¿no te encuentras anclado en una parte y desgajado del conjunto? ¿Qué dijiste ante el tribunal del procónsul? –“Soy católico”. Son palabras textuales; constan en las actas. Si eres católico, ten la totalidad; “holon” significa el todo, y a la Iglesia se la llama católica porque está por todas partes. ¿Se la ha llamado, acaso “catamérica” y no católica? “Meros” significa parte, y “holon” la totalidad; con palabra griega se la llama católica, es decir, según la totalidad. Así, pues, ¿estás en comunión con todo el mundo? “no”, responde. Entonces estás en una parte; ¿cómo, pues, eres católico? Grande es la diferencia entre el todo y la parte, de donde se deriva el nombre de católica. Tú recibiste el nombre del partido de Donato; la católica lo recibió de todo el orbe de la tierra. Pero ¿acaso somos nosotros los que decimos que estamos en todo el mundo, y no Dios? Mencioné antes el Evangelio; en él leí: *En todos los pueblos comenzando por Jerusalén.* ¿No llegó desde allí al África? Si, pues, comenzó en Jerusalén, llegó hasta allí llenando todo, no secándolo. ¿Quién hay que diga: “Desde la fuente se hizo un canal para que llegase el agua hasta mí, se secó el camino, pero llegó a mí”? Si se secó en el camino, ¿por dónde llegó hasta ti? Llenando todo, sin duda, llegó hasta ti. Canal ingrato, ¿por

¹⁶⁵⁵ Sed non recusamus Evangelii sententiam: plane, etsi non diceret, nos legeremus, nos erueremus, nos ostenderemus. Recitetur Evangelium; videamus ubi esse dicit **Ecclesiam** Dominus Iesus Christus. Illi certe et aures nostrae et corda patere debent; ipsum audiamus, dicat nobis, **Ecclesia** ubi sit. Si in Africa esse dixerit **Ecclesiam** suam, omnes confluamus in partem Donati; si in toto terrarum orbe dixerit **Ecclesiam** suam, redeant ad corpus membra praecisa; non enim sic fracti sunt rami, ut denuo inseri non possint. Habes apostolum Paulum dicentem: *Sed dicitis: Fracti sunt rami, ut ego inserar. Bene. Propter incredulitatem fracti sunt; tu autem fide stas. Noli altum sapere, sed time. Nam, si Deus naturalibus ramis non pepercit, neque tibi parcat.* Fracti enim erant Iudaei, tamquam rami naturales, et insertae erant **gentes**, tamquam oleaster in olivam.

qué blasfemas contra la fuente? Si ella no mana, no te llenas. Pero tema que tú te hayas secado; por necesidad todo canal desconectado de la fuente se seca. De su áspera sequedad procede el que hablen contra la Iglesia; hablaría con suavidad si estuviesen húmedos. “Soy católico”. ¿Qué significa católico? ¿Hombre de Numidia? Voy a preguntar cuando menos a los griegos, pues católico no es una palabra púnica, sino griega; busca un intérprete. Con razón te equivocas en la lengua tú que no estás en comunión con todas las lenguas¹⁶⁵⁶.

Sermón 162 A, 11: También ellos, en verdad, confiesan que el Espíritu Santo se comunica a los fieles; también nosotros decimos esto, lo creemos y afirmamos que sólo en la Iglesia católica tiene lugar. Sean, pues, ellos católicos; allí se comunica el Espíritu Santo; seamos católicos nosotros; aquí se comunica el Espíritu Santo. No busquemos ahora la diferencia, ni quiénes son católicos: lo que está claro es que se otorga el espíritu. ¿Por qué ahora no hablan las lenguas de todos quienes reciben el Espíritu Santo, sino porque entonces se indicaba figuradamente en unos pocos lo que después se manifestaría en la totalidad? ¿Qué preanunció el Espíritu Santo, conmoviendo los corazones de aquellos a quienes había llenado entonces y enseñándoles todas las lenguas? Un hombre apenas aprende dos o tres lenguas, ya sea mediante maestros, ya por la presencia frecuente en algunas regiones en las que se hablan; o, como mucho, tres o cuatro. Quienes habían sido llenos del Espíritu Santo las hablaban todas, y ciertamente de forma instantánea, sin el aprendizaje paulatino. ¿Qué mostraba, entonces, el Espíritu? Dime por qué ahora no hace lo mismo, sino porque entonces lo hacía significando algo. ¿Qué significaba, sino que el Evangelio se iba a extender por todas las lenguas? Me atrevo a decir que también ahora la Iglesia habla todas las lenguas, pues en todas ellas

¹⁶⁵⁶ **Ecclesiam** innumerabilibus locis ostendit; sed tamen commemorem unum aliquod. Post resurrectionem, nostis, fratres, ostendit se discipulis suis, cicatrices demonstravit, palpandum praebuit, non solum videndum. Illi autem tenentes, et palpantes, et agnoscentes, adhuc tamen prae gaudio haesitabant, sicut Evangelium nos docet, cui oportet credere, cui nefas est non credere. Dominus autem adhuc haesitantibus prae gaudio et dubitantibus intulit firmitatem de Scripturis, et ait: *Haec dicebam vobis, cum adhuc essem vobiscum, quia oportet impleri omnia quae scripta sunt in Lege et Prophetis et Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, ut intellegerent Scripturas, et dixit eis: Quia sic oportebat Christum pati, et resurgere tertia die, et praedicari in nomine eius paenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem.* Ibi tu non es, ibi ego sum. Quid exspectas hominem, qui de te iudicet de tribunali? Audi Christum de Evangelio. *Per omnes gentes*, inquit, *incipientibus ab Ierusalem.* Tu ibi es? Communicas omnibus *gentibus*? Communicas ei **Ecclesiae**, quae diffusa est per omnes *gentes*, incipiens ab Ierusalem? Si comunicas, ibi es, in vite es, praecisus non es; ipsa est enim vitis, quae crevit et implevit totum orbem terrarum, corpus Christi, **Ecclesia** Christi, cuius caput in caelo. Si autem non comunicas nisi Afris, et de Africa quo potueris clanculo mittis qui consolentur peregrinos, non te invenis in parte remansisse, a toto praecisum esse? Quid dixisti in iudicio proconsulis? Catholicus sum. Vox est ipsius; de *Gestis* recitatur. Catholicus totum tene; holon enim totum est, et inde appellata est **Ecclesia** catholica, quia per totum est. Numquid catamerica dicta est, et non catholica? Meros enim pars est, holon totum est; de graeco verbo dicta est "catholica", secundum totum. Ergo comunicas universo? Non, inquit. Ergo in parte es; quomodo catholicus es? Multum interest inter totum et partem, unde accipit nomen catholica. Tu enim accepisti nomen de parte Donati; catholica nomen accepit ab universo orbe terrarum. Sed nos dicimus in universo esse, et Deus forte non dicit? Evangelium commemoravi, ex Evangelio recitavi. *Per omnes gentes*, inquit, *incipientibus ab Ierusalem.* Non inde venit ad Africam? Si enim coepit ab Ierusalem, implendo omnia venit ad te, non siccando. Quis est qui dicat: Ductus est rivus de fonte, ut veniret ad me; siccavit in via, et pervenit ad me? Si in via siccavit, ad te qua pervenit? Utique implendo omnia pervenit ad te. Ingrate rive, quare fontem blasphemus? Nisi manaret, non impleretur. Sed timeo, ne tu siccaveris; etenim omnis rivus a fonte praecisus siccet necesse est. De siccitate aspera loquuntur adversus **Ecclesiam**; lenia loquerentur, si rigarentur. Catholicus sum. Quid est: Catholicus? Homo de Numidia? Interrogo saltem Graecos. Non est utique "catholicus" verbum punicum, sed verbum graecum; interpretem quaere. Merito erras in lingua, qui non consentis omnibus linguis.

proclama el Evangelio, y lo que acabo de decir de los miembros lo repito a propósito de las lenguas. Como el ojo dice: “El pie anda por mí”, y el pie dice: “El ojo ve por mí”, también yo digo: “El griego es mi lengua, y el hebreo, y la siriaca: la misma fe las abarca a todas y a todas las incluye la unidad de la caridad”. Lo que el Señor manifestó, lo habían predicho los profetas: *Su voz se difunde por toda la tierra, y sus palabras, hasta los extremos del orbe*. He aquí hasta dónde llegó el crecimiento de la Iglesia, que recibe el nombre de católica, de *todo*. Advierte también que todas las lenguas se extendieron por la totalidad de las tierras: *No hay lenguajes ni palabras cuyas voces no se oigan* ¹⁶⁵⁷.

Sermón 162 A, 12: Esta es la Iglesia que tengo yo y tú no; si, pues, estás desgajado, reconoce el tronco del que te has separado. Vuelve a él e injértate para no secarte y ser arrojado al fuego. Los profetas, los apóstoles, el Señor, todos hablan de la Iglesia extendida por todo el orbe. Todos ellos dictan sentencia contra ti. Del tribunal del procónsul recurres al del emperador; ¿a cuál vas a recurrir desde el del Evangelio? ¿Acaso a Donato? ¿Sentenciará Donato contra Cristo, o es más bien Cristo quien juzga a Donato? ¿Qué puede decirte Donato? “Yo prediqué a mi Cristo en África”. ¿Qué va a decirte? ¿Acaso: “Me he puesto en lugar de Cristo” y “Soy el sustituto de Cristo”? Sólo esto le queda por decir, pues se atrevió a separar a los hombres del cuerpo, porque se constituyó en sustituto de Cristo. He aquí la sentencia de Cristo, he aquí lo que dicen los evangelios: *En todos los pueblos, comenzando por Jerusalén*. Comenzó en Jerusalén: allí descendió el Espíritu Santo; allí estaban los apóstoles, cuando bajó sobre ellos; allí comenzó a predicarse el Evangelio, allí a extenderse por todos los pueblos y desde allí llegó luego al África. ¿Abandonó a los de este lugar a donde llegó después? No los abandonó a no ser por voluntad de ellos, pues también nosotros somos africanos; con toda certeza permanece en los católicos africanos el Evangelio que llegó al África, de la misma manera que permanece en todos los pueblos. En todos los pueblos hay herejes, unos allí, otros aquí, y no son conocidos los africanos por quienes están en aquellos pueblos. Han sido arrancados de la vid. La católica los conoce a todos, pero ellos no se conocen a sí mismos. He aquí que la vid de la que han sido cortados los sarmientos los conoce a todos, pero ellos no se conocen a sí mismos. He aquí que la vid de la que han sido cortados los sarmientos los conoce a todos, a los que permanecen en ella y a los

¹⁶⁵⁷ Spiritus quando venit de caelo, et implevit eos qui in Christum crediderant, omnibus linguis locuti sunt; et hoc erat signum illo tempore accepisse Spiritum Sanctum, si quis linguis omnium loqueretur. Numquid modo fidelibus non datur Spiritus Sanctus? Absit ut hoc credamus, alioquin spem non habebimus. Et illi utique fatentur dari fidelibus Spiritum Sanctum; et nos hoc dicimus, hoc credimus, hoc maxime et in sola **Ecclesia** catholica fieri assentamur. Sed illi sint Catholici, illic datur Spiritus Sanctus; nos simus Catholici, hic datur Spiritus Sanctus; modo quid intersit non quaeramus, qui sint Catholici; manifestum est quia datur Spiritus Sanctus. Quare modo linguis omnium non loquuntur, qui Spiritum Sanctum accipiunt, nisi quia tunc in paucis figurabatur, quod postea in omnibus ostenderetur? Quid enim praenuntiavit Spiritus Sanctus, commovens corda eorum quos tunc impleverat, et docens eos linguas omnes? Vix discit homo duas aut tres, aut per magistros, aut per regiones in quibus versatur aliqua consuetudine; ut multum tres aut quattuor linguas. Omnibus linguis loquebantur, qui impleti a Sancto Spiritu erant; verum et locuti repente, non paulatim discentes. Quid ergo tunc ostendebat Spiritus? Dic mihi, quare modo hoc non facit, nisi quia aliquid significando faciebat? Quid significabat, nisi Evangelium per omnes linguas futurum? Audeo dicere, et modo loquitur **Ecclesia** omnibus linguis; in omnibus enim linguis clamat Evangelium; et quod modo dicebam de membris, hoc dico et de linguis. Et quomodo dicit oculus: Mihi ambulat pes, sic et pes dicit: Mihi videt oculus; sic et ego dico: Lingua mea est Graeca, lingua mea est Hebraea, lingua mea Syra; omnes enim una fides tenet, omnes enim una caritatis compago concludit. Quod per Dominum demonstratum est, hoc per Prophetas ante praedictum est: *In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum*. Ecce quousque crevit **Ecclesia**, quae appellatur a toto Catholica. Et vide quia omnes linguae ierunt per omnes terras: *Non sunt loquelae neque sermones, quorum non audiantur voces eorum*.

cortados. He aquí que la Iglesia católica está difundida por doquier. Aquellos sarmientos quedaron en el mismo lugar en que fueron cortados; no pudieron llegar a unas partes y a otras. La católica, en cambio, extendida por doquier, por doquier tiene los suyos y por doquier llora los cortados. A todos grita para que vuelvan y se injerten. Su grito no es escuchado, pero, no obstante, sus pechos caritativos no cesan de manar con la exhortación. Se preocupa de los sarmientos cortados; en África llama a los donatistas, en Oriente levanta su voz contra los arrianos, contra los fotinianos, contra éstos y aquéllos. Como está extendida por todas partes, en todas partes encuentra a quienes llamar, porque estaban en ella y de ella se separaron. Comenzaron a ser sarmientos estériles y fueron cortados; si no permanecen en la infidelidad, serán injertados de nuevo. Escuchad esto, hermanos, con temor, de forma que no os vanagloriéis; con caridad, de modo que oréis por ellos también. Vueltos al Señor...¹⁶⁵⁸

Sermón 164, 8: Eres así, y quizá está de pie junto a ti en el pueblo de Dios un avaro y ladrón, suspirando por cosas ajenas. Aunque sabes que es así, dado que es un fiel o, mejor, que se llama fiel, no puedes expulsarle de la iglesia, no tienes posibilidad alguna de corregirlo mediante el castigo o el reproche; se acercará a tu lado al altar, pero no temas: *Cada cual llevará su propia carga*. Acuérdate del Apóstol para acercarte tranquilo: *Cada uno llevará su propia carga*. Solamente has de procurar que no te diga: “Ayúdame a llevarla”, pues si quisieras participar de su avaricia, el peso no disminuirá, sino que os agobiará a los dos. Que él, pues, puje por su carga, y tú, por la tuya, puesto que cuando el Señor sacudió de tus hombros tal peso, te impuso otro: sacudió el peso de la ambición, y te impuso el de la caridad. Así, pues, cada cual lleva su propia carga, mala el malo y buena el bueno, según sus ambiciones¹⁶⁵⁹.

¹⁶⁵⁸ Hanc ergo **Ecclesiam** teneo, tu illam non tenes; si ergo praecisus es, agnosce unde praecisus es. Redi, et inserere, ne arescas, et in ignem mittaris. Loquuntur Prophetae, loquuntur Apostoli, loquitur Dominus de **Ecclesia** toto orbe diffusa: contra te dicunt omnes isti sententiam. A proconsole ad **imperiale** iudicium: ab Evangelio, quo? An forte ad Donatum? Donatus iudicabit contra Christum, an Donatum iudicat Christus? Quid tibi dicturus est Donatus? Ego Christum meum praedicavi de Africa. Quid dicturus? An: Me pro Christo opposui, et ego Christo successi? Hoc restat ut dicat, quia a corpore praecidere ausus est homines, quia Christo successit. Ecce Christi sententia, ecce Evangelia. *Per omnes gentes*, inquit, *incipiens ab Ierusalem*. Coepit ab Ierusalem: ibi venit Spiritus Sanctus; ibi erant Apostoli, quando in illos supervenit; inde coepit Evangelium praedicari, inde diffundi per omnes **gentes**, inde postea venit in Africam. Quo postea venit, ipsos deseruit? Immo non deseruit, si nolint. Nam et nos Afri sumus; utique Evangelium, quod venit in Africam, manet hic in catholicis Afri, quomodo in omnibus **gentibus** manet. Nam et per omnes **gentes** sunt haeretici, alii ibi, alii hic; et non sunt noti Afri, qui sunt in illis **gentibus**. De vite praecisi sunt. Catholica enim novit omnes; ipsi se non noverunt. Etenim vitis, unde sarmenta praecisa sunt, novit omnia sarmenta, et quae in se manent, et quae de se praecisa sunt. Etenim ubique diffusa est **Ecclesia** catholica. Illa sarmenta, ubi praecisa sunt, ibi remanserunt; ad alias partes et alias partes pervenire non potuerunt. Illa autem ubique diffusa, ubique tenet suos, ubique plangit praecisos; clamat ad omnes, ut revertantur et inserantur. Clamor eius non auditur, sed tamen ubera caritatis manare exhortatione non quiescunt. Sollicita est pro praecisis; clamat in Africa ad Donatistas, clamat in Oriente adversus Arianos, adversus Fotinianos, adversus alios atque alios. Quia enim ubique diffusa est, ubique invenit, contra quos clamat; quia in illa erant, et de illa praecisa sunt. Sarmenta coeperunt infructuosa esse, et praecisa sunt; si non permaneant in infidelitate, rursus inserentur. Haec audite, fratres, cum timore, ne superbiatis; cum caritate, ut etiam pro illis oretis. Conversi ad Dominum.

¹⁶⁵⁹ Talis es, et forte in **populo** Dei stat iuxta te avarus raptor, inhians rebus alienis. Quem nosti talem, et fidelis est, vel potius fidelis vocatus, non eum potes de **Ecclesia** pellere, non habes aliquem aditum castigando et corripiendo corrigere, accessurus est tecum ad altare; noli timere: *Unusquisque proprium onus portabit*. Memento Apostoli, ut securus accedas: *Unusquisque proprium onus portabit*. Tantummodo non tibi dicat: Porta mecum. Nam si cum illo communicare volueris avaritiam, onus non minuetur, sed duo gravabuntur. Portet ergo sarcinam suam, et tu tuam: quoniam quando ex humeris Dominus tuus talem sarcinam excussit, alteram imposuit; excussit cupiditatis, imposuit caritatis. Ergo secundum cupiditates suas unusquisque sarcinam suam portat, malus malam, bonus bonam.

Sermón 164, 11: “Pero yo, dices, no comulgo con los pecados ajenos”. ¡Como si yo te dijera: “Ven, participa de los pecados de otros”! No es eso lo que te digo; sé muy bien lo que dijo el Apóstol, y eso afirmo yo. No debías haber desertado de la grey de Dios, formada de ovejas y cabritos al mismo tiempo, por los pecados ajenos, aunque fuesen verdaderos y no fuesen mayores los tuyos; no debías haber abandonado la era del Señor mientras dura la trilla de la paja ni haber roto sus redes hasta que no se hayan traído a la orilla los peces buenos y malos. “¿Y cómo, dices, voy a soportar a quien sé que es malo?” ¿No es mejor soportarle a él que excluirte a ti mismo? Advierte cómo has de soportarlo; si pones atención a lo que dice el Apóstol, a saber: *Cada uno llevará su propia carga*, esta frase significa tu liberación. No participarías con él en su avaricia, sino en la mesa de Cristo. ¿Qué daño te causaría participar con él en ella? Dice el Apóstol: *Pues quien come y bebe indignamente, come y bebe su propia condenación*. El, no tú. Si has sido constituido juez, si has recibido poder de juzgar, si le acusan ante ti y resulta convicto del pecado mediante pruebas y vestigios verídicos, castígale, corrígele, excomúlgale, degrádale, en conformidad con la norma eclesiástica. Haya tolerancia, pero sólo hasta donde lo permita el mantenimiento de la disciplina¹⁶⁶⁰.

Sermón 164, 12: “Pero, dicen, Ceciliano fue condenado”. ¿Condenado? ¿Por quiénes? “En un primer momento estando él ausente; luego, fue declarado inocente por los traidores”. Son alegatos incluidos en las actas; todo está probado. Sin duda intentaron debilitar la fuerza de la verdad y se esforzaron cuanto pudieron por nublar su claridad con las nubes de las disputas inútiles. Pero se hizo presente el Señor, y su claridad venció a sus nubes. Y ved cómo sin saberlo absolvieron a la Iglesia del orbe de la tierra, en cuya comunión nos alegramos quienes estamos en ella. No es a nosotros mismos, sino a ella a quien protegemos, defendemos y obtenemos, al defender la era del Señor. Es por ella por la que yo levanto la voz. No te preocupe quién sea yo dentro de ella; espero el bieldo. No quiero, repito, que te preocupes de ello; o si quieres preocuparte del hermano, no lo hagas litigando, para poder sanarlo. Preocúpate de la paja, si puedes; pero no abandones el trigo, si no puedes ocuparte de la paja. Llegará el momento en que también la paja sea arrojada de la era del Señor; alguna vez también el grano, pero no muy lejos. Hay obreros buenos que recorren los entornos de la era, y a los granos arrojados fuera, una vez limpiados un poco, los impulsan y hacen venir de nuevo a la era, ya sea trayéndolos, ya coaccionándolos. Instrumentos de limpieza son las leyes mundanas. Hazlos venir; trae el trigo juntamente con la tierra, no sea que a causa de la tierra perezca el trigo. “Ceciliano fue condenado”, dicen. Fue condenado una vez estando ausente; fue absuelto tres veces estando presente. Ya les respondimos y, en la medida de nuestras fuerzas, a esos hombres rudos expusimos de forma breve cuál fue su modo de actuar y les dijimos: “¿Por qué sacáis a relucir el concilio de setenta obispos dictando sentencia contra Ceciliano que estaba ausente?” Muchas

¹⁶⁶⁰ Sed ego, inquis, non communico peccatis alienis. Quasi hoc tibi dicam: Veni, communica peccatis alienis. Non hoc dico, novi quid dicat Apostolus; sed illud dico. Propter peccata aliena, si vera essent, et non tua magis essent, gregem Dei mixtum ovibus et haedis non desereres; aream dominicam, quamdiu palea trituratur, non relinqueres; retia dominica quamdiu bonos et malos pisces ad littus trahunt, non disrumperes. Et quomodo, inquis, ferrem quem novi malum? Nonne melius ipsum ferres, quam te foras efferres? Ecce quomodo ferres: si attenderes Apostolum dicentem: *Unusquisque proprium onus portabit*; liberaret te ista sententia. Non enim cum illo communicares avaritiam, sed communicares cum illo Christi mensam. Et quid tibi obesset, si cum illo communicares Christi mensam? Apostolus dicit: *Qui enim manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit. Sibi*, non tibi. Sane si iudex es, si iudicandi potestatem accepisti, **ecclesiastica** regula, si apud te accusatur, si veris documentis testibusque convincitur, coerce, corripes, excommunicas, degrada. Sic vigilet tolerantia, ut non dormiat disciplina.

sentencias fueron dictadas contra Primiano, ausente también él, por el concilio de los maximianistas. Les hemos repetido: “En su ausencia, condenaron ellos a Ceciliano; y en su ausencia condenaron éstos a Primiano”. Como éstos no pudieron prejuzgar a Primiano ausente, así tampoco aquellos pudieron prejuzgar a Ceciliano también ausente¹⁶⁶¹.

Sermón 164, 14: Digan a sus seguidores: “Juntos estuvimos en el error, juntos salgamos de él”. Fuimos vuestros guías hacia la fosa y nos seguisteis hasta ella; seguidnos también ahora que os conducimos a la Iglesia”. ¡Ojalá pudieran decir esto, aunque fuera a gente indignada y airada! También estos depondrían alguna vez la ira y amarían la unidad! ¡Aunque sea tarde!¹⁶⁶²

Sermón 164 A: Pongan esos atención a lo que ya antes mencioné, pues sin duda son pecadores y malvados en grado sumo quienes odian y persiguen a la Iglesia, de los cuales, no obstante, se dice: *Haced el bien a quienes os odian*, y esto se apuntala con el ejemplo de Dios Padre, *que hace salir un sol sobre buenos y malos y llueve sobre justos e injustos*.

Por ello, no acojamos a los pecadores por ser pecadores; pero, no obstante, tratémoslos con delicadeza humana por sí mismos, puesto que también son hombres. Persigamos en ellos su propia maldad y tengamos piedad de nuestra común condición. Y así, *mientras tenemos tiempo, no nos cansemos de hacer el bien a todos, pero especialmente a los hermanos en la fe*¹⁶⁶³.

Sermón 168, 6: Finalmente, una vez que este Saulo se hubo convertido, derribado por una voz y levantado, derribado el perseguidor y levantado el predicador;

¹⁶⁶¹ *Caecilianus absens et innocens damnatur. Leges imperatorum contra Donatistas. Caecilianus ter absolutus. Primianus. Sed damnatus est, inquit, Caecilianus. Damnatus? A quibus? Primo absens, deinde a traditoribus innocens. Allegata sunt ista, gestis inserta, probata sunt. Enervare quidem vires veritatis conati sunt, et inanium nebulis prosecutionum eius serenitatem nebulare, quantum potuerunt, enisi sunt. Adfuit Dominus, vicit serenitas eius nebulas eorum. Et videte quomodo nescientes absolverunt **Ecclesiam** orbis terrarum, cuius communionem gaudemus, qualescumque in ea simus. Non ipsos nos, sed ipsam tuemur, defendimus, obtemus, aream dominicam defendendo, pro area dominica clamor. Tu quis in ea sim, nolo cures; ventilabrum exspecto. Nolo, inquam, hoc cures; aut si curare vis, noli cum lite curare, ut possis fratres sanare. Cura paleam, si potes; sed triticum noli relinquere, si paleam curare non potes. Excutiuntur aliquando de area dominica et paleae; interdum et grana, sed non longe. Sunt autem operarii boni, circumueunt aream, et ea quae foris excussa sunt, quibusdam mundatoriis trahunt et revocant in aream, etsi trahendo, etsi cogendo. Mundatoria instrumenta sunt leges istae mundanae. Revoca, etiam cum terra trahe triticum, ne propter terram pereat triticum. Damnatus est, inquit, Caecilianus. Damnatus est semel absens, ter absolutus est praesens. Respondimus eis; et homines indociles, quantum potuimus, breviter de suis factis admonuimus, et diximus: Quid recitatis contra Caecilianum concilium septuaginta episcoporum, sententias in absentem proferentium? Plures prolatae sunt a Maximianistarum concilio contra absentem Primianum. Diximus: Absens ab illis damnatus est Caecilianus, absens ab istis damnatus est Primianus. Quomodo isti non praeiudicant absentem Primiano, sic et illi praeiudicare non potuerunt absentem Caeciliano.*

¹⁶⁶² Dicant suis: Simul erravimus, simul ab errore recedamus. Duces vobis fuimus ad foveam, et secuti estis cum duceremus ad foveam; et nunc sequimini cum ducimus ad **Ecclesiam**. Possent ista dicere; indignantibus dicerent, iratis dicerent, aliquando et illi ponerent indignationem, amarent vel sero unitatem.

¹⁶⁶³ quia utique peccatores et maxime scelerati sunt, qui oderunt et persequuntur **Ecclesiam**, de quibus tamen dicitur: *Bene facite his qui oderunt vos*. Et hoc exemplo Dei patris astruitur, *qui facit solem suum oriri super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos*. Non ergo suscipiamus peccatores propter quod sunt peccatores, sed tamen eos ipsos, quia et homines sunt, humana consideratione tractemus. Persequamur in eis propriam iniquitatem, misereamur communem conditionem. Et sic *infatigabiles, cum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei*.

después que comenzó a anunciar la fe que antes devastaba, ¿qué dijo de sí mismo? *Era desconocido para las Iglesias de Cristo en Judea; sólo oían decir: "El que en otro tiempo nos perseguía, ahora anuncia la fe que entonces devastaba", y en mí glorificaban a Dios*¹⁶⁶⁴.

Sermón 168, 7: ¿Qué es Pablo? El menor. *Pues yo soy el menor de los apóstoles.* He aquí lo que es Pablo. En efecto, el término latino *paulum* significa poco, pequeño. En este sentido lo utilizamos al decir: "Dentro de poco te veré" o "dentro de poco haré aquello". ¿Qué significa "dentro de poco"? Dentro de un breve espacio de tiempo. ¿Por qué, pues, se llama Pablo? Porque es pequeño; pequeño, porque es el último. *Yo, dice, soy el último de los apóstoles y no soy digno de ser llamado apóstol, porque perseguí a la Iglesia de Dios.* Dices bien; desde el estado en que merecías ser condenado, de él recibiste lo que hace que merezcas ser coronado. ¿De quién recibiste lo que te hace acreedor de la coronación? ¿Queréis oír de quien lo recibió? No me escuchéis a mí, sino a él: *No soy digno, dice, de ser llamado apóstol, porque perseguí a la Iglesia de Dios; mas por la gracia de Dios soy lo que soy.*¹⁶⁶⁵

Sermón 169, 5: *Hebreo hijo de hebreos; por lo que respecta a la ley, fariseo, y por celo de ella, perseguidor de la Iglesia.* Entre sus méritos enumera el haber sido perseguidor: *Por celo,* dijo. ¿Qué celo? "No era, dice, un judío holgazán: cualquier cosa que me pareciese contraria a mi ley la soportaba con impaciencia y la perseguía acremente". Esta era su nobleza frente a los judíos, pero ante Cristo busca la humildad. Por eso allí era Saulo y aquí es Pablo. Saulo es un nombre derivado de Saúl, y ya sabéis quién fue Saúl: fue elegida su estatura de prócer. La Escritura le describe como el más alto de todos en el momento de ser elegido rey. Pablo no lo era, pero se convirtió en lo que significa su nombre. En efecto, *Paulus*, significa pequeño, y Pablo, poca cosa. Así, pues, *por celo, perseguidor de la Iglesia.* Comprendan los hombres cómo fui en cuanto judío, yo que perseguía a la Iglesia por celo de las tradiciones paternas¹⁶⁶⁶.

Sermón 169, 9: De aquí procedía también el perseguir a la Iglesia emulando las tradiciones paternas, es decir, el establecer la propia justicia en lugar de buscar la de

¹⁶⁶⁴ Denique posteaquam Saulus iste conversus est, una voce elisus et levatus, elisus persecutor, levatus praedicator; posteaquam coepit evangelizare fidem quam aliquando vastabat, quid de se dixit? *Eram autem ignotus facie Ecclesiis Iudaeae, quae sunt in Christo; tantum autem audiebant, quia is qui aliquando nos persequabatur, nunc evangelizat fidem quam aliquando vastabat; et in me magnificabant Deum.*

¹⁶⁶⁵ Quid est Paulus? " Minimus ". *Ego enim sum minimus Apostolorum.* Ecce quid est Paulus. Paulum enim latine " modicum " est. Sic loquimur quando dicimus: Post paulum video te; paulo post facio illud. Quid est: " paulo post "? Modico post; post paulum, post modicum. Quare ergo Paulus? Quia modicus. Modicus, quia novissimus. *Ego enim sum, inquit, novissimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei.* Bene dicis; unde debuisti damnari, ab eo accepisti unde debeas coronari. A quo accepisti, unde debeas coronari? A quo accepit, vultis audire? Nolite me, ipsum audite: *Non sum, inquit, dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei; sed gratia Dei sum id quod sum.* Ergo quod eras, iniquitate tua eras; quod es, gratia Dei es.

¹⁶⁶⁶ *Hebraeus ex Hebraeis, secundum legem Pharisaeus, secundum aemulationem persequens Ecclesiam.* Inter merita sua commemorat quod fuerit persecutor: *secundum aemulationem,* inquit. Quam aemulationem? Non eram, inquit, piger Iudaeus; quidquid erat quod Legi meae adversarium videretur, impatienter ferebam, acriter insequer. Haec apud Iudaeos nobilitas; sed apud Christum quaeritur humilitas. Ideo ibi iste Saulus, hic Paulus. Saulus a Saule nomen derivatur. Qui fuerit Saul, nostis; ipsius electa est statura proceris. Sic eum describit Scriptura, quod supereminens esset omnibus, quando electus est ut ungeretur in regem. Non fuit sic Paulus, sed factus Paulus. Paulus enim parvus, ideo Paulus modicus. Ergo: *Secundum aemulationem,* inquit, *persequens Ecclesiam.* Hinc intellegant homines, qualis apud Iudaeos fuerim, qui Christi **Ecclesiam** persequer aemulatione traditionum paternarum.

Dios. Ved, pues, por qué perseguía a la Iglesia. *¿Qué diremos, pues?*, pregunta en otro lugar el mismo Apóstol. *Los gentiles que no buscaban la justicia la alcanzaron*. Pero ¿cuál? *La justicia que viene de la fe*. Los gentiles no buscaban la justicia que proviene de la ley como si fuera la suya propia, justicia que brota del temor del castigo, no del amor a la misma justicia; mas, puesto *que no la buscaban, alcanzaron la justicia, pero la justicia que viene de la fe*. En cambio, *Israel que iba tras la ley de la justicia, no llegó a ella*. ¿Por qué? Porque no buscaba la que viene de la fe. No puso su esperanza en Dios, no la esperó de Dios, no se la pidió a Dios, no creyó en quien justifica al impío; no se hizo semejante al publicano aquel que, vueltos los ojos a tierra y golpeando su pecho, decía: *Señor, séme propicio, que soy pecador*. Por lo tanto, *aunque iba tras la ley de la justicia, no llegó a ella*. ¿Por qué? Porque no la buscaba en la fe, sino, en cierto modo, en las obras. *Tropezaron en la piedra*. He aquí por qué perseguía Pablo a la Iglesia. Cuando esto hacía tropezaba en la piedra. Cristo, en su humildad, yacía en la tierra; él mismo estaba sin duda también en los cielos, a donde había elevado su carne resucitada de entre los muertos; pero si no yaciera en tierra no hubiese gritado a Pablo: *¿Por qué me persigues?* Así, pues, uno yacía porque llevaba por delante la humildad, y el otro tropezaba porque no veía. ¿Y a qué se debía ese no ver? A la hinchazón de la soberbia. ¿Qué es la hinchazón de la soberbia? La justicia propia. Propia, aunque proceda de la ley. ¿Qué significa este “de la ley”? Que se origina del cumplimiento de sus preceptos. ¿Qué significa “propia”? Que se debe a las propias fuerzas. Estaba ausente el amor, el amor a la justicia, el amor a la caridad de Cristo. ¿Y de dónde le vino el amor? Era presa del temor, pero reservaba en su corazón un lugar para la futura caridad. En la plenitud de su furor soberbio y jactancioso, cuando se gloriaba ante los judíos de perseguir a la Iglesia llevado por el celo de las tradiciones paternas, cuando más encumbrado se creía, escuchó de lo alto la voz de nuestro Señor Jesucristo, sentado ya en el cielo, pero recomendando todavía la humildad: *“Saulo, dijo, ¿por qué me persigues? Duro es para ti dar coces contra el aguijón.”*¹⁶⁶⁷

Sermón 169, 16: Poseía la fe, la virtud, la esperanza; ardía de caridad, obraba milagros, predicaba invictamente, soportaba toda clase de persecuciones, era paciente con todos, amaba a la Iglesia, llevaba en su corazón la preocupación por todas las

¹⁶⁶⁷ Hinc enim erat et illud, quod **Ecclesiam** persequebatur, secundum aemulationem paternarum traditionum; inde erat, quia suam iustitiam constituebat, non iustitiam Dei quaerebat. Videte enim, qua inde persequebatur **Ecclesiam**. *Quid ergo dicemus?* ait alio loco ipse Apostolus: *Quia gentes quae non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam*. Sed quam? *Iustitiam autem quae ex fide est*. **Gentes autem quae non sectabantur iustitiam**, quae ex lege est, quasi propriam suam, quae fit de timore poenae, non de amore iustitiae; quia *non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam; iustitiam autem quae ex fide est*. *Israel autem, inquit, persequens legem iustitiae, in legem iustitiae non pervenit. Quare? Quia non ex fide*. Quid est: *Quia non ex fide?* Non speravit in Deum, non illum petivit a Deo, non credidit in eum qui iustificat impium; non fuit similis Publicano oculos in terram deicienti, pectus suum percutienti, et dicenti: *Domine, propitius esto mihi peccatori*. Ergo: *Persequens legem iustitiae, in legem iustitiae non pervenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis*. Ecce unde Saulus persequebatur **Ecclesiam**. Quando enim persequebatur **Ecclesiam**, in lapidem offensionis offendebat. Christus humilis in terra iacebat; in caelis quidem et ipse erat, levata illa carne sua a mortuis resuscitata; sed nisi et in terra Christus iaceret, non ipse Saulo clamaret: *Quid me persequeris?* Ergo ille iacebat, quia humilitatem praeferebat; ille offendebat, quia non videbat. Et totum hoc non videre, unde erat? De tumore superbiae. Quid est: De tumore superbiae? Quasi de iustitia sua. Ex lege quidem, sed sua. Quid est: Ex lege? Quia in mandatis legis. Quid est: De sua? Tamquam de viribus suis. Amor deerat, amor iustitiae, amor caritatis Christi. Et unde illi amor? Solus illum possidebat timor, sed caritati venturae locum in corde servabat. Cum saeviret erectus, iactabundus, glorians apud ipsos Iudaeos quod secundum aemulationem paternarum traditionum persequebatur **Ecclesiam**; cum sibi videretur excelsus, audivit desuper vocem Domini nostri Iesu Christi, iam in caelo sedentis, et adhuc humilitatem commendantis: *Saule, inquit, Saule, quid me persequeris? Durum est tibi adversus stimulum calces mittere*.

iglesias: ¿Qué no había recibido todavía? *No porque la haya alcanzado o yo sea perfecto. ¿Qué estás diciendo? Tus palabras nos causan admiración y estupor. Sabemos qué escuchamos; pero ¿qué es lo que dices? Hermanos..., dice. ¿Qué es lo que está diciendo? ¿Qué dices? No creo haberla alcanzado.* “No os equivoquéis respecto a mí, dice; mejor me conozco yo a mí mismo que vosotros. Si no sé lo que me falta, tampoco sé lo que tengo. *No creo haberla alcanzado. Una sola cosa: ésta es la que no creo haber alcanzado. Muchas cosas tengo, pero sola esta cosa es la que no he alcanzado. Una sola cosa he pedido al Señor; ésa buscaré*”. ¿Qué pediste, o qué buscas? *Habitar en la casa del Señor todos los días de mi vida. ¿Para qué? Para contemplar las delicias del Señor.* Esta es la única cosa que decía no haber alcanzado aún el Apóstol, y en la medida en que le faltaba eso, en esa misma medida aún no era perfecto¹⁶⁶⁸.

Sermón 170, 10: Escuchasteis también cómo el Evangelio concuerda con estas palabras. *Es voluntad de mi Padre, dice, que nadie de los que me dio perezca, sino que tenga la vida eterna; y yo los resucitaré en el último día.* Se resucitó a sí mismo en el primer día; a nosotros nos resucitará en el último. El primer día está reservado a la cabeza de la Iglesia. Nuestro día, Cristo el Señor, no tiene ocaso. El último día será el fin de este mundo¹⁶⁶⁹.

Sermón 172, 2: Por tanto, las pompas fúnebres, los cortejos funerarios, la suntuosa diligencia frente a la sepultura, la lujosa construcción de los monumentos significan un cierto consuelo para los vivos, nunca una ayuda para los muertos. En cambio, no se puede dudar de que se les ayuda con las oraciones de la santa Iglesia, con el sacrificio salvador y con las limosnas que se otorgan en favor de sus almas, para que el Señor los trate con más misericordia que la merecida por sus pecados. Esta costumbre, transmitida por los padres, la observa la Iglesia entera por aquellos que murieron en la comunión del cuerpo y sangre de Cristo y de modo que, al mencionar sus nombres en el momento oportuno del sacrificio eucarístico, ora y recuerda también que se ofrece por ellos¹⁶⁷⁰.

Sermón 175, 3: Puesto que ya reconoces a los dementes, reconoce también al médico. *Padre, perdónales, porque no saben lo que hacen.* Ellos, tras haber perdido la

¹⁶⁶⁸ Fidem habebat, virtutem habebat, spem habebat, caritate flagrabat, virtutes operabatur, invictissime praedicabat, omnes persecutiones tolerabat, in omnibus patiens, amans **Ecclesiam**, sollicitudinem omnium **Ecclesiarum** corde gestans; quid nondum acceperat? *Non quia iam acceperim, aut iam perfectus sim.* Quid est quod dicis? Dicis, et miramur; dicis, et stupemus. Novimus enim quid audiamus; quid dicis? *Fratres, ait. Quid est quod dicis? Quid dicis? Ego me non arbitror apprehendisse.* Nolite, inquit, in me falli; plus me ipse novi quam vos. Si nescio quid mihi desit; nescio quid adsit. *Ego me ipsum non arbitror apprehendisse. Unum autem; hoc non me arbitror apprehendisse.* Multa habeo, et unum nondum apprehendi. *Unam petii a Domino, hanc requiram.* Quid petisti, aut quid requiris? *Ut inhabitem in domo Domini per omnes dies vitae meae.* Ut quid? *Ut contempler delectationem Domini.* Ipsum est unum, quod se dicebat nondum apprehendisse Apostolus; et quantum illi deerat, in tantum nondum perfectus erat.

¹⁶⁶⁹ Audistis et Evangelium his sermonibus concordare. *Voluntas, inquit, Patris est, ut omnia quae dedit mihi non pereant, sed habeant vitam aeternam; et ego resuscitabo eos in novissimo die.* Se ipsum primo die, nos novissimo die. Primus dies ad caput **Ecclesiae**. Dies enim noster Dominus Christus, non facit occasum. Novissimus dies, erit finis saeculi.

¹⁶⁷⁰ Proinde pompae funeris, agmina exsequiarum, sumptuosa diligentia sepulturae, monumentorum opulenta constructio, vivorum sunt qualiacumque solatia, non adiutoria mortuorum. Orationibus vero sanctae **Ecclesiae**, et sacrificio salutari, et eleemosynis, quae pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adiuvari; ut cum eis misericordius agatur a Domino, quam eorum peccata meruerunt. Hoc enim a patribus traditum, universa observat **Ecclesia**, ut pro eis qui in corporis et sanguinis Christi communionem defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur, oretur, ac pro illis quoque id offerri commemoretur.

mente, se ensañaban contra él y, en su furor, derramaban la sangre del médico; él, en cambio, hasta de su sangre preparaba el medicamento para los enfermos. No fueron vanas, en efecto, aquellas palabras suyas: *Padre, perdónales porque no saben lo que hacen*. Se escucha al cristiano cuando ora y ¿no es escuchada la oración de Cristo? Quien escucha juntamente con el padre por ser Dios, ¿no es escuchado en su ser humano que tomó por nosotros? Ciertamente fue escuchado. Allí estaban, allí mostraban su crueldad; de ellos eran quienes le lanzaban reproches y le decían: *Ved que come con publicanos y pecadores*. Formaban parte del mismo pueblo que daba muerte al médico, quien con su sangre les preparaba el antídoto. Como el Señor no sólo derramó su sangre, sino que hasta se sirvió de su muerte para confeccionar el medicamento, del mismo modo resucitó para dar una prueba de la resurrección. Con paciencia padeció, para enseñarnos, la paciencia a nosotros y en su resurrección nos mostró el premio de esa virtud. Más aún: como sabéis, y todos lo confesamos, subió al cielo y luego envió el Espíritu Santo prometido con anterioridad. Había dicho a sus discípulos: *Permaneced en la ciudad hasta que seáis revestidos con la fuerza de lo alto*. Llegó, pues, el prometido por él, vino el Espíritu Santo, llenó a los discípulos y comenzaron a hablar en las lenguas de todos los pueblos, que aparecía en ellos como signo de unidad. Entonces un solo hombre hablaba todas las lenguas, porque la unidad de la Iglesia hablaría en todas ellas. Se asustaron quienes les escuchaban. Sabían que eran hombres ignorantes, que sólo hablaban una lengua; y se llenaban de admiración y estupor, porque los hombres que hablaban una sola lengua, o a lo más dos, hablaban en las de todos los pueblos. Quedaron paralizados por el estupor, perdieron el orgullo y de montes se convirtieron en valles. Si ahora son humildes, son valles; acogen lo que infundas sobre ellos, no lo dejan pasar. Si cae el agua sobre las cumbres, corre y fluye; si llega a alguna concavidad o lugar hondo, éste la recoge y ella se detiene. Así eran ya aquéllos: se llenaban de estupor y admiración; habían perdido su crueldad¹⁶⁷¹.

Sermón 175, 7: ¿Por qué es Pablo el primero en maldad? Acordaos de Saulo y lo veréis. Os fijáis en Pablo olvidándoos de Saulo; os fijáis en el pastor y os olvidáis del lobo. ¿No es él acaso a quien no le basta una mano para apedrear a Esteban, sino que hasta cuidaba de la ropa de los demás? ¿No es él, acaso, el que perseguía a la Iglesia por doquier? ¿No es él quien había recibido las cartas de los príncipes de los sacerdotes? Era poco para él perseguir a los cristianos que se hallaban en Jerusalén; quería llegar a

¹⁶⁷¹ Agnoscis phreneticos, agnosce et medicum. *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*. Illi perdita mente saeviebant, et medici sanguinem saeviendo fundebant; ille autem etiam de ipso sanguine suo aegrotis medicamenta faciebat. Non enim vere frustra dixit: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*. Orat christianus, et exauditur; orat Christus, et non exauditur? Nam qui exaudit cum Patre, quia Deus est, quomodo non exauditur homo, quod pro nobis factus est? Prorsus exauditus est. Ibi erant, ibi saeviebant; de his erant qui reprehendebant eum, et dicebant: *Ecce cum publicanis et peccatoribus convescitur*. Erant in ipso **populo**, a quo ipse medicus occidebatur, et in eius sanguine etiam ipsis antidotum parabatur. Cum enim Dominus non solum sanguinem funderet, verum etiam ipsam suam mortem ad medicamenti confectionem impenderet; resurrexit ad demonstrandum resurrectionis exemplum. Patientia sua passus est, ut doceret patientiam nostram; et in resurrectione sua praemium patientiae demonstravit. Item, ut nostis, et omnes confitemur, ascendit in caelum, deinde ab eo Spiritus Sanctus est missus, ante promissus. Dixerat enim discipulis suis: *Sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto*. Venit ergo et promissio ipsius, venit Spiritus Sanctus, implevit discipulos, coeperunt loqui linguis omnium **gentium**: signum in illis procedebat unitatis. Loquebatur enim tunc unus homo omnibus linguis; quia locutura erat unitas **Ecclesiae** in omnibus linguis. Expaverunt qui audiebant. Noverant enim homines idiotas fuisse, unius tantum linguae; et mirabantur ac stupebant, quod unius linguae homines, vel ut multum duarum, linguis omnium **gentium** loquerentur: suspensi sunt stupore, perdiderunt elationem, de monte facti sunt valles. Iam si humiles sunt, valles sunt; quod infuderis capiunt, non dimittunt. Si venerit aqua super altitudinem, decurrit et defluit: si venerit aqua ad concavum et humilem locum, et capitur et stat. Tales iam illi erant; stupebant, mirabantur, perdiderant saevitiam.

los otros lugares donde se encontraban para maniatarlos y conducirlos al castigo. ¿No fue en uno de estos viajes en que suspiraba y anhelaba muertes cuando fue herido desde el cielo y escuchó la voz fulminante del Señor, que le condujo a la salvación? Mientras va de camino cae postrado en tierra; para que pueda ver, se le ciega. Es el mismo Pablo, el que antes fue perseguidor; pero que él no hubo otro¹⁶⁷².

Sermón 176, 2: No hay hombre de esta masa de los mortales que proceden de Adán, no hay absolutamente ninguno, que no esté enfermo; ninguno está sano sin la gracia de Cristo. ¿Por qué miras a los niños? También ellos están enfermos en Adán, pues también son llevados a la Iglesia; y si no pueden correr hacia allí con sus propios pies, corren con los de otros para ser sanados. La madre Iglesia pone a su disposición los pies de otros para que lleguen, el corazón de otros para que crean, la lengua de otros para que hagan la profesión de fe; para que, como están enfermos a consecuencia del pecado de otros, así también, cuando hay otros sanos, se salven por la confesión que éstos hacen en su nombre. Que nadie susurre a vuestros oídos doctrinas extrañas. Así lo pensó y lo mantuvo siempre la Iglesia, así lo recibió de la fe de los antepasados y así lo conservará con constancia hasta el final. La razón: porque no tienen necesidad de médico los sanos, sino los enfermos. ¿Qué necesidad tiene el niño de Cristo, si no está enfermo? Si está sano, ¿por qué busca al médico mediante aquellos que lo aman? Si se dice que cuando son llevados a la Iglesia carecen absolutamente del pecado original y, no obstante, vienen a Cristo, ¿por qué no se les indica en la Iglesia a quienes lo llevan: “Quitad de aquí a estos inocentes; no tienen necesidad de médico los sanos, sino los pecadores; Cristo no vino a llamar a los justos, sino a los pecadores”? Nunca se ha dicho tal cosa y nunca se dirá. Hermanos, que cada cual hable lo que pueda en favor de quien no puede hablar por sí. Con gran solicitud se encomienda a los obispos el patrimonio de los huérfanos; ¡cuánto más la gracia de los niños!¹⁶⁷³

Sermón 176, 3: Díganos, pues, el Apóstol en otro lugar por qué es el primero de los pecadores: *Yo, dice, soy el último de los apóstoles y no soy digno de ser llamado así,*

¹⁶⁷² Quare Paulus in iniquitate primus? Recolite Saulum, et invenietis. Attenditis Paulum, obliti estis Saulum: attenditis ad pastorem, obliti estis lupum. Nonne ille est cui ad lapidandum Stephanum manus una non sufficiebat, et aliorum vestimenta servabat? Nonne ipse est qui **Ecclesiam** ubique persequatur? Nonne ipse est qui litteras acceperat a principibus sacerdotum? Quia parum illi erat persequi Christianos, qui erant in Ierusalem; sed volebat ad alia loca venire, ubi eos inveniret, et ligaret, et puniendos adduceret. Nonne cum iter agens spirat et anhelat caedes, de caelo percussus est, et vocem Domini ad salutem fulminatus audivit? Dum ambulat, prosternitur; ut videat, excaecatur. Ipse est ergo qui primus erat persecutor, illo peior non fuit.

¹⁶⁷³ Nullus hominum in ista quae ex Adam defluit massa mortalium, nullus omnino hominum non aegrotus, nullus sine gratia Christi sanatus. Quid de parvulis pueris, si ex Adam aegroti? Nam et ipsi portantur ad **Ecclesiam**; et si pedibus illuc currere non possunt, alienis pedibus currunt, ut sanentur. Accommodat illis mater **Ecclesia** aliorum pedes ut veniant, aliorum cor ut credant, aliorum linguam ut fateantur: ut quoniam quod aegri sunt alio peccante praegravantur, sic cum hi sani sunt, alio pro eis confitente salventur. Nemo ergo vobis susurret doctrinas alienas. Hoc **Ecclesia** semper habuit, semper tenuit: hoc a maiorum fide percepit; hoc usque in finem perseveranter custodit. Quoniam non est opus sanis medicus, sed aegrotantibus. Quid necessarium ergo habuit infans Christum si non aegrotat? Si sanus est, quare per eos qui eum diligunt, medicum quaerit? Si quando portantur infantes, dicuntur omnino nullum propaginis habere peccatum, et veniunt ad Christum; quare non eis dicitur in Ecclesia qui eos apportant: Auferte hinc innocentes istos: non est opus sanis medicus, sed male habentibus; non venit Christus vocare iustos, sed peccatores? Numquam dictum est: sed nec aliquando dicitur. Quisque ergo quod potest, fratres, loquatur pro eo qui loqui pro se non potest. Pro magno commendantur episcopis patrimonia pupillorum, quanto magis gratia parvulorum?

*pues perseguí a la Iglesia de Dios. Ningún perseguidor fue más cruel; en consecuencia, él es el primero entre los pecadores*¹⁶⁷⁴.

Sermón 178, 7: ¡Ea, hermanos!; volveos a vuestro interior, examinaos, interrogaos, respondeos la verdad y juzgaos sin consideración hacia vuestra persona, emitid una justa sentencia. Eres cristiano, frecuentas la iglesia, escuchas la palabra de Dios y te emocionas de alegría con su lectura, Tú alabas a quien la expone, yo busco quien la cumple; tú, repito, alabas a quien habla, yo busco quien la cumpla. Eres cristiano, frecuentas la iglesia, amas la palabra de Dios y escuchas de buena gana. Ve lo que te propongo, examínate al respecto, estate pendiente de ello, sube al tribunal de tu mente, ponte en presencia de ti mismo y júzgate; y si encuentras que eres un malvado, corrígete. He aquí la propuesta. Dios, en su ley, ordena que se devuelva lo hallado. Dios, en su ley, en la que dio a su primer pueblo, a aquellos por quienes aún no había muerto Cristo, ordena que se devuelva lo hallado, por ser de otro. Si alguien, por ejemplo, encuentra en la calle una bolsa de otro llena de monedas de oro, debe restituirla. ¿Y si no sabe a quién? No pondrá la excusa de la ignorancia si no está dominado por la avaricia¹⁶⁷⁵.

Sermón 179 A, 7: Pero ¿quién pedirá la gracia si no es consciente de su pena? Comprende, pues; ve a dónde eres arrastrado”. “Pero me agrada la justicia”. Sé que te agrada, pues te deleitas en la ley de Dios según el hombre interior, pero ves otra ley presente en tus miembros. Te deleitas en la ley de Dios, pero hay otra ley en tus miembros. Si por este camino va tu vida, en él morirás. Los ladrones te abandonaron medio muerto en él, pero ya has sido encontrado, tendido en el suelo, por el misericordioso samaritano que iba de paso. Derramó sobre ti vino y aceite, es decir, recibiste el sacramento del Unigénito. Te subió a su jumento: creíste en Cristo encarnado. Te llevó a la posada: eres curado en la Iglesia¹⁶⁷⁶.

Sermón 181, 2: Hay algunos, odres inflados, llenos de espíritu soberbio, voluminosos, no por ser grandes, sino por la hinchazón proveniente de la enfermedad del orgullo, que se atreven a decir que se hallan hombres sin pecado. Dicen, pues, que los justos, en esta vida, carecen en absoluto de todo pecado. Quienes esto dicen son los herejes pelagianos y también los celestianos. Y cuando se les replica: “¿Qué estáis

¹⁶⁷⁴ Dicat ergo Apostolus alio loco unde primus sit peccatorum: *Ego, inquit, sum novissimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei. Nemo acrior inter persecutores: ergo nemo prior inter peccatores.*

¹⁶⁷⁵ Eia, fratres, redite ad vos, inspicate vos, interrogate vos, vera respondete vobis, et iudicate vos non secundum personam, sed iustum iudicium iudicate. Ecce Christianus es, **ecclesiam** frequentas, verbum Dei audis, de lectione verbi Dei laetissime commoveris. Tu laudas tractantem, ego quaero facientem; tu, inquam, laudas dicentem, ego quaero facientem. Christianus es, frequentas **ecclesiam**, amas verbum Dei, et libenter audis. Ecce hoc quod propono, in eo te examina, in eo te appende, in eo ascende mentis tuae tribunal, et constitue te ante te, et iudica te; et si pravum inveneris, corrige te. Propono ergo. Deus dicit in lege sua, inventionem esse reddendam; Deus in lege sua dicit, quam primo **populo** dedit, pro quibus Christus nondum erat mortuus, inventionem tamquam alienum esse reddendam; si quisquam, verbi gratia, in via inveniatur alienum sacculum solidorum, debere reddere. Sed nescit cui? Non se excusat ignorantia, si non dominetur avaritia.

¹⁶⁷⁶ Sed quis invocatur gratiam, qui suam non videt poenam? Intellege ergo, vide quo traheris. Sed delectat me iustitia. Scio quia delectat: condelectaris enim legi Dei secundum interiorem hominem, sed vides aliam legem in membris tuis; condelectaris legi Dei, alia est lex in membris tuis. Hac vivis, hac moreris. Semivivum te latrones in via dimiserunt, sed iam a transeunte et misericordi Samaritano iacens inventus es; infusum est tibi vinum et oleum, sacramentum Unigeniti percepisti; levatus es in iumentum eius, incarnatum Christum credidisti; ad stabulum perductus es, in **Ecclesia** curaris.

diciendo? Según eso, ¿vive aquí el hombre sin pecado, absolutamente sin ningún pecado, ni de pensamiento ni de palabra ni de obra?” Responden con el viento del orgullo de que están llenos- viento que ojalá expulsaran para que, hinchados de nuevo, callaran o, lo que es lo mismo, de soberbios se hicieran humildes-; responden repito: “Sin duda alguna estos hombres son santos, fieles de Dios, y no pueden tener pecado alguno ni de pensamiento ni de palabra ni de obra”. Y cuando se les pregunta: “¿Quiénes son esos justos que carecen de pecado?”, responden: “La Iglesia entera”. Podría extrañarme si hubiera encontrado uno, dos, tres, diez, tantos cuantos buscaba Abrahán. Abrahán, en efecto, fue bajando de cincuenta hasta diez; y tú, hereje, me respondes diciendo que toda la Iglesia. “¿Cómo lo pruebas?” “Lo pruebo”, dices. “Pruébamelo, te lo suplico. Me producirías una gran alegría si consiguieras mostrarme que absolutamente la totalidad de la Iglesia, en cada uno de sus miembros, carece de todo pecado”. “Te lo pruebo”, dice. “Dime cómo”. “Lo dice el Apóstol”. “¿Qué dice el Apóstol?” “*Cristo amó a su Iglesia*”. “Escucho y reconozco que son del Apóstol esas palabras”. *Purificándola por el baño del agua con la palabra para presentarla ante sí cual Iglesia gloriosa, sin mancha o arruga o cosa del estilo*. Acabamos de escuchar grandes truenos desde la nube, pues el Apóstol es nube de Dios. Sonaron esas palabras y nos han hecho temblar¹⁶⁷⁷.

Sermón 181, 3: Me bastan estos datos para rebatiros: Vosotros sois cristianos, estáis bautizados, sois fieles, sois miembros de la Iglesia, y ¿tenéis mancha y arruga? ¿Cómo, entonces, puede estar la Iglesia en este tiempo sin arruga ni mancha, siendo vosotros su mancha y arruga? O si queréis llamar Iglesia solamente a aquella que no tiene ni manchas ni arrugas, separaos de sus miembros vosotros con vuestras arrugas y manchas; separaos de su cuerpo. Mas ¿por qué invitarles a que se separen de la Iglesia si ya lo han hecho? En efecto, son herejes, están ya fuera; se han quedado fuera con toda su limpieza. Volved y escuchad; escuchad y creed¹⁶⁷⁸.

Sermón 181, 6 y 7: Te pregunto a ti, hombre justo, santo, sin mancha ni arruga; a ti te pregunto, repito: “Esa oración, ¿es propia de la Iglesia, propia de los bautizados o de los catecúmenos?” Sin duda alguna, es propia de los regenerados, es decir, de los

¹⁶⁷⁷ Sunt autem quidam inflati utres, spiritu elationis pleni, non magnitudine ingentes, sed superbiae morbo tumentes, ut dicere audeant, inveniri homines absque peccato. Dicunt ergo, iustos prorsus in hac vita nullum habere peccatum. Haeretici autem sunt pelagiani, iidemque paelestiani, qui hoc dicunt. Et cum responsum illis fuerit: Quid est quod dicitis? Ergo vivit hic homo sine peccato, et non habet omnino ullum peccatum, nec facto, nec verbo, nec cogitatione? Respondent de illo superbiae vento, quo pleni sunt; quem ventum utinam finirent, reflarentur et tacerent, id est, humiles fierent, non elati; respondent, inquam: Prorsus isti homines sancti, fideles Dei, nec facto, nec verbo, nec cogitatione possunt ullum habere peccatum. Et cum eis dicitur: Qui sunt isti iusti, qui sine peccato sunt? respondent et dicunt: Tota **Ecclesia**. Mirari potuissem, si invenirem unum, duos, tres, decem, quot quaerebat Abraham. Abraham enim a quinquaginta usque ad decem descendit; tu, haeretice, respondes, et dicis mihi totam **Ecclesiam**. Unde hoc probas? Probo, inquis. Proba, rogo te. Magnum enim mihi gaudium affers, si docere potueris, totam prorsus **Ecclesiam** in singulis quibusque fidelibus suis nullum habere peccatum. Probo, inquis. Dic unde? Apostolus loquitur. Quid loquitur Apostolus? *Christus*, inquit, *dilexit Ecclesiam*. Audio, et Apostoli verba esse cognosco. *Mundans eam lavacro aquae in verbo, ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi*. Audivimus de nube magna tonitrua. Nubes enim Dei Apostolus. Verba ista sonuerunt, et tremere nos fecerunt.

¹⁶⁷⁸ Sufficit mihi unde vos repellam. Vos Christiani estis, baptizati estis, fideles estis, membra **Ecclesiae** estis, et habetis maculas et rugas? Quomodo ergo est **Ecclesia** isto tempore sine macula et ruga, cum vos sitis ruga eius et macula? Aut si non vultis esse **Ecclesiam**, nisi eam quae sine macula et ruga est, cum rugis vestris et maculis praecidite vos a membris eius, praecidite vos a corpore eius. Sed quid adhuc dicam ut se ab **Ecclesia** segregent, cum hoc iam fecerint? Haeretici enim sunt, iam foris sunt: cum tota munditia sua foris remanserunt. Redite, et audite; audite, et credite.

bautizados; en definitiva –y esto vale más que todo lo otro-, es propia de los hijos. En efecto, si no es la oración de los hijos, ¿con qué cara se dice: *Padre nuestro, que estás en los cielos*? ¿Dónde estáis, pues, los justos y santos? ¿Estáis o no estáis entre los miembros de esta Iglesia? De su número erais, pero ya no lo sois. ¡Ojalá que quienes está separados, visto el porqué, escuchen y crean! En consecuencia, si la Iglesia entera dice: *Perdónanos nuestras deudas*, quien no lo dice es un réprobo. Incluso nosotros, que hablamos de *nuestras deudas*, hasta que no recibamos lo que pedimos somos réprobos porque somos pecadores; pero haciendo lo que vosotros no hacéis, es decir, confesando nuestros pecados, nos purificamos, siempre que cumplamos lo que decimos: *Como también nosotros perdonamos a nuestros deudores*. ¿Dónde estás, pues, tú, hereje, pelagiano o celestiano que seas? He aquí que toda la Iglesia dice: *Perdónanos nuestras deudas*. De donde se concluye que tiene manchas y arrugas. Pero con la confesión la arruga se estira y la mancha se lava. La Iglesia se mantiene en pie con la oración para ser purificada por la confesión, y mientras vive aquí, así se mantiene. Y en el momento de abandonar el cuerpo, a cada uno se le perdonan todas sus deudas que necesitaban perdón, pues también se obtiene mediante la oración de cada día; entonces sale purificado y la Iglesia, cual oro puro, pasa a los tesoros de Dios; por eso allí no tendrá ni mancha ni arruga. Y si allí no tendrá mancha ni arruga, ¿por qué hay que orar aquí? Para recibir el perdón. Quien concede el perdón, lava la mancha; el que perdona, estira la arruga. ¿Y dónde se estira nuestra arruga? En la cruz de Cristo, cual percha del gran batanero. En la misma cruz, es decir, en esa percha derramó su sangre por nosotros. Vosotros, los fieles, sabéis qué testimonio dais de la sangre que habéis recibido. Con verdad decís: “Amén”. Sabéis qué sangre fue derramada para la remisión de los pecados de muchos. Ved cómo deviene la Iglesia sin mancha ni arruga: cómo ya, bien lavada, es estirada en el tendadero de la cruz. Pero eso sólo puede hacerse aquí. El Señor pone en su propia presencia la Iglesia gloriosa sin mancha ni arruga. Esto lo hace también aquí, pero lo muestra allí. Lo que hace es esto: que no tengamos ni mancha ni arruga. Grande es quien lo hace; cura bien, es un médico muy docto. Nos estira sobre el madero y deja sin arruga a quienes, lavándonos, nos había quitado las manchas. El, que vino sin mancha ni arruga, se estiró en la percha, pero por nosotros, no por sí mismo, para volvernos sin mancha ni arruga. Roguémosle, pues, que lo realice y que, después de haberlo realizado, nos conduzca a los hórreos y nos deposite allí, donde no habrá prensa que nos oprima¹⁶⁷⁹.

¹⁶⁷⁹ Postremo omittamus Ioannis verba: ecce in corpore **Ecclesiae**, quam dicis non habere maculam aut rugam aut aliquid eiusmodi, et esse sine peccato, ecce veniet hora orationis, oratura est tota **Ecclesia**: et tu quidem foris es; veni ad orationem dominicam, veni ad trutinam, veni, dic: *Pater noster, qui es in caelis*. Sequere: *Sanctificetur nomen tuum. Veniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo, et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*. Sequere, et dic: *Dimitte nobis debita nostra*. Responde, haeretice, quae sunt debita tua? An forte pecuniam mutuam a Deo accepisti? Non, inquit. Non te ego amplius interrogabo de hoc: ipse enim Dominus expositurus est, quae sint debita quae nobis petimus relaxari. Dicamus ergo sequentia: *Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*. Exponat hoc Dominus: *Si enim dimiseritis hominibus peccata* (ergo debita vestra peccata sunt), *dimittet vobis et Pater vester peccata vestra*. Redi ergo, haeretice, ad orationem, si obsurduisti contra veram fidei rationem. *Dimitte nobis debita nostra*, dicis, an non dicis? Si non dicis, etsi praesens fueris corpore, foris tamen es ab **Ecclesia**. **Ecclesiae** enim oratio est, vox est de magisterio Domini veniens. Ipse dixit: *Sic orate*; discipulis dixit: *Sic orate*; discipulis dixit, Apostolis dixit, et nobis qualescumque agniculi sumus dixit; arietibus gregis dixit: *Sic orate*. Videte quis dixerit, et quibus dixerit. Veritas discipulis, Pastor pastorum arietibus: *Sic orate: Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*. **Rex** militibus, Dominus servis, Christus Apostolis, veritas hominibus loquebatur, sublimitas humilibus loquebatur. Scio quid in vobis agatur: ego vos appendo, ego de trutina mea renuntio, prorsus dico quid in vobis agitur. Hoc enim ego plus quam vos scio. Dicite: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*.

Sermón 181, 8: Tú, pues, que hablabas, ¿careces de mancha y arruga? ¿Qué haces aquí, en una Iglesia que dice: *Perdónanos nuestras deudas*, que confiesa tener deudas que le han de ser perdonadas? Quienes no las reconocen, no por eso dejan de tenerlas, pero por eso no se les perdonarán. Nos sana la confesión y la vida prudente, la vida humilde, la oración con fe, la contrición de corazón, las lágrimas no fingidas que brotan del corazón para pedir que se nos perdonen nuestros pecados, sin los que no podemos estar¹⁶⁸⁰.

Sermón 183, 10: ¡Santas nupcias! Cristo es el esposo, la Iglesia la esposa. Por el esposo conocemos a la esposa. Que nos diga el esposo qué esposa tiene; díganoslo, no sea que erremos e, invitados al banquete de bodas, turbemos los santos deseos; díganoslo, pero muéstrese antes el mismo esposo¹⁶⁸¹.

Sermón 183, 11: Después de su resurrección, dice a los discípulos: *¿No sabíais que convenía que se cumpliera todo cuanto está escrito en la ley de Moisés, en los profetas y en los salmos de mí? Entonces*, continúa diciendo el evangelista, *entonces les abrió la inteligencia* para que comprendieran las Escrituras y les dijo: *Así, convenía que Cristo padeciera y resucitara de los muertos al tercer día*. He aquí al esposo, al que confesó Pedro, es decir, el hijo de Dios vivo; convenía que padeciese y resucitara al tercer día. Se había realizado ya, lo veían cumplido, tenían la cabeza y buscaban el cuerpo. ¿Cuál es la cabeza? El mismo Cristo que padeció y al tercer día resucitó es la

Interrogo te, homo iuste, sancte, homo sine macula et ruga; interrogo te, inquam: Oratio ista **Ecclesiae** est, fidelium est, an catechumenorum? Certe utique regeneratorum est, id est, baptizatorum; postremo, quod totum superat, filiorum est. Nam si non est filiorum, qua fronte dicitur: *Pater noster, qui es in caelis*? Ubi ergo estis, o iusti et sancti? In membris **Ecclesiae** huius estis, an non estis? Ibi eratis, sed iam non estis ibi. Et utinam iam praecisi accepta ratione audiant et credant. Ergo si tota **Ecclesia** dicit: *Dimitte nobis debita nostra*, reprobis est qui hoc non dicit. Et nos quidem cum dicimus: *debita nostra*, quousque id quod petimus accipiamus, reprobis sumus, quia peccatores sumus; sed quod vos non facitis, nos faciendo, id est peccata nostra confitendo, mundamur; si tamen faciamus quod dicimus: *Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*. Ubi es ergo, haeretice pelagiane vel caelestiane? Ecce tota **Ecclesia** dicit: *Dimitte nobis debita nostra*. Habet ergo maculas et rugas. Sed confessione ruga extenditur, confessione macula abluatur. Stat **Ecclesia** in oratione, ut mundetur confessione; et quamdiu hic vivitur, sic stat. Et cum de corpore exierit unusquisque, dimittuntur ei omnia, quae talia habebat ut dimitterentur debita; quia et quotidianis precibus dimittuntur: et tunc exit mundatus, et thesaurizatur **Ecclesia** in thesauros Domini aurum purum; ac per hoc in thesauros Domini **Ecclesia** est sine macula et ruga. Et si ibi sine macula et ruga est, hic quid orandum est? Ut venia percipiatur. Qui dat veniam, maculam extergit; qui ignoscit, rugam extendit. Et ubi extenditur ruga nostra? Tamquam in tendicula magni fullonis, in cruce Christi. In ipsa enim cruce, id est, in ipsa tendicula pro nobis sanguinem fudit. Et nostis fideles quale testimonium perhibeatis sanguini quem accepistis. Certe enim dicitis: Amen. Nostis qui sit sanguis qui pro multis effusus est in remissionem peccatorum. Ecce quomodo fit **Ecclesia** sine macula et ruga, tamquam bene mundata in tendicula crucis extenditur: sed hic omnino potest id agi. Exhibet sibi **Ecclesiam** gloriosam Dominus, non habentem maculam aut rugam. Agit hoc et hic, exhibet ibi. Hoc enim agit, ut non habeamus maculam aut rugam. Magnus est qui agit, bene curat, doctissimus artifex est. Extendit in ligno, et facit nos sine ruga, quos abluendo fecerat sine macula. Ipse qui venit sine macula et sine ruga, extensus est in tendicula; sed propter nos, non propter se, ut nos faceret sine macula et ruga. Rogemus ergo eum ut faciat, et postquam fecerit, ad horrea nos ducat, ibique nos reponat, ubi pressorium non erit.

¹⁶⁸⁰ Tu ergo qui loquebaris, sine macula et ruga es? Quid hic facis in **Ecclesia**, quae dicit: *Dimitte nobis debita nostra*? Debita se habere confitentur, quae relaxentur. Qui non confitentur, non ideo non habent; sed ideo eis non relaxabuntur. Confessio nos sanat, et vita cauta, vita humilis, oratio cum fide, contritio cordis, lacrimae non fictae de vena cordis profluentes, ut dimittantur nobis peccata, sine quibus esse non possumus.

¹⁶⁸¹ Bonum coniugium, sanctae nuptiae. Sponsus Christus, sponsa **Ecclesia**. Ab sponso cognoscimus sponsam. Dicat nobis ipse sponsus, quam habet sponsam; dicat, ne fortassis erremus, et invitati ad nuptias sancta vota turbemus; dicat, ostendat primo se ipsum sponsum.

cabeza. ¿Cuál es el cuerpo? La misma Iglesia. Por tanto, los discípulos veían la cabeza, pero no el cuerpo. Muéstrelas la cabeza el cuerpo a quienes no lo ven. Dinos, Señor Jesús; dinos, esposo santo; instrúyenos acerca de tu cuerpo, de tu esposa, de tu amada, de tu paloma, a la que diste tu sangre por dote, di: *Convenía que Cristo padeciera y resucitara de entre los muertos al tercer día*. Esto del esposo; habla también de la esposa, escribe las tablillas de tu matrimonio. Escuchad lo que dice de la esposa: *Y se predicase*, dice. Así sigue: *Convenía que Cristo padeciese y resucitase de entre los muertos al tercer día y en su nombre se predicase la penitencia y el perdón en todos los pueblos*. ¿Dónde te escondes? *En todos los pueblos, comenzando por Jerusalén*. Así se cumplió. Hemos leído la promesa y estamos viendo la realidad. Esta es mi luz; ¿dónde está tu oscuridad? Así, pues, Cristo es el esposo de esta Iglesia que predica en todos los pueblos y que pulula y crece hasta los confines de la tierra, comenzando por Jerusalén: de esta Iglesia es esposo Cristo. “Tú, ¿qué dice? ¿De qué Iglesia es esposo Cristo? ¿Del partido de Donato? De ésa no es él el esposo, no es él. Hemos venido a un matrimonio, leamos las tablillas y no discutamos. Si tú dices que Cristo es el esposo de la Iglesia constituida por el partido de Donato, yo leo las tablillas y encuentro que Cristo es el esposo de la Iglesia extendida por todo el orbe de la tierra. Si dice: “Es aquél”, y en realidad no lo es, niegas que Cristo vino en la carne¹⁶⁸².

Sermón 183, 12: Nos quedan los pelagianos, no de entre todas las herejías, sino de aquellas que mencioné hace poco. Ya entonces dije: “¿Quién puede enumerar tanta peste?”. ¿Qué dices tú, pelagiano? Escucha lo que dice. Da la impresión de que confiesa que vino en la carne, pero después de un examen se descubre que lo niega. Cristo, en efecto, vino en la carne, en la semejanza de la carne de pecado, no en la carne de pecado. Son palabras del Apóstol: *Envió Dios a su hijo en semejanza de carne de pecado*. No en semejanza de carne, como si su carne no fuera carne, sino *en semejanza de carne de pecado*, porque era carne, pero no carne de pecado. Pero este Pelagio intenta igualar la carne de todo niño con la carne de Cristo. No es igual, amadísimo. No se haría tanta insistencia en la semejanza de la carne de pecado en Cristo si la restante, en su totalidad, no fuese carne de pecado. ¿De qué te sirve, pues, afirmar que Cristo vino en la carne, si quieres equiparar su carne con la de todos los niños? También a ti te digo lo que a los donatistas: “No es él”. He aquí que estoy viendo el testimonio que da la madre Iglesia a sus mismos hijos. Corren las madres con sus hijos pequeños, los

¹⁶⁸² Post resurrectionem ait discipulis suis: *Non sciebatis quia oportebat impleri omnia quae scripta sunt in Lege Moysis et Prophetis, et Psalmis de me?* Tunc, Evangelista sequitur et dicit: *Tunc aperuit illis sensum, ut intellegerent Scripturas, et dixit eis: Quia sic oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertio die*. Ecce sponsus, quem confessus est Petrus, hoc est Filium Dei vivi, oportebat ut pateretur, et tertio die resurgeret. Et factum erat: impletum videbant, caput tenebant, corpus quaerebant. Quod est caput? Ipse Christus: passus est, tertio die resurrexit: caput est **Ecclesiae**. Corpus quod est? Ipsa **Ecclesia**. Videbant ergo discipuli caput, corpus non videbant. Ergo eos corpus non videntes, doceat caput. Dic, Domine Iesu; dic, sancte sponse, instrue nos de corpore tuo, de sponsa tua, de dilecta tua, de columba tua, quam dotasti sanguine tuo, dic: *Oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertio die*. Ecce sponsus: dic de sponsa, imple tabulas matrimoniales. Audite sponsam: *Et praedicari*, inquit. Hoc enim sequitur. *Oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertio die, et praedicari in nomine eius paenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes*. Ubi te abscondis? *Per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem*. Sic est factum. Legimus promissum, videmus impletum. Ecce lux mea; ubi est obscuritas tua? Ergo Christus sponsus est huius **Ecclesiae**, quae praedicatur in omnes **gentes**, et pullulat et crescit usque ad fines terrae, incipientibus ab Ierusalem: huius sponsus est Christus. Tu quid dicis? Cuius sponsus est Christus? Partis Donati? Non est ipse, non est ipse. Homo bone, non est ipse: immo homo male, non est ipse. Ad nuptias venimus, tabulas legamus, et non litigemus. Ergo si tu dicis, Christus est sponsus partis Donati; ego tabulas lego, et invenio esse Christum sponsum **Ecclesiae** diffusae toto orbe terrarum. Si dicis: Ipse est, et non est ipse, negas Christum in carne venisse.

presentan al Salvador para que los salve, no a Pelagio para que los condene. Cualquier mujer que es madre, llena de piedad, corre con su hijo pequeño y dice: “Bautícese para que se salve”. Pelagio replica: “Salvar, ¿qué? Nada tiene que deba ser salvado, no tiene ningún vicio, nada heredó del germen de la condenación”. Si es igual que Cristo, ¿por qué busca a Cristo? Atiende lo que te digo: “El esposo, el hijo de Dios que vino en la carne, es salvador de los mayores y de los pequeños, de los grandes y de los infantes, y ése es Cristo; tú, en cambio, afirmas que Cristo es salvador de los grandes, no de los pequeños: no es él. Si no es él, también tú niegas que Cristo vino en la carne”¹⁶⁸³.

¹⁷¹⁷ *Iam quod sequitur ad nos pertinet. In sanctam Ecclesiam. Sancta Ecclesia nos sumus: sed non sic dixi "nos", quasi ecce qui hic sumus, qui me modo audistis. Quotquot hic sumus Deo propitio Christiani fideles in hac ecclesia, id est, in ista civitate, quotquot sunt in ista regione, quotquot sunt in ista provincia, quotquot sunt et trans mare, quotquot sunt in toto orbe terrarum; quoniam a solis ortu usque ad occasum laudatur nomen Domini; sic se habet Ecclesia catholica, mater nostra vera, vera illius Sponsi coniunx. Honoremus eam, quia tanti Domini matrona est; et quid dicam? Magna est Sponso et singularis dignatio: meretricem invenit, virginem fecit. Quia meretrix fuit non debet negare, ne obliviscatur misericordiam liberantis. Quomodo non erat meretrix, quando post idola et daemona fornicabatur? Fornicatio cordis in omnibus fuit: in paucis carnis, in omnibus cordis. Et venit, et virginem fecit: Ecclesiam virginem fecit. In fide virgo est: in carne paucas habet virgines sanctimoniales; in fide omnes virgines debet habere, et feminas et viros; ibi enim debet esse castitas et puritas et sanctitas. Nam vultis nosse quam virgo sit? Apostolum Paulum audite, amicum sponsi audite, zelantem sponso, non sibi. Aptavi vos, inquit, uni viro. Ecclesiae dicebat: et cui Ecclesiae? Quocumque litterae illae pervenire potuerunt: Aptavi vos uni viro virginem castam exhibere Christo. Timeo autem, dixit, ne sicut serpens Evam decepit astutia sua, sic vestrae mentes corrumpantur a castitate, quae est in Christo. Ubi times corrumpi, ibi virgo es. Timeo, dixit, ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua. Serpens ille numquid corporaliter concubuit cum Eva? Et tamen virginitatem cordis eius exstinxit. Hoc timeo, dixit, ne corrumpantur mentes vestrae a castitate, quae est in Christo. Virgo est ergo Ecclesia. Virgo est, virgo sit: caveat seductorem, ne inveniatur corruptorem. Virgo est Ecclesia. Dictums es mihi forte: Si virgo est, quomodo parit filios? aut si non parit filios, quomodo dedimus nomina nostra, ut de eius visceribus nasceremur? Respondeo: Et virgo est, et parit; Mariam imitatur, quae Dominum peperit. Numquid non virgo sancta Maria et peperit, et virgo permansit? Sic et Ecclesia et parit, et virgo est; et si consideres, Christum parit: quia membra eius sunt, qui baptizantur. Vos estis, inquit Apostolus, corpus Christi e membra. Si ergo membra Christi parit, Mariae simillima est.*

recibir dentro de ocho días. En ella encontraréis una especie de bautismo diario, de forma que habéis de dar gracias a Dios, que concedió a su Iglesia este don que proclamamos en el Símbolo; en efecto, después de decir: “En la santa Iglesia”, añadimos: “En el perdón de los pecados”¹⁷¹⁸.

Sermón 214, 1: Las enseñanzas que dentro de poco vais a recibir y que debéis confiar a la memoria y proferir verbalmente, no son novedad alguna para vosotros o cosas jamás oídas. En efecto, de muchas formas soléis oírlas tanto en la Sagrada Escritura como en sermones en la Iglesia¹⁷¹⁹.

Sermón 214, 11: Honrad, amad, anunciad también a “la santa Iglesia”, vuestra madre, como a la ciudad santa de Dios, la Jerusalén celeste. Ella es la que fructifica en la fe que acabáis de escuchar y crece por todo el mundo: la Iglesia del Dios vivo, la columna y sostén de la verdad, la que tolera en la comunión en los sacramentos a los malos, que serán apartados al fin de los tiempos, y de los que ya se separa ahora por la diversidad de costumbres. A causa del trigo, que gime ahora en medio de la paja, y cuya cantidad, almacenada en los graneros, se hará manifiesta en la última limpia, recibió las llaves del reino de los cielos, para que, por obra del Espíritu Santo, tenga lugar en ella el perdón de los pecados mediante la sangre de Cristo. En esta Iglesia revive el alma que había muerto por el pecado para ser vivificada con Cristo, por cuya gracia hemos sido salvados¹⁷²⁰.

Sermón 215, 1: El Símbolo del sacrosanto misterio, que recibisteis todos a la vez y que hoy habéis recitado uno a uno, no es otra cosa que las palabras en las que se

¹⁷¹⁸ *In remissionem peccatorum. Haec in **Ecclesia** si non esset, nulla spes esset: remissio peccatorum si in **Ecclesia** non esset, nulla futurae vitae et liberationis aeternae spes esset. Gratias agimus Deo, qui **Ecclesiae** suae dedit hoc donum. Ecce venturi estis ad fontem sanctum: diluimini baptismo salutari, lavacro regenerationis renovabimini; eritis sine ullo peccato, ascendentes de illo lavacro. Omnia quae vos praeterita persequantur, ibi delebuntur. Aegyptiis insequentibus Israelitas similia erunt vestra peccata; persequentibus, sed usque ad Mare Rubrum. Quid est, usque ad Mare Rubrum? Usque ad fontem Christi cruce et sanguine consecratum. Quod enim rubrum est, rubet. Non vides, quomodo rubeat pars Christi? Interroga oculos fidei: si crucem vides, attende et cruorem: si vides quod pendet, attende quod fudit. Lancea perforatum est latus Christi, et manavit pretium nostrum. Ideo signo Christi signatur baptismus, id est, aqua ubi tinguimini, et quasi in Mari Rubro transitis. Peccata vestra hostes vestri sunt: sequuntur, sed usque ad mare. Cum vos intraveritis, evadentis, illa delebuntur; quomodo evadentibus per siccum Israelitis aqua cooperuit Aegyptios. Et quid dixit Scriptura? *Unus ex eis non remansit*. Peccasti multa, peccasti pauca; peccasti magna, peccasti parva; quid ad *unus ex eis non remansit*? Sed quoniam vivituri sumus in isto saeculo, ubi quis non vivit sine peccato, ideo remissio peccatorum non est in sola ablutione sacri baptismatis, sed etiam in Oratione dominica et quotidiana, quam post octo dies accepturi estis. In illa invenietis quasi quotidianum baptismum vestrum; ut agatis Deo gratias, qui donavit hoc munus **Ecclesiae** suae, quod confitemur in Symbolo; ut cum dixerimus: *Sanctam **Ecclesiam***, adiungamus: *remissionem peccatorum*.*

¹⁷¹⁹ Et ea quidem, quae breviter accepturi estis, mandanda memoriae et ore proferenda, non nova vel inaudita sunt vobis. Nam in sanctis Scripturis et in sermonibus **ecclesiasticis** ea multis modis posita soletis audire.

¹⁷²⁰ Sanctam quoque **Ecclesiam**, matrem vestram, tamquam supernam Hierusalem sanctam **civitatem** Dei, honorate, diligite, praedicate. Ipsa est quae in hac fide, quam audistis, fructificat et crescit in universo mundo, **Ecclesia** Dei vivi, columna et firmamentum veritatis: quae malos in fine separandos, a quibus interim discedit disparilitate morum, tolerat in communione sacramentorum. Haec propter sua frumenta inter paleam modo gementia, quorum in novissima ventilatione massa horreis debita declarabitur, claves accipit **regni** caelorum, ut in illa per sanguinem Christi, operante Spiritu Sancto fiat *remissio peccatorum*. In hac **Ecclesia** reviviscet anima, quae mortua fuerat peccatis, ut convivificetur Christo, cuius gratia sumus salvi facti.

apoya sólidamente la fe de la Iglesia, nuestra madre, sobre el fundamento incommovible que es Cristo el Señor¹⁷²¹.

Sermón 215, 4: Cúmplase- dijo- el que una virgen conciba sin semen de varón; nazca del Espíritu Santo y de una mujer virgen aquel en quien renacerá del Espíritu Santo la Iglesia, virgen también¹⁷²².

Sermón 215, 8: Pero estad atentos a no cometer un error de cálculo y penséis que he hablado de tres Dioses por haber nombrado al único Dios tres veces. Única es la sustancia de la divinidad en la Trinidad, único el poder, única la potestad, única la majestad, único el nombre de la divinidad. Después de resucitar de entre los muertos, él mismo dijo a sus discípulos: *Id, bautizad a los pueblos*; no en muchos nombres, sino *en el único nombre del Padre, y del Hijo, y del Espíritu Santo*. Creyendo en la divina Trinidad y en la Unidad trina, tened cuidado, amadísimos, que nadie os engañe y aparte de la fe y verdad de la Iglesia católica. Quien os anuncie algo distinto de los que habéis recibido, sea anatema¹⁷²³.

Sermón 215, 9: Veis ciertamente, queridísimos, cómo hasta en las mismas palabras del santo Símbolo, cual conclusión de todas las reglas referidas al misterio de la fe, se añade a modo de suplemento: “Por la Santa Iglesia”. Así, pues, en la medida en que os sea posible, huid de los distintos y variados impostores, cuyas sectas y nombres sería demasiado largo enumerar ahora, debido a su multitud. Muchas cosas tenemos que deciros, pero no podéis soportarlas ahora. Una sola cosa recomiendo a vuestros corazones: por todos los medios alejad vuestro espíritu y vuestro oído de todo el que no es católico, para que podáis alcanzar “la remisión de los pecados”, “la resurrección de la carne” y “la vida eterna” “por la santa Iglesia”, una, verdadera y católica, en la que se conoce al Padre, al Hijo y al Espíritu Santo, un único Dios, a quien corresponde el honor y la gloria por los siglos de los siglos¹⁷²⁴.

Sermón 216, 4: Ahora, poseyendo la fe, bendecís al Señor en la Iglesia, pero entonces, poseyendo ya la realidad, os regarán con toda abundancia las fuentes de Israel¹⁷²⁵.

¹⁷²¹ Sacrosancti mysterii Symbolum, quod simul accepistis, et singuli hodie reddidistis, verba sunt in quibus matris **Ecclesiae** fides supra fundamentum stabile, quod est Christus Dominus, solidata firmatur.

¹⁷²² Fiat, inquit, sine virili semine conceptus in virgine; nascatur de Spiritu Sancto et integra femina, in quo renascatur de Spiritu Sancto integra **Ecclesia**.

¹⁷²³ Sed videte ne numerando errorem patiamini, et me putetis tres deos dixisse, quia unum Deum tertio nominavi. Una est in Trinitate substantia deitatis, una virtus, una potestas, una maiestas, unum nomen divinitatis; sicut ipse dixit discipulis, cum surrexisset a mortuis: *Ite, baptizate gentes*, non in multis nominibus, sed *in uno nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti*. Credentes ergo divinam Trinitatem et trinam unitatem, cavete, dilectissimi, ne quis vos ab **Ecclesiae** catholicae fide atque veritate seducat. *Qui enim vobis aliter evangelizaverit, praeterquam quod accepistis, anathema sit.*

¹⁷²⁴ Videtis certe, carissimi, etiam in ipsis sancti Symboli verbis, quomodo in conclusione omnium regularum, quae ad sacramentum fidei pertinent, quasi supplementum quoddam additum, ut diceretur: *Per sanctam Ecclesiam*. Fugite ergo, quantum potestis, diversos et varios deceptores, quorum sectas et nomina prae multitudine sui nunc longum est enarrare. Multa enim habemus dicere vobis, sed non potestis illa portare modo. Unum vestris pectoribus commendo, ut ab eo qui catholicus non est, animum et auditum vestrum omnimodis avertatis: quo *remissionem peccatorum et resurrectionem carnis et vitam aeternam per unam, veram et sanctam Ecclesiam* catholicam apprehendere valeatis; in qua discitur Pater et Filius et Spiritus Sanctus, unus Deus, cui est honor et gloria in saecula saeculorum.

¹⁷²⁵ Nunc enim in **Ecclesia** in fide benedicitis Dominum: tunc autem in specie affluentissime rigabimini de fontibus Israel.

Sermón 216, 7: Quanto inoculó con sus sugerencias criminales y con sus atractivos sumamente lascivos, será extraído y puesto a la luz pública. Ahora es aniquilado el cautiverio mediante el cual ejercía su posesión tiránica; se os quitará el yugo con que cruelmente os oprimía y se colocará sobre su cerviz. Para vuestra liberación se os pide solamente que deis el consentimiento a vuestro Redentor. Esperad en él, asamblea del nuevo pueblo, pueblo que estás a punto de nacer, pueblo que hizo el Señor; esmérate en ser alumbrado con salud y evitar un aborto propio de fieras. Pon tus ojos en el seno de la madre Iglesia; advierte su esfuerzo envuelto en gemidos para traerte a la vida, para darte a luz en la fe. No golpeéis por impaciencia las entrañas maternas, haciendo así más estrecha la puerta por la que naceréis. Pueblo que estás siendo creado, alaba a tu Dios; alaba a tu Dios, pueblo que estás siendo creado. Alábbale porque te amamante, alábbale porque te alimenta; puesto que te nutre, crece en sabiduría y edad. También él aceptó la espera del parto temporal, él que ni sufre mengua por la brevedad del tiempo, ni aumento por la amplitud del mismo, antes bien excluyó desde la eternidad todas las estrecheces y hasta el tiempo mismo¹⁷²⁶.

Sermón 216, 8: El padre es Dios, la madre, la Iglesia. Éstos os engendran de manera muy distinta a como os engendraron los otros. Este parto no va acompañado de fatiga, miseria, llanto y muerte, sino de facilidad, dicha, gozo y vida. Aquél fue un nacimiento lamentable, éste deseable. Al engendrarnos, los padres carnales nos engendran para la pena eterna debido a la culpa original; al engendrarnos de nuevo, Dios y la Iglesia hacen que desaparezca la pena y la culpa¹⁷²⁷.

Sermón 218, 14: De su costado, traspasado por la lanza, brotó sangre y agua hasta llegar a la tierra. En ello, sin duda alguna, hay que ver los sacramentos, que constituyen la Iglesia, semejante a Eva, que fue formada del costado de Adán, figura del Adán futuro, mientras él dormía¹⁷²⁸.

Sermón 218 B, 2: Peores que los judíos son los herejes, pues aquéllos niegan a Cristo, a quien no ven, mientras éstos atacan a la Iglesia, que ven. Más miserable es la locura de los herejes que la de los judíos; no sólo la de quienes niegan actualmente a Cristo, sino incluso de quienes le dieron muerte. Pues éstos no destruyeron el rótulo puesto sobre el madero, mientras que aquéllos exorcizan el bautismo de quien está sentado en el cielo. Con las palabras del presente salmo respondemos a ambos adversarios: a quienes niegan la cabeza y a quienes niegan el cuerpo, pues la cabeza es

¹⁷²⁶ Quidquid facinorosissimis suggestionibus, quidquid flagitiosissimis illecebris immittebat, nunc exhaurietur, nunc publicabitur. Nunc **populabitur** captivitas eius, qua vos tyrannice possidebat. Avertetur a vobis iugum, quo vos immaniter deprimebat, et eius cervicibus imponetur: tantum vos in liberationem vestram, Redemptori vestro vestrum praebete consensum. Sperate in eum, omne concilium novae **plebis**, et **popule** qui nasceris, quem fecit Dominus, enitere ut salubriter pariaris, ne feraliter abortiaris. Ecce uterus matris **Ecclesiae**, ecce ut te pariat, atque in lucem fidei producat, laborat in gemitu suo. Nolite vestra impatientia viscera materna concutere, et partus vestri ianuas angustare. **Popule** qui crearis, lauda Deum tuum: lauda, qui crearis, lauda Dominum tuum. Quia lactaris, lauda: quia aleris, lauda: quia nutriris, profice sapientia et aetate. Ille quoque has moras partus temporalis admisit, qui nec brevitate temporis deficit, nec longitudine ulla temporis proficit, sed a diebus aeternis cunctas angustias et tempus exclusit.

¹⁷²⁷ Pater Deus est, mater **Ecclesia**. Longe aliter ab his generabimini, quam ab illis geniti fueratis. Hos partus, non labor, non miseria, non fletus, non mors; sed facilitas, felicitas, gaudium, vitaque suscipiet. Per illos lamentabilis generatio; per hos optanda generatio est. Illi nos generando in aeternam poenam generant, propter veterem culpam: isti regenerando, nec poenam faciunt remanere, nec culpam.

¹⁷²⁸ Quod latus lancea percussus in terra sanguinem et aquam manavit; procul dubio sacramenta sunt quibus formatur **Ecclesia**; tamquam Eva facta de latere dormientis Adam, qui erat forma futuri.

Cristo, y el cuerpo, la Iglesia. Contra los judíos leemos: *Taladraron mis manos y mis pies, contaron todos mis huesos*, etc. Contra los herejes: *Se recordarán y se volverán al Señor todos los confines de la tierra, y le adorarán en su presencia todas las patrias de los gentiles, porque del Señor es el reino y él dominará sobre los gentiles*¹⁷²⁹.

Sermón 221, 1: Con su resurrección, nuestro Señor Jesucristo convirtió en glorioso el día que su muerte había hecho luctuoso. Por eso, trayendo solemnemente a la memoria ambos momentos, permanezcamos en vela recordando su muerte y alegrémonos acogiendo su resurrección. Ésta es nuestra fiesta anual y nuestra Pascua; no ya en figura, como lo fue para el pueblo antiguo, mediante el degüello del cordero, sino realizada, como para el pueblo nuevo, mediante el sacrificio del Salvador, pues *Cristo, nuestra Pascua, ha sido inmolado, y lo antiguo ha pasado, y he aquí que todo ha sido hecho nuevo*. Si lloramos es sólo porque nos oprime el peso de nuestros pecados y si nos alegramos es porque nos ha justificado su gracia, pues *fue entregado por nuestros pecados y resucitó para nuestra justificación*. Llorando lo primero y gozándonos de los segundo, estamos llenos de alegría. No dejamos que pase inadvertido con olvido ingrato, sino que celebramos con agradecido recuerdo lo que por nuestra causa y en beneficio nuestro tuvo lugar: tanto el acontecimiento triste como el anticipo gozoso. Permanezcamos en vela, pues, amadísimos, puesto que la sepultura de Cristo se prolongó hasta esta noche, para que en esta misma noche tuviera lugar la resurrección de la carne que entonces, cuando estaba en el madero, fue objeto de burlas y ahora es adorada en cielo y tierra.

Se entiende, en efecto, que esta noche pertenece al día siguiente que consideramos como día del Señor. Ciertamente debía resucitar en las horas de la noche, porque con su resurrección ha iluminado también nuestras tinieblas y no en vano se le había cantado con anticipación: *Tú iluminarás mi lámpara, Señor; Dios mío, tú iluminarás mis tinieblas*.

También nuestra devoción hace honor a tan gran misterio que como nuestra fe, corroborada por su resurrección, está ya despierta, así también esta noche, iluminada por nuestra vigilia, resplandezca tanto que, junto con la Iglesia extendida por todo el orbe de la tierra, hoy podamos pensar, como es debido, en no ser hallados en la noche. Para tantos y tantos pueblos que, bajo el nombre de Cristo, congregó por doquier esta célebre solemnidad se puso el sol, pero sin dejar de ser de día, pues la luz de la tierra tomó el relevo de la luz del cielo¹⁷³⁰.

¹⁷²⁹ Peiores autem Iudaeis haeretici, nam illi Christum, quem non aspiciunt, negant; isti, quam vident, eius **Ecclesiam** oppugnant. Nec solum istis Iudaeis qui modo Christum negant, verum etiam illis qui eum occiderunt miserabilibus haeretici insaniunt; nam illi non deleverunt titulum pendentis in ligno, isti exsufflant baptismum sedentis in caelo. Ex hoc itaque praesenti Psalmo utrisque adversariis respondemus: et negatoribus capitis, et negatoribus corporis. Caput enim Christus, corpus **Ecclesia**. Contra Iudaeos legimus: *Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea*, etcetera quae sequuntur. Contra haereticos legimus: *Commemorabuntur et convertentur ad Dominum universi fines terrae, et adorabunt in conspectu eius universae patriae **gentium**; quoniam Domini est **regnum**, et ipse dominabitur **gentium***.

¹⁷³⁰ Quoniam Dominus noster Iesus Christus diem, quem fecerat moriendo luctuosum, fecit resurgendo gloriosum, utrumque tempus in sollemnem memoriam revocantes, eius mortem recordando vigilemus, et eius resurrectionem suscipiendo gaudeamus. Hoc est anniversarium festum nostrum, et Pascha nostrum; non sicut **populo** veteri per occisionem pecoris figuratum, sed sicut **populo** novo per victimam Salvatoris impletum; quia Pascha nostrum immolatus est Christus, et vetera transierunt, et ecce facta sunt nova. Neque enim lugemus nisi nostris delictis gravati, aut vero gaudemus nisi eius gratia iustificati; quoniam traditus est propter delicta nostra, et resurrexit propter iustificationem nostram. Lugendo illud, hoc gaudento laetamur; et quod propter nos atque pro nobis triste commissum est, laetumque praemisum est, non ingrata oblivione praeterimus, sed grata memoria celebramus. Vigilemus ergo, carissimi, quia usque

Sermón 221, 2: ¿Por qué, pues, se mantienen en vela los cristianos en esta fiesta anual? Esta es nuestra vigilia por excelencia, y nuestro pensamiento no suele volar a ninguna otra solemnidad distinta de ésta cuando, movidos por el deseo, preguntamos o decimos -¿Cuándo es la vigilia? -Dentro de tantos días, se responde, como si, en comparación de ella, las demás no hubiera que tenerlas por vigiliias. Ciertamente, el Apóstol exhortó a la Iglesia a ser asidua no sólo en los ayunos, sino también en las vigiliias. Hablando de sí mismo dice: *con frecuencia en ayunos, con frecuencia en vigiliias*. Pero la vigilia de esta noche destaca tanto que puede reivindicar como propio el nombre que es común a todas las demás. Así, pues, diré algo -lo que el Señor me conceda- primero sobre la vigilia en general y luego sobre la vigilia específica de hoy¹⁷³¹.

Sermón 223, 2: Y no os extrañe la muchedumbre de cristianos malos que llenan la iglesia, que comulgan del mismo altar, que alaban a grandes voces al obispo o al presbítero que encarecen las buenas costumbres; gracias a ellos, se cumple lo que predijo en el salmo quien nos ha congregado: *Hice el anuncio y hablé; se multiplicaron en exceso*. Pueden estar con nosotros en la Iglesia de este tiempo, pero no les será posible en aquella asamblea de santos que tendrá lugar después de la resurrección. La Iglesia de este tiempo es semejante a una era que tiene grano y paja mezclados, es decir, buenos y malos juntos; pero después del juicio tendrá solamente buenos sin malo alguno. Esta era contiene la mies sembrada por los apóstoles, regada hasta el presente por los buenos doctores que les han sucedido y no poco atribulada por las persecuciones de los enemigos, pero -y esto es lo único que queda- aún no purificada con la última bielda. Llegará, sin embargo, aquel al que se refieren las palabras del Símbolo, que habéis recitado: “De allí vendrá a juzgar a vivos y muertos”, y, como dice el evangelio, *tomará el bieldo en su mano y limpiará su era; reunirá su trigo en el granero y la paja la entregará a un fuego inextingible*. Lo que estoy diciendo, escúchenlo también los bautizados tiempo atrás. El que es grano, gócese con temblor, permanezca en la era, no se aleje de ella. No intente desprenderse de lo que, a su juicio, es paja, puesto que, si desea separarse ahora de la paja, no podrá permanecer en la era, y, cuando llegue quien sabe separar sin equivocarse, no subirá al granero lo que no encuentre en la era. Los granos que ahora se han alejado de la era, en vano se ufanarán después de la espiga en que se criaron. Aquel granero se llenará y después quedará cerrado; la llama destruirá todo lo que quede fuera. Por tanto, amadísimos, el que es bueno soporte al malo; el que

ad istam noctem Christi sepultura producta est; ut in hac ipsa nocte fieret carnis resurrectio, quae tunc irrisa est in ligno, nunc adoratur in caelo et terra.

Nox quippe ista ad consequentem diem, quem Dominicum habemus, intellegitur pertinere. Et utique nocte resurgere debuit, quia sua resurrectione et tenebras nostras illuminavit; neque enim ei frustra paulo ante cantatum est: *Tu illuminabis lucernam meam Domine; Deus meus, illuminabis tenebras meas*.

Proinde tam grande mysterium etiam devotio nostra commendat; ut quemadmodum eius resurrectione fides nostra firmata iam vigilat, sic et nostra vigilia etiam nox ista illuminata praefulgeat; ut digne possimus cum orbe terrarum **Ecclesia** diffusa cogitare hodie, ne inveniamur in nocte. Tot tantisque **populis**, quos Christi nomine tam insignis ubique sollemnitas congregavit, sol abscessit, dies non recessit, cum lucenti caelo lucens terra successit.

¹⁷³¹ Quid est igitur quod festo anniversario vigilant hodie Christiani? Nunc enim maxime vigilamus nec alia sollemnitas talis intellegi solet, in isto desiderio dum quaerimus et dicimus: Quando vigilamus? -ad tot dies vigilamus-, tamquam in huius comparatione aliae non sint reputandae. Apostolus quidem, sicut ieiuniorum, ita etiam vigiliarum assiduitatem commendavit **Ecclesiae**, de se ipso commemorans et dicens: *In ieiuniis saepius, in vigiliis saepius*. Sed huius noctis vigilia tanta est ut sola sibi etiam ceterarum commune nomen velut proprium vindicaret. Prius itaque de generali vigilia, postea de speciali et hodierna, quae Dominus dederit pauca dicemus.

es malo imite al bueno. En esta era, efectivamente, los granos pueden volverse paja y, a su vez, de la paja originarse granos. Son cosas que acaecen a diario, hermanos míos. Esta vida está llena de tormentos y consuelos¹⁷³².

Sermón 223 A, 5: El poder de su misericordia afiance nuestro corazón en su verdad, afiance y tranquilice nuestras almas. Descienda abundantemente su gracia sobre nosotros; tenga misericordia y aleje los escándalos de nosotros, de su Iglesia y de todos nuestros seres queridos, y haga que le agrademos siempre mediante su poder y la abundancia de su misericordia derramada sobre nosotros para siempre. Por Jesucristo, su Hijo y Señor nuestro, que vive y reina con él y con el Espíritu Santo por los siglos de los siglos. Amén¹⁷³³.

Sermón 223 D, 1: Todos sabéis, amadísimos hermanos –pues no ignoráis lo que estáis haciendo–, que esta vigilia está dedicada al Señor y que ocupa el primer puesto entre todas las instituidas para el culto de Dios, porque en ella se renueva con solemnidad anual el recuerdo del Salvador, que *fue entregado por nuestros pecados y resucitó para nuestra justificación*. De esta manera, la Iglesia entera, su cuerpo, puede cantar: *Yo saltaré de gozo en el Señor y me alegraré en Dios, mi Salvador*¹⁷³⁴.

Sermón 223 D, 3: En efecto, durante todo este tiempo, como si de una noche se tratara, la Iglesia, puestos los ojos de la fe en las Sagradas Escrituras, semejantes a faros nocturnos, permanece en vela hasta que venga el Señor. De aquí lo que dice apóstol Pedro: *Tenemos una palabra más segura, la profética, a la cual hacéis bien en atender como a la lámpara que luce en un lugar oscuro hasta que brille el día y salga el lucero en vuestros corazones*. Por eso, también el mismo Salvador nos ordenó mantenernos en

¹⁷³² Neque miremini multitudinem christianorum malorum, qui **ecclesiam** impleant, qui ad altare communicant, qui episcopum, vel presbyterum de bonis moribus disputantem magnis vocibus laudant: per quos impletur quod congregator noster praedixit in Psalmo: *Annuntiavi, et locutus sum, multiplicati sunt super numerum*. In **Ecclesia** huius temporis possunt esse nobiscum: in illa vero, quae post resurrectionem futura est, congregatione sanctorum esse non poterunt. **Ecclesia** enim huius temporis areae comparatur, habens mixta grana cum paleis, habens permixtos bonis malos; habitura post iudicium sine ullis malis omnes bonos. Haec area continet messem ab Apostolis seminatam, a sequentibus usque in praesens tempus bonis doctoribus irrigatam, non parum etiam inimicorum persecutione contritam; sed quod solum restat, nondum superna ventilatione purgatam. Veniet autem ille de quo reddidistis in Symbolo: *Inde venturus est iudicare vivos et mortuos*: et, sicut Evangelium loquitur, *habebit ventilabrum in manu sua, et expurgabit aream suam; et congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili*. Quod dico audiant et antiqui fideles. Qui granum est, cum tremore gaudeat, et permaneat, et ab area non recedat. Non se iudicio suo velut a palea conetur exuere: quoniam si se voluerit modo a palea separare, non poterit in area permanere. Et cum venerit ille qui sine errore discernit, quod in area non invenerit, ad horreum non levabit. Incassum se de spica tunc grana iactabunt, quaecumque nunc ab area recesserunt. Implebitur illud horreum, atque claudetur. Quidquid extra remanserit, flamma vastabit. Qui ergo bonus est, carissimi, toleret malum: qui malus est, imitetur bonum. In hac quippe area possunt in paleas grana deficere; possunt rursus grana de paleis consuscitari. Quotidie fiunt ista, fratres mei: plena est vita haec suppliciis atque solatiis.

¹⁷³³ Virtus misericordiae eius confirmet in veritate sua cor nostrum, confirmet et tranquillet animas nostras; abundet super nos gratia eius, et misereatur nostri, et auferat scandala a nobis, et ab **Ecclesia** sua, et ab omnibus carissimis nostris, faciatque nos placere sibi virtute sua et abundantia misericordiae suae super nos in aeternum. Per Iesum Christum Filium suum Dominum nostrum, qui cum eo vivit et regnat et cum Spiritu Sancto in saecula saeculorum. Amen.

¹⁷³⁴ Notum vobis est, fratres carissimi - neque enim quod agitis ignoratis -, ad hoc istam vigiliam Domino dicatam, et vigiliis omnibus quae ad Dei cultum exhibentur esse praelatam, quod in ea renovatur anniversaria sollemnitate memoria Salvatoris, qui *traditus est propter delicta nostra, et surrexit propter iustificationem nostram*; ut universa **Ecclesia** eius, quod est corpus eius, cantare possit: *Ego autem exultabo in Domino, et gaudebo in Deo salvatore meo*.

vela espiritual cuando dijo, hablando de su vuelta repentina: *Vigilad, porque no sabéis el día ni la hora*. Como ahora yo, que he venido a vosotros en el nombre del Señor, os he encontrado en vela en su nombre, así el mismo Señor, en cuyo honor celebramos esta solemnidad, cuando venga a despertar a su Iglesia de su sueño corporal en los sepulcros, la encontrará velando en la luz de la mente¹⁷³⁵.

Sermón 227: Quien desee progresar tiene cómo conseguirlo. Cuando os congregáis en la Iglesia, dejad de lado las habladurías vanas y estad atentos a las Escrituras. Nosotros somos vuestros libros. Prestad atención, por tanto, y ved por qué medio ha de venir en Pentecostés el Espíritu Santo. Y así es como vendrá: se manifiesta en lenguas de fuego. De hecho, aviva la caridad cuyas llamas nos eleven hacia Dios y nos lleven a despreciar el mundo, quemén lo que de heno hay en nosotros y purifique nuestro corazón como si fuera oro. Llega, pues, el Espíritu Santo –al agua sigue el fuego- y os convertís en el (único) pan que es el cuerpo de Cristo. Y, por ello, en cierto modo se significa la unidad.

Recordáis el orden en que se desarrollan los misterios sagrados. En primer lugar, después de la oración, se os exhorta a tener en alto vuestro corazón. Es lo que procede que hagan los miembros de Cristo. Si, pues, os habéis convertido en miembros de Cristo, ¿dónde se halla vuestra Cabeza?. Los miembros tienen su cabeza. Si la Cabeza no hubiese ido delante, los miembros de no la seguirían. ¿A dónde se encaminó nuestra cabeza? ¿Qué habéis profesado al recitar el Símbolo? *Al tercer día resucitó de entre los muertos, ascendió al cielo, está sentado a la derecha del Padre*. Nuestra cabeza está, por tanto, en el cielo. Ésa es la razón por la que, cuando se dice: *Levantemos el corazón, respondéis: Lo tenemos* (levantado) *hacia el Señor*. Y para que no atribuyáis a vuestras propias fuerzas, a vuestros méritos, a vuestro esfuerzo el tener el corazón levantado hacia el Señor, dado que es don de Dios el tenerlo en alto, el obispo o el presbítero que hace la ofrenda, tras haber respondido el pueblo: *Tenemos el corazón levantado hacia el Señor*, prosigue diciendo: *Demos gracias al Señor nuestro Dios* porque tenemos en lo alto nuestro corazón. *Démosle gracias*, porque si él no nos hubiese hecho ese don, tendríamos nuestro corazón en la tierra. Y vosotros lo confirmáis diciendo: *Es digno y justo* que demos las gracias a quien hizo que tengamos el corazón elevado hacia nuestra cabeza.

Luego, tras la santificación del sacrificio de Dios, puesto que él ha querido que también nosotros fuéramos su sacrificio, lo que se mostró allí donde se puso aquella suprema ofrenda a Dios y también nosotros, esto es, el signo de lo que somos, he aquí que, una vez que ha tenido lugar la consagración, recitamos la oración del Señor que habéis recibido y devuelto.

A continuación de ella se dice: La paz esté con vosotros, y los cristianos se intercambian el ósculo santo. Es el signo de la paz. Igual que la muestran tus labios, sea una realidad en tu conciencia. Es decir, igual que tus labios se acercan a los de tu hermano, no se aparte tu corazón del suyo.

Grandes son, pues, estos misterios; muy grandes, en verdad. ¿Queréis saber cómo se nos encarecen? Dice el Apóstol: *Quien come el cuerpo de Cristo o bebe el*

¹⁷³⁵ Nam totum hoc tempus, quo saeculum istud, vice noctis excurrit, oculis fidei in Scripturas sanctas tamquam in nocturna luminaria intenta **Ecclesia** vigilat, donec Dominus veniat. Hinc est quod dicit apostolus Petrus: *Habemus certiolem propheticam sermonem, cui bene facitis intendentes tamquam lucernae in obscuro loco, donec dies luceat et lucifer oriatur in cordibus vestris*. Propter quod et ipse Salvator spiritalem vigiliam nobis **imperat**, ubi de suo repentino locutus adventu, *vigilate*, inquit, *quia nescitis diem neque horam*. Sicut ergo nunc, qui in nomine Domini ad vos ipse veni, vigilantes vos in nomine eius inveni, sic ipse Dominus, in cuius honorem celebratur ista sollemnitas, **Ecclesiam** suam luce mentis inveniet vigilantem, quando veniet, ut etiam excitet eam in monumentis corpore dormientem.

cáliz del Señor indignamente, es reo del cuerpo y sangre del Señor. ¿En qué consiste ese recibirlo indignamente? En recibirlo con desprecio, en recibirlo con mofa. No lo juzgues algo sin valor por el hecho de ser visible. Lo que ves pasa, pero su significado invisible no pasa, sino que permanece. Ved que se recibe, se come, se consume. ¿Acaso se consume el cuerpo de Cristo? ¿Se consume, tal vez, la Iglesia de Cristo? ¿Acaso se consumen los miembros de Cristo? En ningún modo. Aquí son purificados, allí son coronados. Permanecerá, pues, lo significado, aunque parezca que pasa lo que lo significa¹⁷³⁶.

Sermón 228, 2: Y ahora me dirijo a éstos para que sean grano en la era, para que no sigan a la paja, llevada de un lado a otro por el viento, y perezcan con ella; sino que permanezcan en la era retenidos por el peso de la caridad para llegar al reino de la inmortalidad. A vosotros, pues, hermanos; a vosotros, hijos; a vosotros, retoños nuevos de la madre Iglesia, os ruego, en virtud de lo que habéis recibido, que pongáis vuestros ojos en quien os llamó, en quien os amó, en quien os buscó cuando estabais perdidos, os iluminó una vez encontrados, para no seguir el sendero de los que se pierden, en quienes desentona el nombre de fieles. No se les preguntará por el nombre que llevan, sino por la concordancia entre vida y nombre. Si ha nacido, ¿dónde está la nueva vida? Si se cuenta entre los fieles, ¿dónde está la fidelidad? Escucho el nombre, pero quiero advertir también la realidad. Elegid vosotros a quienes imitar temiendo a Dios, entrando a la iglesia con temor, escuchando su palabra con atención, reteniéndola en la memoria, rumiándola con el pensamiento y cumpliéndola con los hechos; elegid imitar a personas así¹⁷³⁷.

¹⁷³⁶ Qui vult proficere, habet unde. Quando convenitis ad **ecclesiam**, tollite fabulas vanas; intenti estote ad Scripturas. Codices vestri nos sumus. Attendite ergo et videte, qua venturus est Pentecoste Spiritus Sanctus. Et sic veniet: in linguis igneis se ostendit. Inspirat enim caritatem qua ardeamus in Deum et mundum contemnamus et foenum nostrum exuratur et cor quasi aurum purgetur. Accedit ergo Spiritus Sanctus, post aquam ignis et effcimini panis quod est corpus Christi. Et ideo unitas quodam modo significatur.

Tenetis sacramenta ordine suo. Primo, post orationem, admonemini sursum habere cor; hoc decet membra Christi. Si enim membra Christi facti estis, caput vestrum ubi est? Membra habent caput. Si caput non praecessisset, membra non sequerentur. Quo ivit caput nostrum? Quid reddidistis in Symbolo? *Tertia die resurrexit a mortuis, ascendit in caelum, sedet ad dexteram Patris.* Ergo in caelo caput nostrum. Ideo cum dicitur: *Sursum cor*, respondetis: *Habemus ad Dominum*. Et ne hoc ipsum quod cor habetis sursum ad Dominum, tribuatis viribus vestris, meritis vestris, laboribus vestris, quia Dei donum est sursum habere cor, ideo sequitur episcopus, vel presbiter qui offert et dicit - cum respondent **populus**: *Habemus ad Dominum sursum cor* -: *Gratias agamus Domino Deo nostro*, quia sursum cor habemus. *Gratias agamus*, quia nisi donaret in terra cor haberemus. Et vos attestamini dicentes: *Dignum et iustum est*, ut ei gratias agamus qui nos fecit sursum ad nostrum caput habere cor.

Deinde post sanctificationem sacrificii Dei, quia nos ipsos voluit esse sacrificium suum, quod demonstratum est, ubi impositum est primum illud sacrificium Dei et nos - id est signum rei - quod sumus, ecce ubi est peracta sanctificatio dicimus Orationem Dominicam, quam accepistis et reddidistis. Post ipsam dicitur: *Pax vobiscum* et osculantur Christiani in osculo sancto. Pacis signum est: sicut ostendunt labia, fiat in conscientia, id est, quomodo labia tua ad labia fratris tui accedunt, sic cor tuum a corde eius non recedat.

Magna ergo sacramenta et valde magna. Vultis nosse quomodo commendentur? Ait Apostolus: *Qui manducat corpus Christi aut bibit calicem Domini indigne, reus est corporis et sanguinis Domini.* Quid est indigne accipere? Contemptibiliter accipere, irridenter accipere. Non tibi videatur vile, quia vides. Quod vides transit, sed quod significatur invisibile non transit, sed permanet. Ecce accipitur, comeditur, consumitur. Numquid corpus Christi consumitur? Numquid **Ecclesia** Christi consumitur? numquid membra Christi consumuntur? Absit. Hic mundantur, ibi coronantur. Manebit ergo quod significatur, quamquam transire videatur illud quod significatur.

¹⁷³⁷ Iam ipsos alloquor, ut grana sint in area, ut paleam quae vento circumfertur, non sequantur, cum qua pereant; sed maneant pondere charitatis, ut perveniant ad **regnum** immortalitatis. Vos ergo, fratres, vos filii, vos novella germina matris **Ecclesiae**, obsecro vos per quod accepistis, ut attendatis in eum qui vos

Sermón 228 B, 4: El Apóstol recuerda que esto se halla predicho ya en la Escritura Sagrada: *Serán dos en una sola carne. Misterio grande –dice- es éste, pero yo lo aplico a Cristo y a la Iglesia.*¹⁷³⁸

Sermón 229 A, 1: Lo expuso con la máxima brevedad: *Siendo muchos, somos un único cuerpo.* Este pan es el cuerpo de Cristo, del que dice el Apóstol dirigiéndose a la Iglesia: *Vosotros sois el cuerpo de Cristo y sus miembros.* Lo que recibís, eso sois vosotros por la gracia que os ha redimido. Cuando respondéis *Amén*, lo rubricáis personalmente. Lo que estáis viendo es el sacramento de la unidad¹⁷³⁹.

Sermón 229 D, 2: Celebrad, pues, esta fiesta transitoria y pensad que el reino futuro ha de permanecer por siempre. Si tanto nos llenan de gozo estos días pasajeros en los que recordamos con devota solemnidad la pasión y resurrección de Cristo, ¡qué dichosos nos hará el día eterno en el que le veremos a él y permaneceremos con él, día cuyo solo deseo y expectación presenta ya nos produce alegría! ¡Qué gozo otorgará a su Iglesia, a la que, regenerada por Cristo, quita el prepucio –por hablar así- de su naturaleza carnal, es decir, el oprobio de su nacimiento!¹⁷⁴⁰

Sermón 229 F, 1: Unos vieron la resurrección del Señor y otros no creyeron que hubiera tenido lugar cuando se les anunció. Y el mismo Señor, ya presente, les reprochó el que no hubieran creído a quienes lo habían visto y anunciado. ¡Qué detalle para con los gentiles y para con quienes nacieron mucho después! ¿Qué concedió Dios a quienes llenan ahora las iglesias de Cristo? Los santos apóstoles caminaron en compañía del Señor, escucharon de su boca la palabra de la verdad y le vieron resucitar muertos, pero no creyeron que el Señor hubiese resucitado de entre los muertos. En cambio, nosotros, nacidos mucho después, nunca vimos su presencia corporal, no escuchamos ninguna palabra de su boca de carne ni presenciarnos con estos ojos ningún milagro hecho por él; y, no obstante, creímos con sólo escuchar las cartas de quienes entonces no quisieron creer. No creyeron un hecho recentísimo que se les acababa de anunciar. Lo escribieron para que lo leyéramos: lo escuchamos y lo creímos. El Señor Jesús no quiso aparecerse a los judíos porque no los juzgó dignos de ver a Cristo el Señor después de la resurrección; se manifestó a los suyos, no a los extraños. Y al anunciarlo los suyos, lo creyeron los extraños, y quienes fueron extraños se hicieron suyos. Según se lee en los Hechos de los Apóstoles, muchos de aquellos que crucificaron al Señor, que se mancharon al derramar su sangre; muchos de aquellos que dijeron: *Caiga su sangre sobre nosotros y sobre nuestros hijos*, creyeron después, cuando se lo anunciaron los

vocavit, qui dilexit vos, qui perditos quaesivit vos, qui inventos illuminavit vos, ut non sectemini vias perditorum, in quibus errat nomen fidelium: non enim quaeritur quid vocentur, sed utrum nomini suo consonent. Si natus est, ubi est nova vita? Si fidelis est, ubi est fides? Audio nomen, agnoscam et rem. Eligite vobis quos imitemini, Deum timentes, **ecclesiam** Dei cum timore intrantes, verbum Dei diligenter audientes, memoria retinentes, cogitatione ruminantes, factis implentes; ipsos eligite quos imitemini.

¹⁷³⁸ Hoc namque Apostolus in Scriptura sancta praedictum esse commemorat: *Erunt duo in carne una. Sacramentum hoc, inquit, magnum est; ego autem dico in Christo et in Ecclesia.*

¹⁷³⁹ Exposuit brevissime: *Unum corpus multi sumus.* Hoc panis corpus Christi, de quo dicit Apostolus, alloquens **Ecclesiam**: *Vos autem estis corpus Christi et membra.* Quod accipitis, vos estis, gratia qua redempti estis; subscribitis, quando *Amen* respondetis. Hoc quod videtis, sacramentum est unitatis.

¹⁷⁴⁰ Agite ita festum transiturum, atque venturum **regnum** semper cogitate mansurum. Si enim sic nos exhilarant praetereuntes dies, quibus Christi passionem et resurrectionem devota sollemnitate recolimus, quomodo beatificabit aeternus, ubi eum videbimus, et cum eo permanebimus, quem nunc desiderando et sperando gaudemus? Quantam dabit exultationem **Ecclesiae** suae, cui regeneratae per Christum tollit quodammodo carnalis naturae praepucium, hoc est, nativitatis opprobrium?

apóstoles. En verdad cayó sobre ellos su sangre, mas para lavarlos, no para llevarlos a la perdición; sobre unos para su perdición; sobre otros, para su purificación; mostrándose justo en el primer caso y misericordioso en el segundo. Y ahora, ¿acaso la fe es de todos? Como entonces de entre los judíos unos creyeron y otros no, así sucede ahora con los gentiles: unos han creído, otros no creen. *La fe no es de todos*¹⁷⁴¹.

Sermón 229 F, 2: No pongáis los ojos en los judíos que al presente son paja, es decir, paja de aquella era en que tuvo lugar entonces la trilla. En efecto, si prestamos atención, del pueblo judío salieron los profetas, los patriarcas, los apóstoles y la virgen María, que dio a luz a Cristo; del pueblo judío salió Pablo, más tarde creyente, y tantos millares que fueron bautizados en un solo día; de judíos se formaron innumerables iglesias cristianas. Pero esos granos de trigo ya están recogidos en el granero; la paja está para entretenimiento del diablo¹⁷⁴².

Sermón 229 I, 2: Pero veamos lo que les dijo: *Porque convenía que Cristo padeciera y resucitara al tercer día de entre los muertos y que en su nombre se predicase la penitencia y el perdón de los pecados por todos los pueblos, comenzando por Jerusalén.* Ved que los discípulos no sólo vieron a Cristo después de la resurrección, sino que también oyeron de su boca que, según la Sagrada Escritura, así tenía que suceder. Nosotros no hemos visto a Cristo presente en su carne, pero escuchamos a diario las Escrituras, con las que también ellos fueron afianzados. ¿Qué les dijo a propósito de las Escrituras? *Que en su nombre se predicase la penitencia y el perdón de los pecados por todos los pueblos, comenzando por Jerusalén.* Esto no lo veían los discípulos; sólo veían a Cristo, que hablaba de la Iglesia futura. Mas por la palabra de Cristo creían lo que no veían. Veían la cabeza, pero aún no el cuerpo; nosotros vemos el cuerpo, pero creemos lo referente a la cabeza. Son dos cosas: el esposo y la esposa, la cabeza y el cuerpo, Cristo y la Iglesia. A los discípulos se manifestó personalmente y les prometió la Iglesia; a nosotros nos mostró la Iglesia y nos ordenó creer lo referente a él. Los apóstoles veían una cosa sí y otra no; también nosotros vemos una cosa y no vemos otra. Como ellos, viendo la cabeza, creían en el cuerpo, así nosotros, viendo el cuerpo, creemos lo referente a la cabeza. ¿O hemos de

¹⁷⁴¹ Resurrectionem Domini alii viderunt, alii nuntiatam non crediderunt; et exprobrantur ab ipso Domino iam praesente, quia non crediderunt eis qui viderunt et nuntiaverunt. Quanta dignatio **gentium**, et longe postea natorum! Quid praestitit Deus eis, quibus modo implentur **ecclesiae** Christi? Apostoli sancti cum Domino ambulaverunt, verbum veritatis ex ore eius audierunt, mortuos suscitantem viderunt; et resurrexisse Dominum non crediderunt. Nos autem, qui longe post nati, praesentiam eius corporalem numquam vidimus, nullum verbum ex ore carnis eius audivimus, nullum ab eo factum miraculum his oculis aspeximus; et tamen credidimus, audientes litteras eorum, qui tunc credere noluerunt. Factum recentissimum nuntiatum sibi non crediderunt: scripserunt quod legeremus; audivimus, et credimus. Quod autem Dominus Iesus noluit apparere Iudaeis, dignos esse qui post resurrectionem Dominum Christum viderent non iudicavit; suis se ostendit, non alienis. Et dum praedicant sui, crediderunt alieni; et qui fuerunt alieni, facti sunt sui. Multi enim ex ipsis, sicut legitur in *Actibus Apostolorum*, multi ex ipsis qui Dominum crucifixerunt, qui sanguine eius effuso polluti sunt; multi ex ipsis qui dixerunt: *Sanguis eius super nos et super filios nostros*, postea crediderunt annuntiantibus Apostolis. Eius super illos revera fuit sanguis, sed abluendos, non perdendos; super alios perdendos, super alios mundandos; super perdendos iustus, super mundandos misericors. Et nunc numquid omnium est fides? Quomodo tunc ipsi Iudaei alii crediderunt, alii non crediderunt, sic et nunc **gentes**; crediderunt alii, non credunt alii. *Non est omnium fides.*

¹⁷⁴² Ne attendatis Iudaeos qui modo sunt palea, id est, illius areae quae tunc triturata est. Nam si consideremus, fratres mei, de Iudaeis Prophetas, de Iudaeis Patriarchas, de Iudaeis Apostoli, de Iudaeis virgo Maria, quae peperit Christum; de Iudaeis postea Paulus credens, et tot millia in uno die baptizata; de Iudaeis innumerabiles **ecclesiae** Christianorum. Sed illa frumenta iam in horreo recondita sunt: de paleis diabolus ludet.

negarla acaso? La verdad con su clamor nos impide hacerlo; efectivamente, estamos viendo cómo la Iglesia de Cristo alaba el nombre del Señor desde la salida del sol hasta el ocaso. *Comenzando* –dijo– *por Jerusalén*. Así se cumplió, pues les había dicho: *Permaneced en la ciudad hasta que seáis revestidos del poder de lo alto: desde el padre os envió lo prometido*¹⁷⁴³.

Sermón 229 I, 3: Hallándose los discípulos en la ciudad, vino el Espíritu Santo el día de Pentecostés, los llenó y hablaron las lenguas de todos los pueblos. Un único hombre hablaba las lenguas de todos los pueblos, porque la unidad de la Iglesia se iba a realizar en cada uno de ellos¹⁷⁴⁴.

Sermón 229 I, 4: Asesinado, pues, Esteban, la Iglesia que había nacido en Jerusalén sufrió persecución. Según la promesa del Señor, comenzaban a levantarse los cimientos de la Iglesia a partir de Jerusalén. Se produjo la persecución y se dispersaron los hermanos. Como troncos ardientes encendidos en una misma hoguera, se dispersaron por la tierra, y prendían fuego en cualquier lugar a donde llegaban. Así el Evangelio llenó la Judea y Samaria, avanzó hasta los gentiles y llegó a los confines del mundo. Veamos el Evangelio extendido por todo el mundo, no porque se haya alejado de la raíz, sino porque ha crecido. Lo estamos viendo, lo tenemos en la mano. La fe se encuentra extendida por todos los pueblos, *comenzando por Jerusalén*¹⁷⁴⁵.

Sermón 229 J, 4: *Escucha, hija y mira*. ¡Oh Iglesia santa! Escucha y mira; escucha lo que fue predicho y mira su cumplimiento. Cristo el Señor era la cabeza que quería convencer; era la cabeza de la Iglesia, que se mostraba de forma convincente a sí mismo vivo, verdadero, íntegro y cierto y conducía a la fe a los creyentes¹⁷⁴⁶.

¹⁷⁴³ Sed videamus quid dixit eis: *Quia sic*, inquit, *oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertia die, et praedicari in nomine eius paenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientes ab Ierusalem*. Ecce discipuli et Christum viderunt post resurrectionem, et hoc futurum fuisse Scripturas sanctas ore ipsius audierunt. Nos Christum praesentem in carne non vidimus; sed Scripturas, quibus et illi firmati sunt, quotidie cum leguntur audimus. Et quid de Scripturis dixit? *Praedicari in nomine eius paenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientes ab Ierusalem*. Hoc discipuli non videbant; Christum videbant de futura **Ecclesia** dicentem. Dicente itaque Christo, quod non videbant, credebant. Caput videbant, corpus nondum videbant; nos corpus videmus, de capite credimus. Duo sunt, sponsus et sponsa, caput et corpus, Christus et **Ecclesia**. Discipulis se ipsum ostendit, et **Ecclesiam** promisit; nobis **Ecclesiam** ostendit, de se ipso credere praecepit. Unum videbant Apostoli, aliud non videbant; et nos unum videmus, aliud non videmus. Quomodo illi a praesenti capite credebant de corpore, sic nos de praesenti corpore credamus de capite. An negaturi sumus? sed negare nos clamans veritas ipsa non sinet. Videmus enim **Ecclesiam** Christi a solis ortu usque ad occasum laudare nomen Domini. *Incipientes*, inquit, *ab Ierusalem*. Sic est factum; nam dixit illis: *Sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto*, quia ego mitto vobis a Patre promissionem meam.

¹⁷⁴⁴ Illis itaque in **civitate** sedentibus, die Pentecostes venit Spiritus Sanctus, implevit discipulos, locuti sunt linguis omnium **gentium**. Unus homo loquebatur linguis omnium **gentium**, quia unitas **Ecclesiae** futura erat in omnibus **gentibus**.

¹⁸³⁵ Sed hoc totum non ad hominis, sed ad Dei gloriam referatur. Ab ipso vere est patientia, vera patientia, sancta patientia, religiosa patientia, recta patientia; christiana patientia donum Dei est. Nam et multi latrones patientissime torquentur; et non cedentes et tortorem vincentes, postea aeterno igne puniuntur. Causa discernit martyrem a patientia, imo a duritia sceleratorum. Par est poena, sed dispar est causa. Martyrum voce cantavimus (dixerat enim ista Vincentius in orationibus suis): *Iudica me, Deus, et discerne causam meam a gente non sancta*. Discreta est causa eius: quia pro veritate, pro iustitia, pro Deo, pro Christo, pro fide, pro **Ecclesiae** unitate, pro individua caritate certavit. Quis ei donavit istam patientiam? Quis? Indicet nobis Psalmus. Ibi enim legitur, ibi cantatur: *Nonne Deo subiecta erit anima mea? Ab illo enim patientia mea*. Quisquis putat sanctum Vincentium viribus suis ista potuisse, nimis errat. Quisquis enim viribus suis hoc se posse praesumpserit, etsi videtur vincere patientia, vincitur a superbia. Bene vincere, hoc est, universas machinas vincere. Illecebras dum ministrat, vincitur per continentiam: poenas et tormenta infligit, vincitur per patientiam: errores suggerit, vincitur per sapientiam. Ad extremum, cum omnia haec victa fuerint, suggerit animae, Euge, euge, quantum potuisti? quantum certasti? Quis tibi comparatur? Quam bene vicisti? Respondeat illi anima sancta: *Confundantur et revereantur, qui dicunt mihi, Euge, euge!*. Quando ergo vincit, nisi cum dicit: *In Domino laudabitur anima mea; audiant mites, et iucundentur*. Mites enim sciunt quod dico; quia in illis habitat verbum, in

Sermón 275, 3: Hablando el Apóstol de los miembros de la Iglesia, tomó una comparación de los miembros de nuestro cuerpo, a saber: *A nuestros miembros más viles los rodeamos de mayor honor*; de idéntica manera, la providencia del Creador, otorgando a los cadáveres de los mártires los testimonios tan preclaros de los milagros, rodea de mayor honor los despojos exánimes de los hombres, y lo que, al desaparecer la vida, permanece ya deforme, es el lugar donde se manifiesta más claramente el dador de vida¹⁸³⁶.

Sermón 277, 1: Al mártir le está reservada la corona para después de la victoria y, tras la resurrección, la vida eterna. Pero, gracias a su cuerpo, a la Iglesia se le concedió una memoria que le sirve de consuelo. Con frecuencia, y por cierta condescendencia, Dios otorga cosas a sus siervos sirviéndose de otros siervos suyos, concediendo algo que es de más provecho a quien lo recibe que a aquel a través de quien se le da. Un ejemplo: Dios alimentaba al santo Elías por medio de un ave; nunca faltó a Dios la misericordia y la omnipotencia para alimentarlo siempre de esta manera. Sin embargo, lo envía a una viuda para que ella le dé de comer, y no porque no hubiera otra manera de alimentar al siervo de Dios, sino para que la viuda piadosa mereciese la bendición. Así, pues, Dios concede a sus iglesias los cuerpos de los santos no para gloria de los mártires, sino para que se conviertan en lugares de oración¹⁸³⁷.

Sermón 277, 13: También tú estás todo entero en tu casa y todo entero en la iglesia; pero, cuando estás en la iglesia, no estás en tu casa, y, cuando estás en tu casa, no estás en la iglesia. No es ésta la forma como él está todo entero en el cielo, todo entero en la tierra, todo entero en la Virgen, todo entero en su cuerpo de niño, por no mencionar más cosas, como si se trasladase del cielo a la tierra, de la tierra a la Virgen, y de la Virgen al cuerpo de niño, sino que al mismo tiempo está todo entero por doquier¹⁸³⁸.

Sermón 278, 12: A quienes se han convertido se les perdonan todos sus pecados pasados. Por lo demás, en esta vida hay algunos graves y mortales que no se perdonan si no es mediante el intensísimo dolor de la humillación del corazón, de la contrición del espíritu y del sufrimiento de la penitencia. Estos se perdonan en virtud de las llaves de

illis habitat exemplum. Nam qui non est mitis, nescit quid sapiat quod dictum est: In Domino laudabitur anima mea. Omnis enim non mitis, superbus, asper, elatus, in se vult laudari, non in Domino. Qui autem dicit: *In Domino laudabitur anima mea*; non dicit: Audiant **gentes**, et iucundentur; audiant homines, et iucundentur: sed: *Audiant mites, et iucundentur*. Audiant quibus sapit.

¹⁸³⁶ Sicut enim de membris **Ecclesiae** loquens Apostolus, similitudinem adhibuit de membris corporis nostri, quoniam *quae inhonesta sunt nostra, his abundantiore honorem circumponimus*: ita providentia Creatoris cadaveribus martyrum tam praeclara miraculorum testimonia praestando, abundantiore honorem exsanguibus reliquiis hominum circumponit, et quod vita emigrante tamquam deforme iam remanet, ibi evidentius praesens vitae dator apparet.

¹⁸³⁷ Illi et in victoria corona, et in resurrectione servata est vita aeterna. Sed de corpore eius, **Ecclesiae** praestita est consolationis memoria. Sic plerumque Deus de servis suis praestat servis suis quadam dignatione, donans quod magis prosit ei cui datur, quam ei de quo datur. Sic Eliam sanctum Deus per avem pascebat: non autem misericordia Dei et omnipotentia defecerat, ut semper sic pasceret. Mittitur tamen pascendus ad viduam: non quia non erat quomodo Dei servus aleretur, sed ut fidelis vidua benedictionem mereretur. Praestitit ergo sanctorum corpora **Ecclesiis** suis ad memorias orationum, non ad glorias martyrum.

¹⁸³⁸ Nam et tu totus es in domo tua, et totus in **ecclesia**: sed quando in **ecclesia**, non in domo tua; quando in domo tua, non in **ecclesia**. Non ergo ille sic totus in coelo, totus in terra, totus in Virgine, totus in infante (ut aliud nihil commemorem), quasi migrando de coelo in terram, de terra in Virginem, de Virgine in infantem, sed ubique simul totus.

la Iglesia. (...) Si tú mismo lo reconoces, él lo perdona. Hay, sin embargo, otros pecados leves y menudos que no pueden evitarse; que ciertamente parecen pequeños, pero oprimen por su cantidad. Pues también un muelo de trigo se compone de granos menudísimos, y, sin embargo, con él se cargan las naves; y, si se llenan más de lo debido, se hundén. Cae un rayo sobre alguien y lo mata; pero también la lluvia, si es persistente, mata a muchos con sus menudísimas gotas. El primero mata de un solo golpe; la segunda, a fuerza de muchas gotas. El primero mata de un solo golpe; la segunda, a fuerza de muchas gotas. Las grandes fieras matan al hombre de una sola dentellada; pero también las pequeñas, cuando se juntan muchas, con frecuencia causan la muerte, y causan tanto daño que el pueblo soberbio del faraón mereció ser castigado con toda clase de tormentos. Estos pecados, aunque sean menudos, son tantos que, reunidos, forman un montón capaz de aplastarte; pero Dios es tan bueno que perdona también éstos, sin los cuales es imposible vivir en esta vida. Mas ¿cómo podrá perdonártelos, si tú no perdonas los que se comente contra ti?¹⁸³⁹

Sermón 279, 10: Así, pues, en pocas palabras lo digo a vuestra caridad, dirigiéndome a la Iglesia y al pueblo de Dios: “Si creyó, tú te lo encontraste; si temió, tú venciste”¹⁸⁴⁰.

Sermón 280, 2: ¿Hay espectáculo más dulce? ¿Hay combate más valeroso? ¿Hay victoria más espléndida? Entonces, cuando los cuerpos santos eran arrojados a las bestias, la masa rugía en todo el anfiteatro y los pueblos tramaban locuras. Pero el que habita en los cielos se mofaba de ellos y el Señor los escarnecía. Ahora, en cambio, los sucesores de aquellos cuyas voces se ensañaban sin piedad contra el cuerpo de los mártires, proclaman con piadosas palabras los méritos de éstos. Entonces no acudió tanta muchedumbre al antro de crueldad para presenciar su muerte cuanto concurre ahora a la iglesia de la piedad para honrarlos¹⁸⁴¹.

Sermón 281, 1: En el grupo de sus compañeros mártires brilla y destaca el valor y el nombre de Perpetua y Felicidad, santas mujeres de Dios. La corona, en efecto, comporta más gloria allí donde el sexo es más débil. Y, en efecto, el ánimo viril actúa en las mujeres de forma más sublime cuando la fragilidad femenina no desfallece ante

¹⁸³⁹ Omnia ergo praeterita conversis dimittuntur: caeterum huius vitae sunt quaedam gravia et mortifera, quae nisi per vehementissimam molestiam humiliationis cordis et contritionis spiritus et tribulationis poenitentiae non relaxantur. Haec dimittuntur per claves **Ecclesiae**. (...) Si ergo tu agnoscis, ille ignoscit. Sunt autem peccata levia et minuta, quae devitari omnino non possunt, quae quidem videntur minora, sed multitudine premunt. Nam et acervus frumenti minutissimis granis colligitur, et tamen onerantur inde naves: et si amplius onerentur, demerguntur. Unum fulmen deicit aliquem, et occidit: sed et si pluvia sit nimia, minutissimis guttis tamen multos interficit. Illud uno ictu perimit, illa ex multitudine exstinguit. Magnae bestiae uno morsu occidunt hominem: minutae autem cum fuerint multae congregatae, plerumque interimunt, et talem perniciem inferunt, ut poenis huiusmodi **gens** superba Pharaonis iudicari meruerit. Si ergo, quamvis minuta sint ista peccata, tamen quia tam multa sunt, ut congregata acervum faciant, quo te premant; bonus est Deus, qui etiam ipsa dimittit, sine quibus non potest ista vita duci. Quomodo autem dimittit, si tu non dimittas quae in te committuntur?

¹⁸⁴⁰ Itaque breviter dico Caritati vestrae, **Ecclesiam** Dei alloquor, **populum** Dei alloquor: si credidit, tu invenisti; si timuit, tu vicisti.

¹⁸⁴¹ Quid hoc spectaculo suavius? quid hoc certamine fortius? quid hac victoria gloriosius? Tunc cum bestiis sancta obicerentur corpora, toto amphitheatro fremebant **gentes**, et **populi** meditabantur inania. Sed qui habitat in coelis, irridebat eos, et Dominus subsannabat eos. Nunc autem posterii illorum, quorum voces in carnem martyrum impie saeviebant, merita martyrum piis vocibus laudant. Neque tunc tanto concursu hominum ad eos occidendos cavea crudelitatis impleta est, quanto nunc ad eos honorandos **ecclesia** pietatis impletur.

tanto peso. Estaban bien unidas al único varón, al cual se presenta la Iglesia como única virgen casta¹⁸⁴².

Sermón 284, 5: Nada tiene de extraño, hermanos míos. ¿Sabéis en qué momento se hace mención de los mártires? La Iglesia no ora por ellos. Con razón ora por otros difuntos, pero no por ellos; antes bien se encomienda ella a sus oraciones. Lucharon contra el pecado hasta derramar su sangre. Cumplieron lo que está escrito: *Lucha hasta la muerte por la verdad*. Despreciaron las promesas del mundo; pero esto es poca cosa. No es mucho despreciar la muerte ni soportar los tormentos. En el combate hasta la muerte está la victoria plena y gloriosa. En efecto, las primeras tentaciones propuestas a nuestro Señor, el rey de los mártires, eran algo dulce: *Di que todas estas piedras se conviertan en pan. Te daré todos estos reinos. Veamos si te acogen los ángeles, pues está escrito: “Para que no tropiece tu pie contra la piedra”*. Aquí están las alegrías del mundo: en el pan, la concupiscencia de la carne; en la promesa de los reinos, la ambición humana, y en la curiosidad de la prueba, la concupiscencia de los ojos. Todas estas cosas pertenecen al mundo, pero son cosas dulces, no crueles. Mirad ahora al rey de los mártires presentándonos ejemplos de cómo hemos de combatir y ayudando misericordiosamente a los combatientes. ¿Por qué permitió ser tentado sino para enseñarnos a resistir al tentador? Si el mundo te promete el placer carnal, respóndele: “Más deleitable es Dios”. Si te promete honores y dignidades seculares, respóndele: “El reino de Dios es más excelso que todo”. Si te promete curiosidades superfluas y condenables, respóndele: “Sólo la verdad de Dios no se equivoca”¹⁸⁴³.

Sermón 285, 5: La justicia de los mártires es perfecta, porque se hicieron perfectos al sufrir la pasión. Esta es la razón por la que no se ora por ellos en la Iglesia. Se ora por otros fieles difuntos, pero no por los mártires; tan perfectos salieron de esta vida que no son nuestros protegidos, sino nuestros protectores¹⁸⁴⁴.

Sermón 285, 6: Contra lo que se dice a Pedro: *Apacienta mis ovejas, se encuentra en el Cantar de los Cantares: Si no te conoces a ti misma, ¡oh hermosa entre las mujeres!* Reconocemos, ciertamente, a quién se dicen estas palabras, y en ella las

¹⁸⁴² Refulget et praeeminet inter comites martyres et meritum et nomen Perpetuae et Felicitatis, sanctarum Dei famularum. Nam ibi est corona gloriosior, ubi sexus infirmior. Quia profecto virilis animus in feminas maius aliquid fecit, quando sub tanto pondere fragilitas feminea non defecit. Bene inhaeserant uni viro, cui virgo casta unica exhibetur **Ecclesia**.

¹⁸⁴³ Non ergo mirum est, fratres mei: scitis quo loco martyres recitentur? Non pro illis orat **Ecclesia**. Nam merito pro aliis defunctis dormientibus orat **Ecclesia**: pro martyribus non orat, sed eorum potius orationibus se commendat. Certaverunt enim adversus peccatum usque ad sanguinem. Impleverunt quod scriptum est: *Certa pro veritate usque ad mortem*. Promissa mundi contempserunt: sed parum est; parum est enim lethum contemnere, parum est aspera tolerare: ubi usque ad sanguinem certamen, ibi gloriosissima et plena victoria. Nam prima Domino nostro principi martyrum tentamenta sunt blandimenta proposita: *Dic lapidibus istis ut panes fiant. Tibi dabo omnia regna ista. Videamus si suscipiunt te Angeli; quia scriptum est, Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum*. Ista laeta mundi sunt: in pane, concupiscentia carnis; in promissione **regnum**, ambitio saeculi; in curiositate tentationis, concupiscentia oculorum: haec omnia de saeculo sunt; sed blandiuntur, non saeviunt. Attendite martyrum Ducem exemplorum certamina proponentem, et certantes misericorditer adiuvantem. Quare se permisit tentari, nisi ut doceret resistere tentatori? Promittit mundus carnalem voluptatem: responde illi, Delectabilior est Deus. Promittit mundus honores et sublimitates saeculares: responde illi, Altius est omnibus **regnum** Dei. Promittit mundus superfluas vel damnabiles curiositates: responde illi, Sola non errat veritas Dei.

¹⁸⁴⁴ Martyrum perfecta iustitia est, quoniam in ipsa passione perfecti sunt. Ideo pro illis in **Ecclesia** non oratur. Pro aliis fidelibus defunctis oratur, pro martyribus non oratur: tam enim perfecti exierunt, ut non sint suscepti nostri, sed advocati.

oímos también nosotros. Es la Iglesia quien lo escucha de la boca de Cristo; la esposa, de boca del esposo: *Si no te conoces a ti misma, joh hermosa entre las mujeres!, sal tú*¹⁸⁴⁵.

Sermón 286, 3: Con la semilla de su sangre casi se llenó de mártires la tierra; de esa semilla brotó la cosecha de la Iglesia. Dieron mayor testimonio de Cristo con su muerte que con su vida¹⁸⁴⁶.

Sermón 286, 5: La cabeza fue delante, y espera que le sigan los miembros; se completará el cuerpo entero: Cristo y la Iglesia¹⁸⁴⁷.

Sermón 287, 1: El relato ha sido largo, pero la fatiga del oyente queda compensada por la dulzura de la verdad. Cuando se leyó el santo evangelio, escuchamos el glorioso nacimiento del bienaventurado Juan, heraldo y precursor de Cristo. Puede deducir de aquí vuestra caridad cuán grande es el hombre que ha nacido. La Iglesia no celebró nunca el nacimiento carnal de ningún patriarca, profeta o apóstol; sólo celebra dos nacimientos el de Juan y el de Cristo¹⁸⁴⁸.

Sermón 288, 3: La palabra tiene un gran valor aun si no la acompaña la voz; la voz sin palabra es algo vacío. Digamos el porqué y expliquemos lo dicho, si nos es posible. Supón que quieres decir algo; eso mismo que quieres decir, ya lo has concebido en tu corazón: lo retiene la memoria, lo dispone la voluntad y vive en la mente. Y eso mismo que quieres decir no pertenece a ninguna lengua concreta. Eso que quieres decir y ha sido ya concebido en tu corazón no es propio de ninguna lengua: ni de la griega, ni de la latina, ni de la púnica, o de la hebrea, o de la de cualquier otro pueblo. Es solamente algo concebido en el corazón y dispuesto para salir de él. Como dije, es un algo: una frase, una idea concebida en el corazón y dispuesta a salir de él para manifestarse a quien escucha. De esta manera, en cuanto que es conocida por aquel que la lleva en su corazón, es una palabra, conocida ya para quien ha de decirla, pero aún no por quien ha de oírla. Así, pues, la palabra ya formada, ya íntegra, permanece en el corazón; busca salir de allí para ser pronunciada a quien escuche. Quien ha concebido la palabra que pretende decir y que ya conoce en su corazón, mira a quién va a comunicarla. Estoy hablando, en el nombre de Cristo, a oídos ya instruidos en la Iglesia, y me atrevo a insinuarles algo más sutil, puesto que no son ignorantes¹⁸⁴⁹.

¹⁸⁴⁵ Contra hoc enim quod Petro dicitur: *Pasce oves meas*; dicitur in Canticis canticorum: *Nisi cognoveris temetipsam, o pulchra inter mulieres*. Cui dicitur, utique agnoscimus, et in illa nos etiam audimus. **Ecclesia** quippe hoc audit a Christo, sponsa audit a sponso: *Nisi cognoveris temetipsam, o pulchra inter mulieres, exi tu*.

¹⁸⁴⁶ Quasi semine sanguinis impleta est martyribus terra, et de illo semine seges surrexit **Ecclesiae**. Plus asseruerunt Christum mortui, quam vivi.

¹⁸⁴⁷ Praecessit caput, exspectat membra secutura: implebitur totum corpus, Christus et **Ecclesia**. Ibi nos computet scriptos: et in hac vita quod expedit det.

¹⁸⁴⁸ Prolixa narratio, sed compensatur labor auditoris dulcedine veritatis. Illustrem nativitatem beatissimi Ioannis praeconis et praecursoris Christi, cum sanctum Evangelium legeretur, audivimus. Hinc attendat Caritas vestra, quam magni hominis nativitas facta sit. Natalis dies carnis nulli Prophetarum, nulli Patriarcharum, nemini Apostolorum celebravit **Ecclesia**: solos duos Natales celebrat, huius et Christi.

¹⁸⁴⁹ Verbum valet plurimum et sine voce: vox inanis est sine verbo. Reddamus rationem, et quod proposuimus, si possumus, explicemus. Ecce voluisti aliquid dicere: hoc ipsum quod vis dicere, iam corde conceptum est; tenetur memoria, paratur voluntate, vivit intellectu. Et hoc ipsum quod vis dicere, non est alicuius linguae. Res ipsa, quam vis dicere, quae corde concepta est, non est alicuius linguae, nec graecae, nec latinae, nec punicae, nec hebraeae, nec cuiusquam **gentis**. Res est tantum corde concepta, parata procedere. Ergo, ut dixi, res est quaedam, sententia quaedam, ratio corde concepta, parata

Sermón 290, 2: Además, la Iglesia solamente celebra el día del nacimiento de este justo, porque en él se encierra un gran misterio. También se celebra el nacimiento del Señor, pero como del Señor. Presentadme otro siervo, fuera de Juan, entre los patriarcas, los profetas y los apóstoles cuyo nacimiento celebre la Iglesia de Cristo. Celebramos el día de la pasión de muchos siervos; pero el día del nacimiento, de ninguno, a no ser el de Juan¹⁸⁵⁰.

Sermón 290, 3: ¡Cuán humilde se habría mostrado aunque se hubiese declarado digno de desatársela! ¿Qué hizo al declararse indigno? Por eso quedó señalado el día de su nacimiento y confiado a la celebración de la Iglesia¹⁸⁵¹.

Sermón 293, 1: Hoy celebramos la solemnidad de San Juan, cuyo nacimiento escuchamos llenos de admiración cuando se leyó el evangelio. ¡Cuál no será la gloria del juez si es tanta la del heraldo! ¡Cómo será el camino que ha de venir si es tal quien lo prepara! La Iglesia considera, en cierto modo, sagrado el nacimiento de Juan. No se encuentra ningún otro entre los Padres cuyo nacimiento celebremos solemnemente. Celebramos el nacimiento de Juan y el de Cristo, lo cual no puede carecer de significado, y, aunque quizá yo sea incapaz de explicarlo como merece la grandeza del asunto, da origen a pensamientos fructíferos y profundos¹⁸⁵².

Sermón 293, 10: “Entonces, dirá alguien, ¿también el niño que aún no habla necesita quien lo libere?” Ciertamente que lo necesita. Testigo de ello es la madre cristiana, que corre con él a la Iglesia para que lo bautice. Testigo es también la santa madre Iglesia, que recibe al niño para lavarlo, ya para dejarlo marchar una vez hecho libre, ya para nutrirlo con la piedad. ¿Quién se atreverá a testimoniar contra tal madre? Finalmente, lo manifiesta en el mismo niño su propio llanto, testimonio de su miseria. En cuanto le es posible, lo atestigua también la debilidad de la naturaleza, aún sin uso de razón: no entra en esta vida riendo, sino llorando. Reconoce su miseria, préstale ayuda. Revístanse todos de entrañas de misericordia. Cuantas menos posibilidades tienen ellos de hacerlo por sí mismos, mayor será nuestra misericordia al hablar en favor de los pequeños. La Iglesia acostumbra prestar a los huérfanos ayuda en la defensa de sus intereses; hablemos todos en favor de los pequeños, préstenles todos auxilio para

procedere, ut insinuetur audienti. Sic igitur quomodo nota est ei in cuius corde est, verbum est, iam notum dicturo, nondum audituro. Ecce ergo verbum iam formatum, iam integrum, manet in corde: quaerit procedere, ut dicatur audienti. Attendit ille qui concepit verbum quod dicat, et notum habet verbum sibi in corde suo, attendit cui dicturus est. Loquar in nomine Christi auribus eruditus in **Ecclesia**, et audeo etiam aliquid iam quod sit subtilius, insinuare non rudibus.

¹⁸⁵⁰ Denique quia in magno sacramento natus est Ioannes, ipsius solius iusti natalem diem celebrat **Ecclesia**. Et Natalis Domini celebratur, sed tamquam Domini. Date mihi alium servum praeter Ioannem inter Patriarchas, inter Prophetas, inter Apostolos, cuius natalem diem celebret **Ecclesia** Christi. Passionum diem servis plurimis celebramus: nativitatis diem nemini, nisi Ioanni.

¹⁸⁵¹ Quantum humilis exstitisset, et si se Ioannes dixisset dignum? Quid fecit, dicendo se indignum? Propterea notatus est dies nativitatis eius, et celebrationi **Ecclesiae** commendatus.

¹⁸⁵² Sancti Ioannis, cuius nativitatem, cum Evangelium legeretur, mirantes audivimus, solemnitatem hodie celebramus. Quanta est gloria iudicis, si tanta est praekonis? Qualis est venturus via, si talis est qui praeparat viam? Nativitatem Ioannis quodam modo consecratam observat **Ecclesia**: nec invenitur ullus in Patribus, cuius nativitatem solemniter celebremus: celebramus Ioannis, celebramus et Christi: hoc vacare non potest, et si forte a nobis pro tantae rei dignitate minus explicatur, fructuosius tamen et altius cogitatur.

que no pierdan el patrimonio celeste. ¿Cómo no van a beneficiarse de su liberación quienes merecieron ser los primeros en morir por él?¹⁸⁵³

Sermón 293, 11: Finalmente, cuando ya se anunciaba como inminente su nacimiento, se dijo del mismo Señor y Salvador: *Le pondrán por nombre Jesús; él, en efecto, salvará a su pueblo de sus pecados.* Tenemos a Jesús, y sabemos lo que significa este nombre. ¿Por qué es Jesús, que en latín significa Salvador, por qué es Jesús? *El, en efecto, salvará a su pueblo.* Pero también Moisés salvó con mano poderosa a su pueblo, con la ayuda del Excelso, lo libró de la persecución y esclavitud de los egipcios. También Jesús Nave salvó a su pueblo de los perseguidores y de las guerras de los gentiles. Salvaron al pueblo los jueces, librándolo de las otras tribus. Lo salvaron también los reyes, librándolo del dominio de los gentiles que ladraban a su alrededor. No es ésta la salvación propia de Jesús; él lo librará *de sus pecados.* *Le pondrán por nombre Jesús; ¿Por qué? El, en efecto, salvará a su pueblo Israel. ¿De qué? De sus pecados.* Ahora pregunto refiriéndome a un niño cualquiera, cuando es llevado a la iglesia para hacerlo cristiano, para ser bautizado, pienso que es con la finalidad de que forme parte del pueblo de Jesús. ¿De qué Jesús? El Jesús que *salvará a su pueblo de sus pecados.* Si nada tiene que necesite salvación, sea excluido de él. ¿Por qué no decimos a la madres: “Retirad de aquí a estos niños”? Jesús es efectivamente salvador; pero, si éstos no tienen nada que necesite salvación, retiradlos de aquí, *pues no tienen necesidad de médico los sanos, sino los enfermos*”. Mientras discutimos sobre este niño, alguno se atreverá a decirme: “Para mí es Jesús, para éste no lo es”. Así, pues, ¿para ti es Jesús y para él no? ¿No ha venido a Jesús? ¿No se responde en su nombre para que crea en Jesús? ¿Acabamos de inventar un bautismo especial para los niños que no incluye la remisión de los pecados? Si este niño pudiese hablar en defensa propia, sin duda refutaría las palabras de quien me contradice y gritaría: “Dadme la vida en Cristo; he muerto en Adán, dadme la vida en Cristo, *en cuya presencia nadie está limpio, ni siquiera el niño de un solo día de vida sobre la tierra*”. Nadie negaría la gracia a éstos, ni siquiera quien tuviera que darla de sí mismo. Hemos de ser compasivos con los miserables. ¿Por qué se alaba con exceso su inocencia? ¡Ojalá hallen al salvador antes de oír al adulador! Nosotros no deberíamos ni siquiera discutir ante peligro tan grande para los niños, para no dar la impresión de que diferimos su salvación, aunque sólo sea mientras dura la disputa. Sea llevado a la iglesia, lavado, liberado, vivificado¹⁸⁵⁴.

¹⁸⁵³ Quid ergo, ait aliquis, et infans indiget liberatore? Plane indiget: testis est mater fideliter currens cum parvulo baptizando ad **ecclesiam**. Testis est ipsa mater **Ecclesia** suscipiens parvulum abluendum, et aut liberatum dimittendum, aut pietate nutriendum. Quis audeat dicere testimonium contra tantam matrem? Postremo et in ipso parvulo miseriae ipsius testis est fletus. Quantum potest, testatur natura infirma, parum intellegens; non incipit a risu, incipit a fletu. Agnosce miserum, porrige auxilium. Omnes misericordiae visceribus induantur. Quanto minus pro se ipsi possunt, tanto misericordius pro parvulis nos loquamur. Auxilium rerum suarum tuendarum **Ecclesia** solet praeberere pupillis: omnes loquamur pro parvulis, ab omnibus eis praebeatur auxilium, ne perdant coeleste patrimonium. Et propter illos Dominus illorum parvulus factus est. Quomodo ad eius liberationem non pertinuerunt, qui pro illo primi occidi meruerunt?

¹⁸⁵⁴ Postremo de ipso Domino Salvatore, cum eius nativitas proxima praenuntiaretur, dictum est: *Vocabunt nomen eius Iesum: ipse enim salvum faciet **populum** suum a peccatis eorum.* Iesum tenemus, interpretationem nominis huius habemus. Quare Iesus, quod latine "Salvator" dicitur, quare Iesus? *Ipsa enim salvum faciet **populum** suum.* Sed salvum fecit **populum** suum in manu potenti Moyses, et in adiutorio Excelsi a persecutione et dominatione Aegyptiorum: fecit salvum **populum** suum et Iesus Nave a persecutoribus bellisque **gentium**: fecerunt salvum **populum** Iudices, eum ab Allophylis liberantes; fecerunt et Reges, a dominatu circumquaque oblatrantium **gentium** liberantes. Non sic salvat Iesus: sed *a peccatis eorum. Vocabunt nomen eius Iesum. Quare? Ipsa enim salvum faciet **populum** suum.* Unde? *A peccatis eorum.* Nunc de parvulo interrogo, affertur ad **ecclesiam** faciendus christianus, baptizandus, puto quia ideo ut sit in **populo** Iesu. Cuius Iesu? Qui *salvum* facit **populum** suum a peccatis eorum. Si non

Sermón 293 B, 5: Ayer tarde, toda la ciudad ardía en llamas pestilentes; el humo se había adueñado de toda la atmósfera . Si os preocupa poco la religión, pensad, al menos, en la molestia causada a todos. Sabemos, hermanos, que tales cosas las hacen los niños; pero los mayores debían habérselas prohibido. Dice, en efecto, alguien: “Quien no prohíbe que se peque, en cuanto pueda, lo mande”. Es cierto, hermanos, que, en el nombre del Señor, la Iglesia progresa de año en año; estas cosas van disminuyendo, y, evidentemente, toda disminución tiende hacia el aniquilamiento; pero aún no han desaparecido, para quedarme tranquilo sin hablar. No podré callar más que cuando la vetustez y la novedad hayan llegado a sus metas respectivas: la vieja superstición, a la desaparición, y la nueva religión, a la perfección¹⁸⁵⁵ .

Sermón 293 C, 1: La Iglesia de Cristo, difundida a lo largo y a lo ancho, celebra hoy el nacimiento de Juan el Bautista, el amigo del esposo y el precursor del Señor. En esta solemnidad, yo os debo un sermón, vosotros me debéis atención y todos debemos devoción. (...) Quizá se refieran también a esto las palabras: *Conviene que él crezca y yo mengüe*, pues todos los anuncios de la ley y los profetas enviados delante de Cristo, cual voz ante la palabra, llegan hasta Juan, en quien cesaron ya las últimas figuras; a partir de entonces fructifica y crece en todo el mundo la gracia del Evangelio y la predicación manifiesta del reino de los cielos, que no tendrá fin¹⁸⁵⁶ .

Sermón 294, 1: A mí me hace diligente no el convencimiento, enraizado ya desde hace tiempo con suma autoridad en la Iglesia católica, sino las discusiones de algunos, que ahora se van extendiendo e intentan pervertir los ánimos de muchos¹⁸⁵⁷ .

Sermón 294, 3: Este primer error ha de ser alejado de los oídos y extirpado de las mentes. Es algo nuevo en la Iglesia, jamás antes oído, la afirmación de que hay una

habet quod in illo salvetur, auferatur hinc. Quare non dicimus matribus, Auferte hinc istos parvulos? Iesus namque salvator est: si non habent isti quod in illis salvetur, auferte hinc eos. *Non est opus sanis medicus, sed male habentibus.* Audebit mihi quisquam in hoc parvuli discrimine dicere: Mihi est Iesus, huic non est Iesus. Ergo tibi est Iesus, huic non est Iesus? Non venit ad Iesum? non pro illo respondetur ut credat in Iesum? Alterum baptismum instituimus parvulis, in quo non fit remissio peccatorum? Plane si iste parvulus pro se loqui posset, vocem contradicentis refelleret, et clamaret: Da mihi vitam Christi; in Adam mortuus sum; da mihi vitam Christi, *in cuius conspectu mundus non est, nec infans cuius est unius diei vita super terram.* Istis gratiam non negaret, nec qui de suo daret. Fiat misericordia cum miseris. Ut quid eorum innocentia ultra modum laudatur? Inveniat salvatorem, nondum sentiant adulatorem. Nos plane in tanto infantium periculo nec disputare debemus, ne eorum salutem vel disputando differre videamur. Afferatur, abluatur, liberetur, vivificetur.

¹⁸⁵⁵ Hesterno die post vesperam putentibus flammis **civitas** tota flagrabat; universum aerem fumus obduxerat. Si parum attenditis religionem, saltem iniuriam cogitate communem. Scimus, fratres, haec a pueris fieri; sed maiores prohibere debuerant. Ait enim quidam: *Qui non vetat peccare, cum potest, iubet.* Equidem, fratres, in nomine Domini proficit **Ecclesia** per annos singulos; ista minuuntur, et utique omnis diminutio tendit ad nihilum; sed nondum ita consumpta sunt, ut securi tacere possimus. Nec tacere poterimus, nisi cum vetustas et novitas pervenerit ad debitos fines; ut vetus superstitio consummetur, et nova religio perficiatur. Per Dominum nostrum Iesum Christum, cui est honor et gloria cum Deo Patre omnipotente, et cum Spiritu Sancto in saecula saeculorum. Amen.

¹⁸⁵⁶ Per **Ecclesiam** Christi longe lateque diffusam natalis hodie Ioannis Baptistae, amici sponsi et praecursori Domini, celebratur: debeo huic sollempnitati sermonem, debetis et vos intentionem, debemus omnes devotionem. (...)Etiam ad hoc fortasse pertinet, *illum oportet crescere, me autem minui*; nam omnis legalis et prophetica praenuntiatio emissa ante Christum, tamquam vox ante verbum, usque ad Ioannem fuit, in quo ultimae figurae cessaverunt; deinde evangelica gratia et manifesta praedicatio **regni** caelorum, cuius non erit finis, fructificat et crescit in universo mundo.

¹⁸⁵⁷ Sollicitos autem nos facit, non ipsa sententia iam olim in **Ecclesia** catholica summa auctoritate fundata, sed disputationes quorundam, quae modo crebescere, et multorum animos evertere moliantur.

vida eterna distinta del reino de los cielos y una salvación eterna distinta del reino de Dios. Ante todo, considera, hermano, si no debes quizá asentir con nosotros en que quien no pertenece al reino de Dios pertenece, sin duda alguna, al grupo de los condenados. Vendrá el Señor, juzgará a vivos y muertos, como dice el evangelio; formará dos grupos, uno a la derecha y otro a la izquierda. A los de la izquierda les dirá: *Id al fuego eterno, que está preparado para el diablo y sus ángeles*; y a los de la derecha: *Venid, benditos de mi Padre, recibid el reino preparado para vosotros desde el comienzo del mundo*. En el primer caso menciona el reino, y en el segundo la condenación con el diablo. No queda lugar intermedio alguno donde poder colocar a tus niños. Se juzgará a vivos y muertos: unos irán a la derecha, otros a la izquierda; no conozco ningún otro lugar. Tú que introduces ese lugar intermedio, apártate del medio, no sea que choque contra ti quien busca el lado derecho. También a ti te advierto: quítate del medio, pero no vayas a parar a la izquierda. Si, pues, habrá derecha e izquierda y no conocemos que el evangelio hable de lugar intermedio alguno, entonces a la derecha está el reino de los cielos. *Recibid, dijo, el reino*. Quien no está allí, está a la izquierda. ¿Qué sucederá a los de la izquierda? *Id al fuego eterno*. Los de la derecha irán al reino, sin duda eterno, y los de la izquierda, al fuego eterno. Quien no esté a la derecha, sin duda alguna estará a la izquierda; por tanto, quien no esté en el reino, estará en el fuego eterno. ¿Puede tener, en verdad, la vida eterna quien no se bautiza? Ese no estará a la derecha, es decir, no estará en el reino. ¿O identificas la vida eterna con el fuego sempiterno? Escucha también algo más claro referido a la vida eterna, puesto que el reino de Dios no es otra cosa que la vida eterna. Primero mencionó el reino, pero a la derecha; el fuego eterno, a la izquierda. Al final de la frase, para enseñarte qué es el reino y qué el fuego eterno, dijo: *Entonces irán éstos a la combustión eterna, y los justos, en cambio, a la vida eterna*. Advierte que acaba de exponerte qué es el reino y qué el fuego eterno, para que, cuando confieses que el niño no ha de estar en el reino, confieses también que ha de estar en el fuego eterno, pues el reino de los cielos es la vida eterna¹⁸⁵⁸.

Sermón 294, 14: “Pero la tiene también, dice, el niño que no cree, aunque no posea el reino de Dios”. Ve lo que sigue: *En cambio, quien es incrédulo frente al hijo, no tiene la vida, sino que la ira de Dios permanece sobre él*. ¿Dónde sitúas a los niños

¹⁸⁵⁸ Primus hic error aversandus ab auribus, extirpandus a mentibus. Hoc novum in **Ecclesia**, prius inauditum est, esse vitam aeternam praeter **regnum** coelorum, esse salutem aeternam praeter **regnum** Dei. Primo vide, frater, ne forte hinc consentire nobis debeas, quisquis ad **regnum** Dei non pertinet, eum ad damnationem sine dubio pertinere. Venturus Dominus, et iudicaturus de vivis et mortuis, sicut Evangelium loquitur, duas partes facturus est, dextram et sinistram. Sinistris dicturus: *Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius*; dextris dicturus: *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi*. Hac regnum nominat, hac cum diabolo damnationem. Nullus relictus est medius locus, ubi ponere queas infantes. De vivis et mortuis iudicabitur: alii erunt ad dextram, alii ad sinistram: non novi aliud. Qui inducis medium, recede de medio: non te offendet qui dextram quaerit. Et te ipsum admoneo: recede de medio, sed noli in sinistram. Si ergo dextra erit et sinistra, et nullum medium locum in Evangelio novimus: ecce in dextra **regnum** coelorum est: *Percipite, inquit, regnum*. Qui ibi non est, in sinistra est. Quid erit in sinistra? *Ite in ignem aeternum*. In dextra ad **regnum**, utique aeternum; in sinistra in ignem aeternum. Qui non in dextra, procul dubio in sinistra: ergo qui non in **regno**, procul dubio in igne aeterno. Certe habere potest vitam aeternam, qui non baptizatur? Non erit in dextra, id est, non erit in **regno**. Vitam aeternam computas ignem sempiternum? Et de ipsa vita aeterna audi expressius, quia nihil aliud est **regnum** quam vita aeterna. Prius **regnum** nominavit, sed in dextris; ignem aeternum in sinistris. Extrema autem sententia, ut doceret quid sit **regnum**, et quid sit ignis aeternus: *Tunc, inquit, abibunt isti in combustionem aeternam; iusti autem in vitam aeternam*. Ecce exposuit tibi quid sit **regnum**, et quid sit ignis aeternus; ut quando confiteris parvulum non futurum in **regno**, fatearis futurum in igne aeterno. **Regnum** enim coelorum est vita aeterna.

bautizados? Ciertamente, en el número de los creyentes. En efecto, según la costumbre antigua, canónica y fundada de la Iglesia, a los niños bautizados se les llama fieles¹⁸⁵⁹.

Sermón 294, 17: Pero dime, te suplico: a los niños bautizados, ¿Cristo les sirve para algo o no les sirve para nada? Necesariamente ha de decir que les sirve: se siente oprimido por el peso de la madre Iglesia. Quizá desearían poder decir lo contrario, pues sus razonamientos parece que conducen en esa dirección, pero se sienten cohibidos por la autoridad de la Iglesia, para no verse no digo ya descubiertos de los salivazos de los hombres, pero sí como arrastrados por el río de las lágrimas de los niños mismos. Pues si dijeran que Cristo no es de provecho para los niños bautizados, no dirían más que esto: “Es superfluo bautizar a los niños”. Para que el bautismo no resulte superfluo, afirmación que no se atreven a hacer, confiesan que Cristo es provechoso para los niños bautizados. Si es de provecho para los bautizados, pregunto ahora para quiénes es de provecho: ¿para los que creen o para los que no creen? Elijan lo que quieran. Si dicen que para los no creyentes, ¿dónde queda tu calumniosa afirmación anterior de que Cristo no puede ser de provecho para los que no creen? Tú mismo confiesas que es provechoso para los niños aunque no creen. Luego les es de provecho de todos modos: piensas que no les aprovecha ni para la vida eterna ni para la salvación eterna, pero sí para recibir el reino de los cielos. En esto sí aprovecha Cristo a los niños bautizados. ¿Es de provecho, pues, para los no creyentes? Pero atentos: ¡lejos de mí el decir que los niños no creen! Anteriormente hablé sobre ello; dado que el niño pecó en otro, cree también en otro. Se responde: “Cree”; la respuesta es válida, y el niño pasa a ser contado entre los fieles bautizados. Así lo afirma la autoridad de la madre Iglesia; así consta en el canon bien fundado de la verdad. Cualquiera que lance sus arietes contra esta robustez y contra este muro inexpugnable, él mismo se estrellará. Hemos de concluir, por consiguiente, que Cristo es de algún provecho para los niños bautizados. Y como lo afirmo, y conmigo toda la Iglesia, les aprovecha porque creen, porque son fieles. Tú elige lo que quieras¹⁸⁶⁰.

Sermón 294, 19: Os ruego que estéis quietos un poquito más. Me limito a leer. Tengo en mis manos un escrito de San Cipriano, antiguo obispo de esta sede. Ved brevemente lo que él pensaba del bautismo de los niños; mejor, lo que la Iglesia siempre pensó. (...) Ved cómo, sin haber entonces dudas al respecto, resuelve la cuestión sobre

¹⁸⁵⁹ Sed habet, inquit, et qui non credit parvulus, quamvis non habeat **regnum** Dei. Sed vide quod sequitur: *Qui autem incredulus est Filio, non habet vitam; sed ira Dei manet super eum.* Ubi ponis parvulos baptizatos? Profecto in numero credentium. Nam ideo et consuetudine **Ecclesiae** antiqua, canonica, fundatissima, parvuli baptizati fideles vocantur.

¹⁸⁶⁰ Sed dic mihi, obsecro te, Parvulis baptizatis Christus aliquid, an nihil prodest? Necessesse est ut dicat prodesse: premitur mole matris **Ecclesiae**. Forte quidem vellent hoc dicere; nam ratiocinationes eorum ad hoc videntur compellere: sed auctoritate reprimuntur **Ecclesiae**, ne non dicam sputis hominum obruantur, sed ipsorum infantium lacrymis tamquam fluvio pertrahantur. Si enim dixerint, nihil prodesse Christum baptizatis infantibus; nihil aliud dicunt quam, Superfluo baptizantur infantes. Ut autem non superfluo baptizentur, quia hoc dicere non audent, prodesse Christum baptizatis infantibus confitentur.

Si prodest baptizatis, quaero quibus prosit, credentibus, an non credentibus? Eligant quod volunt. Si dixerint, Non credentibus: ubi est ergo quod calumniabaris, quia Christus non credentibus prodesse non potest? Ecce tu confiteris prodesse infantibus, non tamen credentibus. Ad quodlibet prodest: non putas ad vitam aeternam, non putas ad salutem aeternam: ad ipsum **regnum** coelorum percipiendum utique prodest Christus parvulis baptizatis. Prodest ergo non credentibus? Sed absit, ut ego dicam non credentes infantes. Iam superius disputavi, credit in altero, qui peccavit in altero: dicitur, Credit; et valet, et inter fideles baptizatos computatur. Hoc habet auctoritas matris **Ecclesiae**, hoc fundatus veritatis obtinet canon: contra hoc robur, contra hunc inexpugnabilem murum quisquis arietat, ipse confringitur. Ergo prodest Christus aliquid infantibus baptizatis; et sicut ego dico, et sicut mecum tota **Ecclesia** dicit, credentibus prodest, fidelibus prodest: tu quod vis elige. Volo quidem ut quod verius est, eligas;

la que versan nuestras dudas. Esto lo tomó del cimiento de la Iglesia, para asegurar a las piedras vacilantes¹⁸⁶¹.

Sermón 294, 20: Si nos es posible, consigamos de nuestros hermanos que no sigan tachándonos de herejes, cosa que nosotros podríamos hacer, si quisiéramos, con los que piensan tales cosas, pero no lo hacemos. Soporte la madre con sus piadosas entrañas a quienes han de ser sanados; aguante a quienes han de ser instruidos, para no llorarlos muertos. Van demasiado lejos; demasiado, repito; apenas puede tolerarse, y se requiere gran paciencia para soportarlos. No abusen de la paciencia de la Iglesia, corrijanse para su bien. Les exhortamos como amigos, no litigamos como enemigos. Nos escarnecen y los sufrimos; no escarnezan a la norma de la Iglesia ni a la verdad; no contradigan a la Iglesia santa, que se fatiga día a día por borrar el pecado original de los niños. Esta doctrina está bien fundamentada. En otras cuestiones aún no examinadas con diligencia ni garantizadas con la autoridad de la Iglesia ha de soportarse al amante de discusiones que se equivoca; en tales cuestiones puede soportarse el error; pero no debe llegar hasta intentar sacudir incluso el fundamento mismo de la Iglesia. No es conveniente; quizá aún no sea reprehensible nuestra paciencia, pero debemos temer que no se nos acuse de negligentes. Baste esto a vuestra caridad; con quienes conocéis que son tales, comportaos amigable, fraterna, plácidamente; amorosa y pacientemente. Haga la piedad cuanto esté en su mano, porque luego no habrá impíos a quienes amar. Vueltos al Señor...¹⁸⁶²

Sermón 295, 1: El le había dicho: *Tú eres Cristo, el Hijo de Dios vivo*. Cristo le replicó: *“Y yo te digo que tú eres Pedro, y sobre esta piedra edificaré mi Iglesia”*. Sobre esta piedra edificaré la fe que acabas de confesar. Sobre lo que acabas de decir: *Tú eres Cristo, el Hijo de Dios vivo*, edificaré mi Iglesia. Tú eres, pues, Pedro¹⁸⁶³.

Sermón 295, 2: Como sabéis, el Señor Jesús eligió antes de su pasión a sus discípulos, a quienes llamó apóstoles. Entre ellos sólo Pedro ha merecido personificar a toda la Iglesia casi por doquier. En atención a esa personificación de toda la Iglesia que sólo él representaba, mereció escuchar: *Te daré las llaves del reino de los cielos*. Estas llaves no las recibió un solo hombre, sino la unidad de la Iglesia. Por este motivo se proclama la excelencia de Pedro, porque era figura de la universalidad y unidad de la

¹⁸⁶¹ Rogo vos, ut paululum acquiescatis. Lego tantum. Sanctus Cyprianus est, quem in manus sumpsi, antiquus episcopus Sedis huius: quid senserit de Baptismo parvulorum, imo quid semper **Ecclesiam** sensisse monstraverit paululum accipite. (...) Videte quemadmodum de hac re nihil dubitans, solvit illam unde dubitabatur. Hoc de fundamento **Ecclesiae** sumpsit, ad confirmandum lapidem nutantem.

¹⁸⁶² Impetremus ergo, si possumus, a fratribus nostris, ne nos insuper appellent haereticos, quod eos talia disputantes nos appellare possimus forsitan, si velimus, nec tamen appellamus. Sustineat eos mater piis visceribus sanandos, portet docendos, ne plangat mortuos. Nimum est quo progrediuntur; multum est, vix ferendum est, magnae patientiae adhuc ferri. Non abutantur hac patientia **Ecclesiae**, corrigantur, bonum est. Ut amici exhortamur, non ut inimici litigamus. Detrahunt nobis, ferimus: canoni non detrahant, veritati non detrahant; **Ecclesiae** sanctae pro remissione peccati originalis parvulorum quotidie laboranti non contradicant. Fundata ista res est. Ferendus est disputator errans in aliis quaestionibus non diligenter digestis, nondum plena **Ecclesiae** auctoritate firmatis; ibi ferendus est error: non tantum progredi debet, ut etiam fundamentum ipsum **Ecclesiae** quaterre moliat. Non expedit, adhuc forte nostra non est reprehendenda patientia: sed debemus timere ne culpetur etiam negligentia. Sufficiat Caritati vestrae, habete ad illos qui nostis illos, habete cum illis amice, fraterne, placide, amanter, dolenter: quidquid potest faciat pietas: quia postea diligenda non erit impietas. Conversi ad Dominum, etc.

¹⁸⁶³ Dixerat enim ipse: *Tu es Christus Filius Dei vivi*. Christus illi: *Et ego dico tibi, Quia tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo **Ecclesiam** meam*. Super hanc petram aedificabo fidem, quam confiteris. Super hoc quod dixisti: *Tu es Christus Filius Dei vivi*, aedificabo **Ecclesiam** meam. Tu enim Petrus.

misma Iglesia cuando se le dijo: *Te daré*, lo que en realidad se daba a todos. Para que veáis que es la Iglesia la que recibió las llaves del reino de los cielos, escuchad lo que en otro lugar dice el Señor a todos sus apóstoles: *Recibid el Espíritu Santo. Y a continuación: A quien perdonéis los pecados les quedarán perdonados, y a quienes se los retengáis les serán retenidos*. Esto se refiere al poder de las llaves, del que se dijo: *Lo que desatéis en la tierra quedará desatado en el cielo, y lo que atéis en la tierra será atado en el cielo*. Pero lo de antes se dijo sólo a Pedro. Para ver que Pedro personificaba entonces a toda la Iglesia, escucha lo que se le dice a él, y en él a todos los santos fieles: *Si un hermano tuyo peca contra ti, corrígele a solas. Si no te escucha, llama a otro o a otros dos, pues está escrito: “En boca de dos o tres testigos será firme toda palabra”. Si tampoco a ellos escucha, dilo a la Iglesia, y si ni a ella la escucha, sea para ti como un pagano y un publicano. En verdad en verdad os digo: lo que atéis en la tierra quedará atado también en el cielo, y lo que desatéis en la tierra será desatado también en el cielo*. La paloma ata, la paloma desata. Ata y desata el edificio levantado sobre la piedra. Teman los atados, teman los desatados. Los desatados teman ser atados; los atados oren para ser desatados. *Cada uno está atado por los lazos de sus pecados*. Fuera de esta Iglesia nada se puede desatar. A un muerto de cuatro días se le dice: *Lázaro, sal fuera*. Y salió del sepulcro, ligado de pies y manos con las vendas. El Señor despierta al muerto para que salga del sepulcro si toca el corazón para que salga fuera la confesión del pecado. Pero todavía está algo atado. En consecuencia, después que Lázaro salió del sepulcro, el Señor ordenó a sus discípulos, a quienes había dicho: *Todo lo que desatéis en la tierra será desatado en el cielo: Desatadlo y dejadlo marchar*. Lo resucitó personalmente y lo desató mediante sus discípulos¹⁸⁶⁴.

Sermón 295, 3: En Pedro, pues, aparece toda la fortaleza de la Iglesia, porque sigue al Señor en su pasión. No obstante, deja ver cierta debilidad; pues, al ser interrogado por una sirvienta, negó al Señor¹⁸⁶⁵.

¹⁸⁶⁴ Dominus Iesus discipulos suos ante passionem suam, sicut nostis, elegit, quos Apostolos appellavit. Inter hos pene ubique solus Petrus, totius **Ecclesiae** meruit gestare personam. Propter ipsam personam, quam totius **Ecclesiae** solus gestabat, audire meruit: *Tibi dabo claves regni coelorum*. Has enim claves non homo unus, sed unitas accepit **Ecclesiae**. Hinc ergo Petri excellentia praedicatur, quia ipsius universitatis et unitatis **Ecclesiae** figuram gessit, quando ei dictum est: *Tibi trado*, quod omnibus traditum est. Nam ut noveritis **Ecclesiam** accepisse claves **regni** coelorum, audite in alio loco quid Dominus dicat omnibus Apostolis suis. *Accipite Spiritum Sanctum*. Et continuo: *Si cui dimiseritis peccata, dimittentur ei; si cuius tenueritis, tenebuntur*. Hoc ad claves pertinet, de quibus dictum est: *Quae solveritis in terra, soluta erunt et in coelo; et quae ligaveritis in terra, ligata erunt et in coelo*. Sed hoc Petro dixit. Ut scias quia Petrus universae **Ecclesiae** personam tunc gerebat, audi quid ipsi dicatur, quid omnibus fidelibus sanctis: *Si peccaverit in te frater tuus, corripe illum inter te et ipsum solum. Si non te audierit, adhibe tecum unum aut duos: scriptum est enim, In ore duorum aut trium testium, stabit omne verbum. Si nec ipsos audierit, refer ad Ecclesiam: si nec ipsam audierit, sit tibi tamquam ethnicus et publicanus. Amen dico vobis, quia quae ligaveritis in terra, ligata erunt et in coelo; et quaecumque solveritis in terra, soluta erunt et in coelo*. Columba ligat, columba solvit; aedificium supra petram ligat et solvit.

Timeant ligati, timeant soluti. Qui soluti sunt, timeant ne ligentur: qui ligati sunt, orent ut solvantur. *Criniculis peccatorum suorum unusquisque constringitur*: et praeter hanc **Ecclesiam** nihil solvitur. Quatriduano mortuo dicitur: *Lazare, prodi foras!* Et prodiit de monumento institis ligatus manibus et pedibus. Excitat Dominus, ut mortuus de monumento prodeat; si cor tangit, ut peccati confessio foras exeat. Sed parum adhuc ligatus est. Dominus ergo, postquam exiit Lazarus de monumento, ad discipulos suos, quibus dixerat: *Quaecumque solveritis in terra, soluta erunt et in coelo: Solvite, inquit, eum, et sinite abire*. Per se excitavit, per discipulos solvit.

¹⁸⁶⁵ Proinde **Ecclesiae** fortitudo in Petro maxime commendata est; quia euntem ad passionem secutus est Dominum: et infirmitas quaedam notata; quoniam interrogatus ab ancilla, negavit Dominum.

Sermón 295, 5: ¿Por qué temes, oh amada? ¿Qué temes? *Que llegue a ser como una desconocida*, es decir, como una escondida, no como la Iglesia, puesto que la Iglesia no está encubierta: *Una ciudad levantada sobre una montaña no puede ocultarse*. Y extraviada *vaya a dar* no a tu rebaño, sino a los rebaños de tus compañeros. He aquí que a los herejes se les llama compañeros. *Salieron de nosotros*; antes de salirse se sentaron a la misma mesa que nosotros. ¿Qué responde, pues a la amada? *Si no te conoces a ti misma*. Esto dice el esposo en respuesta a la pregunta de la esposa: *Si no te conoces a ti misma, ¡oh hermosa entre las mujeres!* ¡Oh verdadera entre herejías! *Si no te conoces a ti misma*, puesto que de ti se han predicho tantas cosas: *En tu linaje serán bendecidos todos los pueblos; el Señor, Dios de los dioses, ha hablado, y llamó a la tierra desde la salida del sol hasta el ocaso; Pídemelo, y te daré los pueblos como heredad, y como posesión los términos de la tierra; Por toda la tierra salió su sonido y sus palabras llegaron hasta los confines del orbe de la tierra*¹⁸⁶⁶.

Sermón 295, 6: Entonces le dice el Señor desde el cielo: *Saulo, Saulo, ¿por qué me persigues?* Yo estoy aquí y estoy ahí; en el cielo tengo la cabeza, en la tierra el cuerpo. No nos extrañemos, hermanos, de pertenecer al cuerpo de Cristo. *Saulo, Saulo, ¿por qué me persigues?* Duro es para ti dar *coces contra el aguijón*. A ti mismo te haces daño, pues mi Iglesia crece con las persecuciones. Y él, lleno de pavor y temblor, respondió: *¿Quién eres tú, Señor?* Y él: *Yo soy Jesús Nazareno, a quien tú persigues*. Transformado al instante, espera órdenes. Depone el odio y se dispone a obedecer. Se le indica lo que ha de hacer¹⁸⁶⁷.

Sermón 296, 13: Si se te manda que repartas tu pan con el hambriento, ¿debes tú cerrar la Iglesia a quien llama?¹⁸⁶⁸

Sermón 296, 14: ¿Por qué he dicho esto? Nos ha entristecido lo que acabamos de oír –pues no estuve presente–: que algunos hermanos protestaron y rechazaron a cierto donatista que volvía a la Iglesia confesando el pecado del rebautismo tras haber sido exhortado a la penitencia por el obispo. Lo digo a vuestra caridad: mis entrañas están doloridas; os confieso que no me agradó tanta diligencia. Sé que lo hicieron motivados por ese celo; pero deben considerar también aquellas palabras del apóstol Pablo cuando llora incluso por los que *tienen celo de Dios, pero no según ciencia*¹⁸⁶⁹.

¹⁸⁶⁶ Quare times, o dilecta? quid times? *Ne forte fiam, inquit, sicut operta, id est, sicut obscura, sicut non Ecclesia; quia Ecclesia non est operta: Non enim potest civitas abscondi super montem constituta. Et errando incurram, non in gregem tuum, sed in greges sodalium tuorum. Etenim haeretici sodales dicuntur. A nobis exierunt: ad unam nobiscum mensam, antequam exirent, accesserunt. Ergo quid ei respondetur? Nisi cognoveris temetipsam: sponsus dicit, interroganti respondet: Nisi cognoveris temetipsam, o pulchra inter mulieres. O verax inter haereses, nisi cognoveris temetipsam: quia de te praedicta sunt tanta: In semine tuo benedicentur omnes gentes: Deus deorum Dominus locutus est, et vocavit terram, a solis ortu usque ad occasum: Postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae: In omnem terram exiit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum;*

¹⁸⁶⁷ Tunc Dominus de coelo: *Saule, Saule, quid me persequeris?* Ego sum hic, ego sum ibi: hic caput, ibi corpus. Non ergo miremur, fratres, ad corpus Christi pertinemus. *Saule, Saule, quid me persequeris? Durum est tibi adversus stimulum calcitrare. Te laedis: nam Ecclesia mea persecutionibus crescit. At ille pavens et tremens: Domine, quis es tu? Et ille: Ego sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris. Continuo mutatus exspectat imperium: ponit invidentiam, praeparat obedientiam.*

¹⁸⁶⁸ Si ergo esurienti iuberis panem frangere, tu pulsanti debes **ecclesiam** claudere?

¹⁸⁶⁹ Quare hoc dixi? Contristavit nos quod audivimus, cum praesentes non fuimus, quod quidam ex Donatistis veniens ad **Ecclesiam**, peccatum rebaptizationis confitens, cum ad paenitentiam ab episcopo exhortaretur, reclamatum est a quibusdam fratribus, et repulsus est. Dico Caritati vestrae, torta sunt ex hoc viscera nostra; fatemur vobis, non nobis placuit talis diligentia. Scio quia zelo Dei fecerunt; scio, non

Sermón 296, 15: Por lo demás, hermanos, ¡que no vuelvan a ocurrir estas cosas! ¡Nadie ame a la Iglesia de manera que sienta envidia de sus nuevas conquistas! Hace dos o tres días aconteció lo que he mencionado. Y grande fue la divulgación entre la gente del hecho de que no se admita a los donatistas cuando vienen a la Iglesia. ¿Pensáis que no hay nada de malo en que esto haya llegado a todos? Os lo suplico: hoy ha sonado esta voz para que esta buena noticia entierre la mala anterior. Esforzaos en ello; esto he dicho y predicado. Vengan y sean admitidos, como de costumbre, quienes nunca antes han sido católicos. En cambio, quienes han sido católicos con anterioridad y se hallaron haber sido prófugos, inconstantes y débiles, pérfidos -¿soy acaso condescendiente con ellos? Sin duda alguna, pérfidos-, quizá sean fieles por haber sido pérfidos: vengan también ellos y sean admitidos a la penitencia. Ni se lisonjeen por haberla hecho ya cuando pasaron al partido de Donato. Entonces hicieron penitencia en el partido de Donato, se arrepintieron de haber hecho el bien; arrepíentense ahora del mal que hicieron. Por el hecho de que se extraviaron de la fe, ¿teméis que pisoteen lo santo? También se tiene ante los ojos ese temor vuestro. Se les admite a la penitencia. Formarán parte de los penitentes hasta que quieran reconciliarse, sin que nadie los obligue ni les atemorice. Al hacerse penitente católico, ya no caen sobre él las amenazas de la ley; comenzó a querer ser reconciliado cuando nadie le infundía temor: créele, al menos, entonces. Suponte que se hizo católico coaccionado; se hace penitente. ¿Quién le obliga a pedir la reconciliación sino su propia voluntad? Por tanto, de momento admitamos a la debilidad, para después probar su voluntad¹⁸⁷⁰.

Sermón 297, 3: Saben los fieles que el nombre de los mártires se lee separado del de los restantes difuntos y que tampoco se ora por ellos, antes bien la Iglesia se encomienda a sus oraciones. ¿Cómo así? ¿Por qué sino porque es ciertamente amarga la muerte que eligieron por confesar a Cristo y no negarlo? Es gran verdad que la naturaleza rehúye la muerte. Pasa revista a todo género de animales; no hallarás ninguno que no quiera vivir o que no tema morir. También el género humano tiene ese instinto. Dura es la muerte, mas no por eso, repito, ha de negarse la vida. Pedro, a pesar de ser anciano, no quería morir. En verdad no quería morir, pero prefería seguir a Cristo. Prefería seguir a Cristo antes que evitar la muerte. Si el camino fuese tan ancho que se pudiese seguir a Cristo sin la muerte, ¿quién dudaría en tomarlo y elegirlo? Pero

dubito quia zelo Dei fecerunt; sed et illud debent attendere apostoli Pauli, quomodo plangit eos etiam qui *zelum Dei habent, sed non secundum scientiam*.

¹⁸⁷⁰ De cetero, fratres, ista non fiant: nemo sic amet **Ecclesiam**, ut inuideat lucris **Ecclesiae**. Nudis tertia, aut nudius quarta, factum est hoc quod dico; et non leviter sonuit ad omnes, quia non admittuntur Donatistae, quando veniunt ad **ecclesiam**. Putatis quia nihil mali factum est, quia hoc ad omnes sonuit? Rogo et, ideo sonuerit hodie vox ista, ut illud quod male sonuit obruat ea res quae bene sonuit. Date operam; hoc diximus, hoc praedicamus. Veniant, admittantur more solito, qui numquam adhuc catholici fuerunt. Qui autem iam catholici fuerunt, et inventi sunt lubrici, inventi sunt inconstantes et infirmi, inventi sunt perfidi - numquid parco? prorsus perfidi - forte erunt fideles, qui perfidi fuerunt; veniant et ipsi admittendi ad paenitentiam. Nec sibi blandiantur, quod redientes ad partem Donati egerunt ibi paenitentiam. Illa paenitentia fuit de re bona: sit vera de re mala. Quando egerunt paenitentiam in parte Donati, paenituit quod bene fecerant; modo agant ut paeniteat illos quod male fecerunt. Timetis, quoniam perfidi inventi sunt, ne sanctum conculcent? Ecce et huic timori vestro consulitur: in paenitentia dimittuntur; erunt in paenitentia, quando voluerint reconciliari iam nemine cogente, nemine terrente. Quoniam paenitens catholicus iam legum comminationes non patitur; coepit velle reconciliari, dum nemo terreret: vel tunc crede voluntati. Puta, coactus est esse catholicus: erit paenitens. Quis illum cogit petere reconciliationis locum, nisi voluntas propria? Modo ergo admittamus infirmitatem, ut postea probemus voluntatem.

no había otro camino por el que seguir a Cristo, adonde quería llegar, sino por aquel que deseaba no tener que sufrir¹⁸⁷¹.

Sermón 297, 5: Esta es la misericordia que Dios le donó sin merecerla. Escucha algo más que él mismo dice en otro lugar: *no soy digno*, dice, *de ser llamado apóstol, porque perseguí a la Iglesia de Dios*. Estoy viendo, Apóstol, que no eras digno. ¿De dónde te llegó el serlo? ¿A qué se debe el que seas lo que no merecías?¹⁸⁷²

Sermón 298, 4: *No soy digno*, dice, *de ser llamado apóstol*. ¿Por qué? Porque perseguí a la Iglesia de Dios. Si perseguiste a la Iglesia de Dios, ¿cómo es que eres apóstol? *Por la gracia de Dios soy lo que soy*. Yo no soy nada. Lo que soy, lo soy por la gracia de Dios¹⁸⁷³.

Sermón 299, 6: Así, en efecto, interpreta y en cierto modo expone el evangelio este nombre: *Le pondrán por nombre Jesús, pues él salvará a su pueblo de sus pecados. Palabra digna de ser aceptada*, digna de todo crédito; es decir, que Cristo Jesús vino al mundo a salvar a los pecadores, *de los cuales el primero soy yo*. No por haber sido el primero en pecar, sino por haber pecado más que nadie. De idéntica forma, decimos, con referencia al arte médico, que alguien es el primero; aunque en edad sea inferior a otros muchos, es superior en ese arte. Así solemos hablar también del primer artesano y del primer arquitecto. En este sentido dijo el Apóstol que era él el primero. Nadie, en efecto, persiguió más duramente a la Iglesia. Por tanto, si preguntas qué se debía a los pecadores a quienes vino Jesús, no encontrarás que se les debiera otra cosa que el suplicio¹⁸⁷⁴.

Sermón 299 A, 1: Una sola es la fecha para los dos mártires y apóstoles; según lo que nos transmite la tradición de la Iglesia, no padecieron y padecieron en un mismo día. En la misma fecha de hoy padeció primero Pedro y después Pablo. El merecimiento hizo igual la pasión y la caridad hizo que coincidieran en el día. (...) Anunciándole su propia pasión futura y quitándole el temor con el ejemplo, decía a su discípulo: *Testifico*

¹⁸⁷¹ Unde, quod norunt fideles, distincti a defunctis loco suo martyres recitantur; nec pro eis oratur, sed eorum orationibus **Ecclesiam** commendatur? Unde hoc, nisi quia mors, quam pro dominica confessione elegerunt suscipere, quam Christum negare, utique amara est? Utiq; natura refugit mortem. Intuere omne animalium genus, nullum invenies quod nolit vivere, quod non timeat interire. Habet istum sensum genus humanum. Dura est mors: sed non, inquam, quia mors est dura, ideo neganda est vita. Petrus etiam senex nolebat mori. Mori quidem nolebat, sed Christum sequi malebat. Malebat Christum sequi, quam non mori. Si via lata esset, qua sine morte Christum sequeretur, quis dubitet quod hanc arriperet, hanc eligeret? Sed non erat qua sequi Christum quo ire volebat, nisi per viam quam pati nolebat.

¹⁸⁷² Haec est misericordia, quam Deus donavit indebitam. Audi aliud eodem ipso dicente alio loco: *Non sum*, inquit, *dignus vocari apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei*. Video ergo, Apostole, quod non eras dignus. Unde hoc tibi, ut dignus esses? Quare ergo es quod dignus non es?

¹⁸⁷³ *Non sum*, inquit, *dignus vocari apostolus*. Quare? *Quia persecutus sum Ecclesiam Dei*. Si persecutus es **Ecclesiam** Dei, unde ergo Apostolus? *Sed gratia Dei sum quod sum*. Ante gratia, modo debitum; ante gratia donabatur, modo debitum redditur. *Gratia Dei sum*, inquit, *quod sum*. Ego nihil sum. Quidquid sum, *gratia Dei sum*.

¹⁸⁷⁴ Nam sic ipsum nomen etiam interpretatum et expositum quodam modo in Evangelio legimus: *Vocabunt nomen eius Iesum; ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum*. Sermo igitur *omni acceptione dignus*, credulitate dignus: id est, *quia Christus Iesus venit in mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum*. Non quia prior peccavit, sed quia caeteris plus peccavit. Quomodo dicimus in artibus medicum primum, multis aetate inferiorum, sed arte superiorem; fabrum primum, architectum primum: solemus ita loqui. Sic se Apostolus appellavit peccatorem primum. Nemo enim est gravius **Ecclesiam** persecutus. Ergo peccatoribus, ad quos venit Iesus, si quaeras quid debebatur, non invenies quid peccatoribus deberetur, nisi supplicium.

delante de Dios y Cristo Jesús, que ha de venir a juzgar a vivos y muertos, tanto su manifestación como su reino. Lo constriñó con esa declaración testifical, y añadió: *Predica la palabra, insiste oportuna e importunamente*¹⁸⁷⁵.

Sermón 299 B, 5: He aquí a Saulo convertido en Pablo para ti; helo ya predicando e indicándonos quién fue y quién es. *Yo, dice, soy el menor de los apóstoles.* Si el menor, con razón eres Pablo. Considerad la palabra latina: *paulum* equivale a “poco”, “pequeño”. En efecto, así solemos hablar: *Post paulum*, es decir, dentro de poco te veré. Así, pues, aquel Pablo se confiesa el menor, reconociéndose en el vestido del Señor como la orla que tocó aquella mujer enferma. Efectivamente, ella, que padecía flujo de sangre, prefiguraba la Iglesia de los gentiles; a esos mismos gentiles fue enviado Pablo, el menor y el último, puesto que la orla es lo más bajo y lo último del vestido. Una y otra cosa se confesó Pablo, el menor y el último. *Yo soy el menor de los apóstoles*, dijo él; *yo soy el último de los apóstoles*, dijo también él. No le hago ninguna afrenta; él mismo lo dijo. ¿Qué más dijo? Dígalo él para no dejar la impresión de que le injurio. Aunque el encarecer la gracia de Cristo no comporta, en verdad, ninguna injuria para Pablo, con todo, hermanos, escuchémosle. *Yo soy, dice, el menor de los apóstoles y no soy digno de ser llamado apóstol.* He aquí lo que era: *No soy digno de ser llamado apóstol.* ¿Por qué? *Porque perseguí a la Iglesia de Dios*¹⁸⁷⁶.

Sermón 299 C, 3: ¿Qué respondió el Señor a Ananías, que temblaba ante la fama de Pablo? ¿Qué le respondió? *Olvídate de eso ahora; ese hombre es para mí un vaso de elección para llevar mi nombre a la presencia de los gentiles y reyes. Yo le mostraré cuánto le conviene padecer por mi nombre. Yo le mostraré:* palabra de quien amenaza, pero también de quien prepara la corona. Una vez convertido de perseguidor en predicador, ¿qué tuvo que soportar? *Peligros en el mar, peligros en ríos, peligros en la ciudad, peligros en el desierto, peligros en los falsos hermanos; en fatigas y trabajos, en vigiliias frecuentes, en hambre y sed, en el frío y la desnudez, en peligros de muerte frecuentemente. Además de estas cosas exteriores, los asaltos que me sobrevienen cada día, la preocupación por todas las Iglesias. ¿Quién enferma que no enferme yo también? ¿Quién se escandaliza que yo no me abraze?* He aquí aquel perseguidor¹⁸⁷⁷.

¹⁸⁷⁵ Unus dies duorum martyrum et duorum Apostolorum: quantum **Ecclesiae** traditione percepimus, non uno die passi sunt, et uno die passi sunt. Hodie prior passus est Petrus, hodie posterior passus est Paulus: aequavit meritum passionem, caritas occurrit ad diem; (...) Dicebat discipulo suo, adnuntiaturus ei suam passionem futuram, et ei timorem ablaturus exemplo suo: *Testificor coram Deo et Christo Iesu, qui iudicaturus est vivos et mortuos, et manifestationem et regnum eius.* Constrinxit illum testificatione, et subiecit: *praedica verbum, insta opportune, importune.*

¹⁸⁷⁶ Ecce tibi Paulus post Saulum: ecce iam praedicat, ecce iam nobis quid fuisset et quid esset indicat. *Ego, inquit, sum minimus Apostolorum.* Si minimus, merito Paulus. Recolite latinum verbum: *paulum* modicum dicitur. Sic certe loquimur: *Post paulum videbo te.* Ergo Paulus ille minimum se confitetur, tamquam in veste Domini fimbriam, quam tetigit languida mulier. Quippe illa, quae fluxum sanguinis patiebatur, **ecclesiam gentium** figurabat; ad quas **gentes** missus est Paulus, et minimus et novissimus: quoniam fimbria et minima pars est vestimenti, et novissima. Utrumque de se confessus est Paulus: et minimum se dixit, et novissimum. *Ego sum minimus Apostolorum;* ipse dixit: *Ego sum novissimus Apostolorum,* ipse dixit. Iniuriam non facimus, ipse dixit. Et quid aliud dixit? Ipse dicat, ne nos facere videamur iniuriam; quamquam non est ullo modo Pauli iniuria, ubi commendatur Christi gratia, tamen, fratres, ipsum audiamus. *Ego sum, inquit, minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus.* Ecce quod erat: qui non sum dignus vocari Apostolus. Quare? *Quia persecutus sum Ecclesiam Dei.*

¹⁸⁷⁷ Quid enim respondit Dominus Ananiae trementi famam Pauli, quid respondit? *Sine nunc, vas electionis est mihi homo iste, ut portet nomen meum coram gentibus et regibus. Ego illi ostendam, quanta eum oporteat pati pro nomine meo. Ego illi ostendam:* vox est minantis, sed coronam parantis. Denique ille factus ex persecutore praedicator, quae sustinuit? *Periculis in mari, periculis in fluminibus, periculis in civitate, periculis in deserto, periculis in falsis fratribus; in labore et aerumna, in vigiliis multis, in*

Sermón 299 C, 4: Decididamente, me atrevo a afirmarlo: no era Pablo mismo quien lo soportaba. Lo soportaba él, porque en su fe así lo quería, y, a la vez, no lo soportaba él, porque en él habitaba la fuerza de Cristo. Cristo reinaba, Cristo otorgaba las fuerzas, Cristo no lo abandonaba, Cristo corría en la persona del corredor, Cristo lo conducía hasta la palma. (...) Lo que se da en paga es porque se debe; pero no habría a quien se le debiera si no se le hubiera dado de antemano lo que no se le debía. Le escuchas ahora presumir de lo que le debe Dios; escuchas ahora que Cristo le recompensa; escucha también de boca del mismo Pablo cómo se le dio antes lo que no merecía. *No soy digno, dice, de ser llamado apóstol, puesto que perseguí a la Iglesia de Dios.* Escucha ahora lo que se le debía a aquel a quien ves que ya se le prepara la corona; echa tu mirada atrás y considera si no lo hallas digno de castigo por sus hechos. Perseguió a la Iglesia de Dios. ¿Qué cruz no se merecía? ¿Qué tormentos bastarían para castigarlo? *No soy digno, dijo, de ser llamado apóstol.* Yo sé lo que se me debía. ¡El apostolado a mí que perseguí a la Iglesia de Dios! ¿De dónde, pues, me vino el ser apóstol? *Mas por gracia de Dios soy lo que soy.* ¡Oh gracia gratuitamente dada! Encontró qué castigar, pero hizo qué coronar. Ved lo que sigue. *Por la gracia de Dios, dijo, soy lo que soy.* Pues tampoco soy digno de ser apóstol, pues he perseguido a la Iglesia de Dios: esperaba suplicios, encuentro premios.¹⁸⁷⁸

Sermón 299 C, 5: Quizá fue éste, el menor, la orla en el vestido del Señor; orla que tocó aquella mujer, figura de la Iglesia de los gentiles, y quedó curada del flujo de sangre. El pequeño Pablo fue enviado a los gentiles con la salud. Sabed también que el Señor ignoró que había sido aquella mujer la que le había tocado la orla; pero la ignorancia del Señor es figura de algo. ¿Ignoraba él algo en verdad? Y, sin embargo, puesto que aquella mujer simbolizaba a la Iglesia de los gentiles, donde el Señor no se hallaba con su presencia corporal, aunque sí por medio de sus discípulos, en quienes iba a ser tocada su orla, dijo: *¿Quién me ha tocado?* Los apóstoles le responden: *La muchedumbre te apretuja, y dices: “¿Quién me ha tocado?”* Pero él insiste: *Alguien me ha tocado.* La muchedumbre apretuja, la fe toca. Hermanos, estad entre los que tocan, no entre los que apretujan. *¿Quién me ha tocado; y: Alguien me ha tocado.* Cristo se asemeja a un ignorante, mas para significar algo; no miente, sino que significa. ¿Qué significa? *El pueblo al que no conocí me sirvió.* Di, pues, Apóstol, acercándose ya tu pasión, pródigo de trabajo y exigiendo la corona; di: *Yo estoy ya a punto de ser inmolado y es inminente el tiempo de mi partida. He combatido un buen combate.* ¿De qué serviría el haber combatido de no haber seguido la victoria? Afirmas haber

fame et siti, in frigore et nuditate, in mortibus saepius, praeter illa quae extrinsecus sunt, incursus in me quotidianus, sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur et non ego infirmor? Quis scandalizatur, et non ego uror? Ecce est ille persecutor.

¹⁸⁷⁸ Prorsus audeo dicere, non ipse sustinebat. Et ipse sustinebat, quia fideliter volebat; non ipse sustinebat, quia virtus in illo Christi habitabat. Christus **regnabat**, Christus vires subministrabat, Christus non deserebat, Christus in currente currebat, Christus ad palmam perducebat. (...) Reddet: est enim cui reddat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. Debetur quod redditur: sed non esset cui deberetur, nisi ei praerogaretur quod non debebatur. Certe audis modo de Dei debito praesumentem, audis modo Christum reddentem: audi per ipsum Paulum indebita praerogantem. *Non sum*, inquit, *idoneus vocari apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei.* Modo attende quid debebatur, cui vides iam praeparari coronam; prius illum attende, et vide nisi in factis dignum invenis poena. Persecutus **Ecclesiam** Dei, qua cruce non dignus est? quae illi puniendo tormenta sufficerent? *Non sum dignus*, inquit, *vocari apostolus.* Ego scio quid mihi debebatur: apostolatus mihi, qui *persecutus sum Ecclesiam Dei!* Unde ergo Apostolus? *Sed gratia Dei sum quod sum.* O gratia gratis data! Invenit quod puniret, sed fecit quod coronaret. Videte quod sequitur. *Gratia*, inquit, *Dei sum quod sum.* Nam et ego Apostolus non sum idoneus, quia *persecutus sum Ecclesiam Dei*; supplicia expectabam, praemia invenio.

combatido; dinos cómo venciste. Pregunta a otro pasaje: *Demos gracias a Dios, que nos dio la victoria por Jesucristo nuestro Señor. He concluido la carrera. ¿Concluiste tú mismo la carrera? Reconoce aquello: No es obra del que quiere ni del que corre, sino de Dios, que se compadece. Di lo que queda: He mantenido la fe. La mantuviste, la guardaste; pero, si el Señor no guarda la ciudad, en vano vigilan los que la custodian*¹⁸⁷⁹.

Sermón 301, 1: Mujer única, madre única, ¡cómo nos ha puesto ante los ojos a la única santa madre la Iglesia, que por doquier exhorta a sus hijos a morir por el nombre de aquel de quien los concibe y los alumbró! Así, cubierto el orbe con la sangre de los mártires, cual semilla arrojada con anterioridad, floreció la mies de la Iglesia. ¿De dónde le vino esto al hombre? *La salvación de los justos les viene del Señor, que es su protector en el momento de la tribulación*¹⁸⁸⁰.

Sermón 302, 8: San Lorenzo fue un archidiacono. Según se cuenta, el perseguidor le reclamó las riquezas de la Iglesia; motivo por el cual sufrió lo que nos causa horror oír. Tendido sobre una parrilla, fue quemado en todos sus miembros y torturado con el tormento atrozísimo de las llamas. Sin embargo, superó todos los sufrimientos corporales con la enorme fortaleza de la caridad, ayudándole quien lo había hecho así. *Pues somos hechura suya, creados en Cristo Jesús para realizar las buenas obras que preparó Dios para que caminemos en ellas.* Para inflamar la cólera del perseguidor no con el deseo de encenderla, sino deseando encarecer a la posteridad su propia fe y mostrar cuán tranquilo iba a la muerte, dijo: “Acompañenme vehículos para traer en ellos las riquezas de la Iglesia”. Le llegaron los vehículos, los llenó de pobres y los mandó volver, diciendo: “He aquí las riquezas de la Iglesia”¹⁸⁸¹.

¹⁸⁷⁹ Fortasse in veste Domini minimus iste fimbrium fuit: hoc mulier illa tetigit, et a fluxu sanguinis liberata est, in qua erat **Ecclesiae gentium** figura. Ad **gentes** enim missus est Paulus modicus cum salute. Denique hoc sciatis, ipsa mulier, quae tetigit fimbriam Domini, ignorata est a Domino, sed ignoratio Domini figura est. Quid enim ille nesciebat? Et tamen, quia illa mulier **Ecclesiam** gentium significabat, ubi Dominus praesentia corporali non erat, sed per discipulos ibi erat, ubi fimbria eius tangeretur, ait: *Quis me tetigit?* Et Apostoli: *Turbae te comprimunt, et dicis, quis me tetigit?* Et ille: *tetigit me aliquis.* Turbae premunt, fides tangit. Fratres, estote de tangentibus, non de prementibus. *Quis me tetigit?* et *Tetigit me aliquis.* Ignoranti similis Christus, significans: non mentiens, sed significans quid significans? **Populus**, quem non cognovi, servivit mihi. Dic ergo, Apostole, imminente passione, laboris impensor, coronae iam exactor, dic: *Ego enim iam immolor, et tempus resolutionis iam meae instat. Bonum certamen certavi.* Quid prodesset certamen, nisi victoria sequeretur? Dicis quia certasti, dic unde vicisti. Alio loco interroga. *Gratias Deo, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. Cursum consummavi.* Tu cursum consummasti? Recognosce illud: *non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* Dic aliud, *fidem servavi.* Servasti, custodisti; sed: *Nisi Dominus custodierit civitatem, in vanum vigilant qui custodiunt eam.*

¹⁸⁸⁰ Una mulier, una mater, quomodo nobis ante oculos posuit unam matrem sanctam **Ecclesiam**, ubique exhortantem filios suos pro illius nomine mori, de quo eos concepit et peperit? Sic sanguine martyrum impletus orbis praeiactatis seminibus seges **Ecclesiae** pullulavit. Unde hoc homini, nisi quia *salus iustorum a Domino, et protector eorum est in tempore tribulationis?*

¹⁸⁸¹ Sanctus Laurentius archidiaconus fuit. Opes **Ecclesiae** de illo a persecutore quaerebantur, sicut traditur; unde tam multa passus est, quae horrent audiri. Impositus craticulae, omnibus membris adustus est, poenis atrocissimis flammarum excruciat; vincens tamen omnes corporis molestias magno robore caritatis, adjuvante illo qui talem fecerat. *Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae praeparavit Deus, ut in illis ambulemus.* Ut autem accenderet in iracundiam persecutorem, hoc fecit non illum volens irasci, sed suam fidem cupiens posteris commendare, et quam securus moreretur ostendere: Pergant, inquit, mecum vehicula, in quibus apportem opes **ecclesiae**. Missa sunt vehicula, oneravit ea pauperibus, et redire iussit, dicens: Hae sunt opes **ecclesiae**.

Sermón 302, 21: El nos libre por el honor de su nombre y se muestre propicio con nuestras culpas *para que no digan los gentiles: “¿Dónde está tu Dios?”*.

Hermanos, por aquellos que se refugian en la fortaleza de la madre Iglesia, por nuestro refugio común, no seáis perezosos ni holgazanes para visitar con frecuencia a vuestra madre. No os alejéis de la Iglesia. Le preocupa el que una multitud alborotada se atreva a hacer algo. Por lo demás, y en cuanto se refiere a las autoridades, sabed que hay leyes promulgadas por los emperadores cristianos en el nombre de Dios que la protegen con suficiencia y hasta abundantemente y que dichas autoridades parecen ser tales que no se atreverán a actuar contra su madre, lo que les acarrearía el reproche de los hombres y el juicio de Dios. Eso está lejos de su intención; ni creo que puedan hacerlo ni veo que lo hagan. Mas para que la multitud alborotada no ose hacer nada, debéis acudir a la madre Iglesia, puesto que, como dije, no es refugio para uno o dos hombres, sino para todos. Quien no tiene nada pendiente con la justicia, tema el llegar a tenerlo. Lo digo a vuestra caridad: hasta los malvados buscan refugio en la Iglesia huyendo de la presencia de los justos, y también los justos que huyen de la presencia de los malvados. A veces, hasta los malvados huyendo de otros malvados. Hay tres clases de fugitivos: los buenos nunca huyen de los buenos; solamente los justos no huyen de los justos. Huyen o bien los injustos de los justos, o bien los justos de los injustos, o también los injustos de los injustos. Mas, si quisiéramos hacer distinciones y sacar de la iglesia a quien obra mal, no tendrían dónde esconderse los que obran el bien; si quisiéramos permitir que fuesen sacados todos los culpables, no tendrían adónde huir los inocentes. Es preferible, pues, que la Iglesia proteja a los culpables antes que sean sacados de ella los inocentes. Quedaos con estas cosas, para que, como dije, sea temida vuestra asistencia, no vuestra crueldad¹⁸⁸².

Sermón 303, 1: El martirio de San Lorenzo es célebre, pero más en Roma que aquí. Así lo indica vuestra pobre asistencia. Como no podría ocultarse Roma, así tampoco puede ocultarse la corona de Lorenzo. Y todavía no puedo explicarme cómo resulta desconocida a esta ciudad. Por tanto, vosotros, pocos como sois, escuchad estas pocas palabras, pues tampoco yo puedo decir mucho con este calor y cansancio corporal. Lorenzo era un diácono seguidor de los apóstoles, pues fue posterior a ellos. Cuando la persecución, predicha a los cristianos en el evangelio que acabamos de escuchar, ardía con vehemencia en Roma y en otros lugares, exigieron al archidiácono los bienes de la Iglesia. Se dice que él respondió: “Acompañenme vehículos para traer en ellos las riquezas de la Iglesia”. La avaricia abrió sus fauces, pero la sabiduría sabía

¹⁸⁸² ..., longe faciat a nobis peccata nostra; et propter honorem nominis sui liberet nos, et propitius sit peccatis nostris, *ne forte dicant gentes: Ubi est Deus eorum?*

Fratres, propter eos qui confugiunt ad munimentum matris **Ecclesiae**, propter ipsum omnium commune refugium, nolite pigri et segnes esse frequentare matrem vestram et non recedere de **Ecclesia**; sollicita est enim, ne quid indisciplinata multitudo audeat. Ceterum, quantum attinet ad illas potestates, quoniam et leges sunt in nomine Dei a Christianis **Imperatoribus** promulgatae, quae satis abundeque muniant **Ecclesiam**, et ipsi tale videntur ut non audeant facere contra matrem suam, unde et apud homines culpentur et apud Deum habeant iudicium, absit hoc ab eis; nec credimus de illis, nec sic videmus. Sed ne quid indisciplinata audeat multitudo, debetis frequentare matrem vestram, quia sicut dixi, non unius aut duorum hominum hoc est, sed commune refugium. Et qui non habet causam, timeat ne habeat. Dico Caritati vestrae: Ad **Ecclesiam** et iniqui fugiunt a facie iuste viventium, et iuste viventes fugiunt a facie iniquorum, et aliquando ipsi iniqui fugiunt a facie iniquorum. Tria sunt genera fugientium. Boni a bonis non fugiunt, soli iusti iustos non fugiunt; sed aut iniusti fugiunt iustos, aut iusti fugiunt iniustos, aut iniusti iniustos. Sed si voverimus discernere, ut tollantur de **Ecclesia** qui male faciunt, non erit ubi se abscondant qui bene faciunt; si voverimus permittere ut hinc tollantur nocentes, non erit quo fugiant innocentes. Melius est ergo ut et nocentes in **Ecclesia** muniantur, quam innocentes de **Ecclesia** rapiantur. Tenete ista: ut, sicut dixi, frequentia vestra, non saevitia, timeatur.

lo que había de hacer. En seguida llegó la orden: cuantos vehículos pidió, tantos se presentaron. Y cuantos más eran los pedidos, tanto mayor era la esperanza de botín concebida en el corazón. Llenó los vehículos de pobres y volvió con ellos. A la pregunta: “¿Qué significa esto?”, respondió: *estas son las riquezas de la Iglesia*¹⁸⁸³.

Sermón 304, 1: La Iglesia romana nos encarece hoy el día del triunfo del bienaventurado Lorenzo; día en que pisoteó los rugidos del mundo, despreció sus halagos, y en ambas cosas venció a su perseguidor, el diablo. Toda Roma es testigo de cuán gloriosa y distinguida es la corona del mártir Lorenzo, cuál la muchedumbre de sus virtudes y cuál la variedad de sus flores. En esa misma Iglesia ejercía el oficio del diácono, según soléis oír. Allí administró la sagrada sangre de Cristo y allí derramó la suya por el nombre de Cristo¹⁸⁸⁴.

Sermón 304, 2: ¿Ha de perder la madre Iglesia a sus hijos, que engendró con tanta mayor fecundidad cuanto mayor era la tranquilidad de que gozaba en tiempo de paz? ¿Ha de suplicar que llegue la persecución y la prueba para perderlos? En ningún modo, hermanos. ¿Cómo puede pedir la persecución quien día a día grita: *No nos dejes caer en la tentación?*¹⁸⁸⁵

Sermón 305, 2: En efecto, la Iglesia no sería su cuerpo si no estuviese él también en nosotros¹⁸⁸⁶.

Sermón 305, 4: Así, pues, el mismo Cristo, Señor y Salvador nuestro, cabeza de la Iglesia, nacido del Padre sin madre; el mismo, repito, Jesucristo, Señor y Salvador nuestro, por lo que a él respecta, entregó por poder propio su vida y por poder propio la recuperó¹⁸⁸⁷.

Sermón 305 A, 1: Ha brillado el día solemnísimo para Roma, donde se celebra con gran afluencia de gente. También nosotros, aunque ausentes en el cuerpo, presentes en el espíritu, nos asociamos a nuestros hermanos en un único cuerpo bajo una única cabeza. (...) Según la tradición, el bienaventurado Lorenzo era joven en el cuerpo, pero

¹⁸⁸³ Beati Laurentii illustre martyrium est, sed Romae, non hic: tantam enim video vestram paucitatem. Quam non potest abscondi Roma, tam non potest abscondi Laurentii corona. Sed quare adhuc istam **civitatem** lateret, scire non possum. Ergo pauci audite pauca: quia et nos in hac lassitudine corporis et aestibus non possumus multa. Diaconus erat, secutus Apostolos: tempore post Apostolos fuit. Cum ergo persecutio, quam modo ex Evangelio audistis praedictam fuisse Christianis, Romae, sicut in caeteris locis, vehementer arderet, et tamquam ab archidiacono postulatae essent res **Ecclesiae**; ille respondisse fertur: *Mittantur mecum vehicula, in quibus apportem opes Ecclesiae*. Aperuit fauces avaritia: sed sciebat quid faceret sapientia. Continuo iussum est: quot vehicula poposcit, tot ierunt. Poposcit autem multa: et quanto plura erant vehicula, tanto erat maior spes praedae corde conceptae. Implevit vehicula pauperibus, et reversus est cum eis: et dictum est ei, Quid est hoc? Respondit: *Hae sunt divitiae Ecclesiae*.

¹⁸⁸⁴ Beati Laurentii triumphalem diem, quo calcavit mundum frementem, sprexit blandientem, et in utroque vicit diabolum persequentem, hodiernum nobis **Ecclesia** Romana commendat. Quam gloriosa enim, et quanta virtutum multitudine, quasi florum varietate, distincta Laurentii martyris sit corona, universa testis est Roma. In ipsa enim **Ecclesia**, sicut soletis audire, diaconi gerebat officium. Ibi sacrum Christi sanguinem ministravit: ibi pro Christi nomine suum sanguinem fudit.

¹⁸⁸⁵ Perditura est ergo filios suos, quos tanto fecundius, quanto securius tempore pacis enixa est mater **Ecclesia**? Quos ne perdat, oranda est persecutio, oranda tentatio? Absit, fratres. Quomodo enim potest orare persecutionem, qui quotidie clamat: *Ne nos inferas in tentationem?*

¹⁸⁸⁶ Etenim corpus eius **Ecclesia** non esset, nisi et in nobis ipse esset.

¹⁸⁸⁷ Ipse ergo Christus Dominus et salvator noster, caput **Ecclesiae**, natus ex Patre sine matre; ipse, inquam, Dominus et salvator noster Iesus Christus, quantum ad ipsum pertinet, potestate posuit animam suam, potestate resumpsit eam.

varón grave en el espíritu, a quien mucho realzaba la lozanía de su edad y la corona inmarcesible. Era un diácono, inferior al obispo por su función, pero igual al apóstol por la corona. La solemnidad de todos los bienaventurados mártires ha sido instituida en la Iglesia para que quienes no los vieron padecer los recuerden en la fiesta y sean arrastrados a la imitación por la fe¹⁸⁸⁸.

Sermón 305 A, 10: así, pues, aquellos varones, con ser tales, querían que la Iglesia orase por ellos, y decían: *Somos vuestra gloria, como vosotros sois la nuestra, para el día de nuestro Señor Jesucristo*¹⁸⁸⁹.

Sermón 306 B, 3: Grande es, hermanos, la gloria de los mártires, es la primera de la Iglesia; cualquiera otra va detrás de ella. No en vano se dijo a algunos: *Aún no habéis luchado contra el pecado hasta la sangre. ¿Cómo podrá tolerar, cómo podrá soportar la crueldad del mundo quien no es capaz de despreciar sus halagos?*¹⁸⁹⁰

Sermón 306 B, 6: Los que te reprenden y asaetean, ¿qué te dicen? “¿He aquí un gran apóstol! Tus pies cuelgan ya del cielo; ¿de dónde vienes?” Y temes responder: “De la iglesia”, para que no te repliquen: “¿No te avergüenzas, hombre barbado, de ir adonde van las viudas y las viejas?” Por no escuchar tales cosas, temes decir: “Estuve en la iglesia”. ¿Cómo podrá soportar al perseguidor, tú que sientes pánico a un simple insulto? Es verdad que estamos en tiempos de paz. Ellos son los que debieran ruborizarse. Se avergüenzan los muchos que llegaron y no se avergüenzan los pocos que quedaron¹⁸⁹¹.

Sermón 306 C, 1: Aprendiendo y enseñando esto Cuadrado –era, en efecto, obispo-, cuya fiesta solemne celebramos hoy, confesó a Cristo con todo su pueblo, clérigos y laicos. Envió delante a la grey que apacentaba. La Masa Cándida, cuya solemnidad celebramos hace cuatro días, era el pueblo de Dios confiado a su gobierno. ¡Qué gran pared revocada regía este Cuadrado! Y todas aquellas almas y la pared revocada regía este Cuadrado! Y todas aquellas almas y la pared formada con ellas aún no veían la Iglesia que contemplamos nosotros; aún no la veían, pero la construían con las piedras que eran ellas mismas; al morir corrían como piedras vivas a su almacén. Ahora vemos a la Iglesia extendida por todo el orbe de la tierra; entonces era grande en

¹⁸⁸⁸ Illuxit dies Romae sollemnissimus, qui magna frequentia **populi** celebratur; adiungimur nos, quamvis absentes corpore, praesentes tamen spiritu, fratribus nostris in uno corpore, sub uno capite. (...) Erat beatus Laurentius in corpore, sicut accepimus, adulescens, vir gravis in animo, quem multum commendabat aetas viridior, corona inmarcescibilior. Erat autem diaconus, officio inferior episcopo, corona aequatus Apostolo. Haec autem sollemnitas omnium martyrum gloriosorum ad hoc instituta est in **Ecclesia**, ut ad imitationem, qui non viderunt patientes, adducantur fide, commemorentur sollemnitate.

¹⁸⁸⁹ Illi ergo tales viri orari pro se volebant ab **Ecclesia**, et dicebant: Quia *gloria vestra sumus, sicut et vos nostra, in diem Domini nostri Iesu Christi*.

¹⁸⁹⁰ Magna est, fratres, martyrum gloria, prima in **Ecclesia**, quaecumque sunt aliae, sequentes sunt. Non enim frustra dictum est quibusdam: *Nondum usque ad sanguinem adversus peccatum certastis*. Quando tolerat, quando sustinet mundum saevientem, qui spernere non potest blandientem?

¹⁸⁹¹ Reprehensores, exagitatores, quid tibi dicunt? Magnus tu Apostolus! de caelo tibi pendent pedes: unde venis? Et times dicere: De **Ecclesia**, ne dicatur tibi: Non te pudet, barbate, ire quo eunt viduae et aniculae? Ne audias, times dicere: In **Ecclesia** fui. Quomodo ferres persecutorem, qui horrescis insultatorem? Et certe tempus est pacis. Illi erubescere debuerunt: erubescunt tam multi, qui accesserunt, et non erubescunt tam pauci, qui remanserunt.

pocos, y ahora extendida y difundida entre muchos. Vemos también que se cumple lo predicho por los profetas, que habían anticipado como futuro lo que ahora vemos¹⁸⁹².

Sermón 308, 5: Voy a deciros algo de lo que nunca he hablado a vuestra caridad; algo que ocurrió en este pueblo, en esta iglesia. Hubo aquí cierto hombre sencillo, inocente, buen cristiano, conocido por muchos de vosotros o, mejor, por todos los habitantes de Hipona. Su nombre era Tutuslimeno. ¿Quién de vosotros, ciudadanos de aquí, no conoce a Tutuslimeno?¹⁸⁹³

Sermón 309, 1: Celebramos hoy el día de la pasión del bienaventurado mártir Cipriano. En tan grata y devota solemnidad, vuestros oídos y corazones exigen de mí el sermón debido. Sin duda, la Iglesia se sintió entonces triste, no porque se hubiese causado daño al mártir, sino por el deseo de tener consigo a quien partía. Siempre deseó tener presente a tan buen guía y doctor. Mas a quienes había afligido la preocupación por el combate los consoló la corona del vencedor¹⁸⁹⁴.

Sermón 310, 1: Dígnese indicarme el Espíritu Santo lo que he de deciros en este momento, pues hemos de proferir el elogio del gloriosísimo mártir Cipriano, cuyo día de nacimiento celebramos hoy, como sabéis. La Iglesia utiliza con frecuencia este nombre, es decir, “nacimientos”, pero indicando con él la muerte preciosa de los mártires. La Iglesia, repito, lo utiliza con tanta frecuencia que hasta quienes no pertenecen a ella hablan como ella. Sin referirme a sólo esta ciudad, sino a toda el África y hasta las regiones del otro lado del mar, ni sólo a los cristianos, sino también a los paganos, judíos o herejes, ¿quién puede encontrarse que no hable con nosotros del nacimiento del mártir Cipriano? ¿Qué significa esto hermanos? Ignoramos la fecha de su nacimiento; mas, dado que en el día de hoy sufrió su pasión, celebramos hoy su nacimiento¹⁸⁹⁵.

Sermón 310, 2: En vida gobernó a la Iglesia de Cartago, y al morir la llenó de gloria. Allí ejerció el episcopado, allí consumó el martirio. En aquel lugar donde dejó

¹⁸⁹² Hoc discens et docens iste Quadratus - erat enim episcopus - cuius sollemnitatem hodie celebramus, cum tota **plebe** sua, clericis et laicis, confessus est Christum. Praemisit gregem, quem pascebat: post quadriduum Quadratus secutus est. Massa enim Candida, cuius ante quadriduum sollemnitas celebrata est, **plebs** erat Dei, gubernationi huius credita. Quam magnum parietem signinarium regebat iste Quadratus! Et illae tot animae, et ex tot animabus, nondum videbant **Ecclesiam**, quam videmus; nondum videbant, et de se ipsis eam construebant, atque in eius conpagem moriendo lapides vivi currebant. Et ecce videmus **Ecclesiam** toto terrarum orbe diffusam, tunc in paucis magnam, nunc in multis latam atque diffusam; et cernimus impleri praedicta Prophetarum, quae praecesserunt futura omnia quae videmus.

¹⁸⁹³ Aliquid dicam, quod nunquam dixi Caritati vestrae, in hoc **populo**, quod contigit in hac **ecclesia**. Fuit hic homo quidam simplex, innocens, bene fidelis, a multis vestris, id est, Hipponensibus, imo ab omnibus cognitus, Tutuslymeni vocatus. Tutumlymeni quis vestrum non novit, qui **cives** estis?

¹⁸⁹⁴ Sermonem a nobis debitum auribus et cordibus vestris exigit tam grata et religiosa solemnitas, qua passionem beati Martyris celebramus. Tristis procul dubio tunc **Ecclesia** fuit, non damno cadentis, sed desiderio recedentis; semper cupiens videre praesentem tam bonum rectorem atque doctorem. Sed quos afflixerat sollicitudo certaminis, consolata est corona victoris.

¹⁸⁹⁵ Spiritus sanctus doceat nos in hac hora quae oporteat dicere: dicturi enim sumus aliquid de laude Cypriani gloriosissimi martyris, cuius Natalem hodie, sicut nostis, celebramus. Quod nomen sic frequentat **Ecclesia**, id est, Natales, ut Natales vocet pretiosas martyrum mortes. Sic, inquam, hoc nomen frequentat **Ecclesia**, ut etiam qui non sunt in illa, hoc dicant cum illa. Quis enim hodie, non dicam in hac nostra **civitate**, sed plane per Africam totam transmarinasque regiones, non Christianus solum, sed Paganus, aut Iudaeus, aut etiam haereticus poterit inveniri, qui non nobiscum dicat Natalem martyris Cypriani? Quid est hoc, fratres? Quando natus sit, ignoramus; et quia hodie passus est, Natalem eius hodie celebramus.

sus restos mortales se reunió entonces una muchedumbre cruel para derramar la sangre de Cipriano por odio a Cristo; allí mismo concurre hoy una devota multitud, que en atención al nacimiento de Cipriano bebe la sangre de Cristo¹⁸⁹⁶.

Sermón 310, 4: Celebremos, pues, llenos de alegría este día y elevemos todos nosotros súplicas con tanta unanimidad que merezcamos oír y ver al padre común en una iglesia mayor¹⁸⁹⁷.

Sermón 312, 3: He aquí cómo encontró Cristo a Cipriano; he aquí a qué alma se acercó quien arranca y planta para herirla y sanarla. No dice en vano: *Yo daré muerte y yo haré vivir; yo heriré y yo sanaré*. Tampoco se dijo en vano a Jeremías, como imagen de lo futuro: *He aquí que te he constituido hoy sobre los pueblos y los reinos para que arranques y caves, para que derribes, reedifiques y plantes*. Se acercó, pues, a aquel alma el que arranca y planta; dio la vuelta al viejo Cipriano y, poniéndose a sí mismo como fundamento, edificó en sí al nuevo Cipriano e hizo de sí al auténtico Cipriano. La Iglesia, en efecto, dice a Cristo: *Racimo de alheña (cypri) mi amado*¹⁸⁹⁸.

Sermón 312, 4: Alabanza y gloria a aquel que libró de los impíos al alma de su siervo justificándolo por la fe e hizo de él su propia espada de dos filos, de modo que quedase al desnudo y herida la necedad de los gentiles por medio de aquella lengua, que antes la encubría y velaba para que pareciese hermosa a los prudentes; de modo que el instrumento de habla tan elegante, ornato inmerecido de las ruinosas doctrinas de los demonios, se tornase en instrumento para la edificación de la Iglesia, cuyo crecimiento significaría la desaparición de aquéllas; así aquella trompeta de sonido tan poderoso, habituada a enardecer los combates forenses llenos de mentira, pusiese en pie a los soldados de Cristo y a los piadosos mártires, que se glorían en él para abatir al diablo con las muertes preciosas de sus santos¹⁸⁹⁹.

Sermón 312, 6: Enseñó, pues, en vida lo que hizo, e hizo en la muerte lo que enseñó. Gloria y alabanza al Señor nuestro Dios, rey de los siglos, creador y regenerador de los hombres, que enriqueció a la Iglesia de esta ciudad con tal pastor y consagró este espacioso lugar con tan santo cuerpo. Gloria y alabanza a quien se dignó predestinar, desde antes de los tiempos, a este varón entre sus santos, hacerlo aparecer

¹⁸⁹⁶ Carthaginensem **Ecclesiam** vivens gubernavit, moriens honoravit. Ibi episcopatum gessit, ibi martyrium consummavit. In eo quippe loco, ubi posuit carnis exuvias, saeva tunc multitudo convenerat, quae propter odium Christi sanguinem funderet Cypriani: ibi hodie venerans multitudo concurrat, quae propter Natalem Cypriani bibit sanguinem Christi.

¹⁸⁹⁷ ...alacres celebremus hunc diem, et ita omnes unanimiter supplicemus, ut in Ecclesia maiore communem patrem audire et videre mereamur;

¹⁸⁹⁸ Ecce qualem Cyprianum Christus invenit: ecce ad qualem animam percutiendam et sanandam ille eradicator et plantator accessit. Neque enim frustra dicit: *Ego occidam, et ego vivere faciam; ego percutiam, et ego sanabo*; aut frustra in futurorum figura ad Ieremiam dictum est: *Ecce constitui te hodie super gentes et regna, eradicare, et effodere, et perdere, et reaedificare, et plantare*. Accessit ergo ad illam animam eradicator atque plantator; et evertit veterem Cyprianum, positoque ibi fundamento ipso se, novum Cyprianum aedificavit in se, et verum Cyprianum fecit ex se. Christo enim dicit **Ecclesia**: *Botrus cypri fratruelis meus*.

¹⁸⁹⁹ Illi laus, illi gloria, qui animam servi sui per fidem iustificando eruit ab impiis, et fecit frameam suam, hoc est gladium bis acutum; ut per illam linguam stultitia **Gentium** nudata feriretur; per quam prius tecta atque velata pulchra prudentibus videbatur; atque ut eloquii tam nobilis instrumentum, quo ruinosas doctrinis daemoniorum indigna ornamenta fiebant, in aedificationem converteretur **Ecclesiae**, qua crescente illa laberentur; et ut tantae vocis tuba, quae forensium mendaciorum certamina solebat acuire, ad prosternendum pretiosis sanctorum mortibus diabolum Christo militantes et in ipso gloriantes devotos martyres excitaret.

entre los hombres en el momento oportuno, llamar al extraviado, limpiar al manchado, dar forma al creyente, enseñarle cuando obedecía, regirle cuando enseñaba, ayudarle cuando combatía y coronarle en la victoria. Gloria y alabanza a quien así lo hizo, de forma que en él, sobre todo, manifiesta a su Iglesia a cuántos males hay que oponer y a cuántos bienes anteponer la caridad, y cuán nula es la caridad del cristiano si no se mantiene en la unidad de Cristo. Unidad que Cipriano amó tanto que en bien de la caridad no condescendió con los males y en bien de la paz soportó a los malos, mostrándose libre para decir lo que pensaba y pacífico para escuchar lo que sabía que pensaban los hermanos. Con razón mereció la cima del honor en la Iglesia católica, cuyos lazos de concordia mantuvo con tanta humildad¹⁹⁰⁰.

Sermón 351, 9: Al perseverar en su pecado, se atesora ira para el día de la ira y de la revelación del justo juicio de Dios. Al vivir todavía, la paciencia de Dios lo conduce a la penitencia. Atado con las cadenas de tan mortíferos pecados, ¿rehúsa, o difiere, o duda en huir a las llaves de la Iglesia, que le desaten en la tierra para ser desatado en el cielo? Quien confía sólo en su nombre de cristiano, ¿puede osar prometerse alguna salvación después de esta vida y no temer a aquel trueno veraz salido de la boca del Señor: *no todo el que dice: “Señor, Señor”, entrará en el reino de los cielos, sino el que cumpla la voluntad de mi Padre que está en los cielos; éste entrará en el reino de los cielos?* ¿Qué? ¿No concluye en lo mismo el Apóstol al mencionar tales cosas en su carta a los Gálatas? *Son manifiestas, dijo, las obras de la carne, cuales son las fornicaciones, la impureza, la lujuria, la idolatría, la hechicería, las enemistades, los pleitos, los celos, los enojos, las disensiones, las herejías, las envidias, las borracheras, las comilonas y cosas parecidas, sobre lo cual os digo, como ya os he dicho, que quienes tales cosas hacen no poseerán el reino de Dios.* Júzguese, pues, el hombre espontáneamente respecto a estas cosas mientras aún le es posible y mejore sus costumbres, no sea que, cuando ya no pueda hacerlo, sea juzgado por el Señor, aunque no quiera. Y, aunque él mismo profiera contra sí la sentencia de una medicina durísima, pero medicina siempre, preséntese a los obispos, los ministros de aquellas llaves en la Iglesia. Y como quien comienza ya a ser un buen hijo, guardado el orden de los miembros maternos, recibe la medida de la satisfacción de los ministros de los sacramentos. Así, ofreciendo con devoción y súplica el sacrificio de un corazón

¹⁹⁵⁴ Tertia actio est paenitentiae, quae pro illis peccatis subeunda est. Quae Legis decalogus continet; et de quibus Apostolus ait: *Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.* In hac ergo paenitentia, maiorem quisque in se severitatem debet exercere; ut a se ipso iudicatus, non iudicetur a Domino, sicut idem Apostolus ait: *Si enim nos iudicemus, a Domino non iudicemur.* Ascendat itaque homo adversum se tribunal mentis suae; si timet illud quod oportet nos exhiberi ante tribunal Christi, ut illic recipiat unusquisque quod per corpus gessit, sive bonum, sive malum. Constituat se ante faciem suam, ne hoc ei postea fiat. Nam minatur hoc Deus peccatori, dicens: *Arguam te, et statuam te ante faciem tuam.* Atque ita constituto in corde iudicio, adsit accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnifex timor. Inde quidam sanguis animi confitentis per lacrimas profluat. Postremo ab ipsa mente talis sententia proferatur, ut se indignum homo iudicet participatione corporis et sanguinis Domini: ut qui separari a **regno** caelorum timet per ultimam sententiam summi iudicis, per **ecclesiasticam** disciplinam a Sacramento caelestis panis interim separetur. Versetur ante oculos imago futuri iudicii: ut cum alii accedunt ad altare Dei, quo ipse non accedit, cogitet quam sit contremiscenda illa poena, qua percipientibus aliis vitam aeternam, alii in mortem praecipitantur aeternam. Ad hoc enim altare, quod nunc in **Ecclesia** est in terra positum, terrenis oculis expositum, ad mysteriorum divinorum signacula celebranda, multi etiam scelerati possunt accedere: quoniam Deus commendat in hoc tempore patientiam suam, ut in futuro exerat severitatem suam. Accedunt enim ignorantes quoniam patientia Dei ad paenitentiam eos adducit. Illi autem secundum duritiam cordis sui et cor impaenitens, thesaurizant sibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. Ad illud autem altare, quo praecursor pro nobis introiit Iesus, quo caput **Ecclesiae** praecessit, membris ceteris secuturis, nullus eorum accedere poterit, de quibus, ut iam commemoravi, dixit Apostolus: *Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.* Solus enim sacerdos, sed plane ibi totus assistet, adiuncto scilicet corpore qui caput est, quod iam ascendit in caelum. Ipse est cui dixit apostolus Petrus: *Plebs sancta, regale sacerdotium.* Quomodo ergo in interiora veli, et in illa invisibilia Sancta sanctorum intrare audebit aut poterit, qui medicinam caelestis disciplinae contemnens, noluit paulisper a visibilibus separari?

atribulado, cumpla lo que no sólo le servirá a él personalmente para recibir la salud, sino también de ejemplo para los otros. Si su pecado no sólo le causa un grave daño a él, sino que también sirve de escándalo para los demás, y al obispo le parece que repercutirá en bien de la Iglesia, no rehúse hacer penitencia ante el conocimiento de muchos o incluso de todo el pueblo; no se oponga ni añada por vergüenza otro tumor a su llaga letal y mortal¹⁹⁵⁵.

Sermón 351, 10: Nadie piense, hermanos, que debe despreciar el saludable consejo de esta penitencia porque tal vez advierte y sabe que al sacramento del altar se acercan muchos cuyos pecados graves conoce. Muchos, efectivamente, son corregidos, como Pedro; otros son tolerados, como Judas; muchos pasan inadvertidos hasta que llegue el Señor, quien iluminará lo escondido de las tinieblas y descubrirá los pensamientos del corazón. Son muchos lo que no quieren acusar a otros porque desean hallar en ellos una excusa. Pero muchos buenos cristianos callan y toleran los pecados ajenos que conocen porque con frecuencia les faltan pruebas documentales y no pueden demostrar ante los tribunales eclesiásticos lo que saben. Aunque algunas cosas sean verdaderas, el juez no les ha de dar fácil crédito si no lo demuestran de forma fehaciente. Yo no puedo apartar a nadie de la comunión (aunque no se trate de un alejamiento mortal, sino medicinal) a no ser que haya una confesión espontánea o se le haya citado y declarado convicto en un tribunal eclesiástico. ¿Quién osará cargar sobre sus espaldas una y otra cosa, es decir, ser acusador y juez de alguien? Se sabe que el apóstol Pablo insinuó de forma breve este modo de proceder en la misma carta a los Corintios: cuando, mencionados algunos de esos pecados, a partir de ciertos casos, dejó la norma del juicio eclesiástico para todos los semejantes. Dijo: *Os escribí por carta que no os mezclarais con los fornicarios –claro está que no son los fornicarios de este mundo,- o con los avaros, o los que viven de la rapiña, o los idólatras; de otro modo tendríais que salir de este mundo.* Pues los hombres que viven en este mundo no pueden no vivir con los tales; ni podrían ganarlos para Cristo si evitasen el hablar y comer con ellos. Por ello dijo el Señor, que comía con publicanos y pecadores: *No tienen necesidad de médico los sanos, sino los enfermos; pues no vine a llamar a los justos, sino a los pecadores.* Y por eso mismo sigue y añade el Apóstol: *Pero ahora os he escrito que no os mezcléis. Si a un hermano se le denuncia como fornicario, o idólatras, o avaro, o maldiciente, o borracho, o ladrón, con los que son como él ni siquiera*

¹⁹⁵⁵ Nam utique quod ita perseveranter peccat, thesaurizat sibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii Dei. Quod autem adhuc vivit, patientia Dei ad paenitentiam eum adducit. Implicatus igitur tam mortiferorum vinculis peccatorum detrectat, aut differt, aut dubitat confugere ad ipsas claves **Ecclesiae**, quibus solvatur in terra, ut sit solutus in caelo; et audet sibi post hanc vitam, quia tantum Christianus dicitur, salutem aliquam polliceri; nec veridico illo dominicae vocis tonitruo contremiscit: *Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum; sed qui facit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum?* Quid, ad Galatas idem apostolus, nonne talia enumerans eodem fine concludit? *Manifesta sunt, inquit, opera carnis, quae sunt fornicationes, immunditiae, luxuriae, idolorum servitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, dissensiones, haereses, invidiae, ebrietates, comessiones, et his similia; quae praedico vobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.* Iudicet ergo se ipsum homo in istis voluntate, dum potest, et mores convertat in melius: ne cum iam non poterit, etiam praeter voluntatem a Domino iudicetur. Et cum ipse in se protulerit severissimae medicinae, sed tamen medicinae sententiam, veniat ad antistites, per quos illi in **Ecclesia** claves ministrantur: et tamquam bonus iam incipiens esse filius, maternorum membrorum ordine custodito, a praepositis Sacramentorum accipiat satisfactionis suae modum; ut in offerendo sacrificio cordis contribulati devotus et supplex, id tamen agat quod non solum ipsi prosit ad recipiendam salutem, sed etiam ceteris ad exemplum. Ut si peccatum eius, non solum in gravi eius malo, sed etiam in tanto scandalo aliorum est, atque hoc expedire utilitati **Ecclesiae** videtur antistiti, in notitia multorum, vel etiam totius **plebis** agere paenitentiam non recuset, non resistat, non lethali et mortiferae plagae per pudorem addat tumorem.

comáis. *¿Quién soy yo para juzgar a los de fuera? De los de dentro, ¿no juzgáis vosotros? De los que están fuera, Dios será el juez. Alejad el mal de vosotros mismos.* Con esas palabras manifestó bien a las claras que no hay que separar a los malos de la comunión de la Iglesia a la ligera y de cualquier forma; si no pueden ser apartados mediante juicio, hay que tolerarlos más bien, no sea que, evitando sin discernimiento a los malos, un cualquier se salga él mismo de la Iglesia y arrastre al infierno a aquellos de los que parece huir. Al respecto nos han dejado ejemplos las Sagradas Escrituras, como el de la mies, donde la paja ha de tolerarse hasta la última limpia; o el de las redes, donde los peces buenos están mezclados con los malos hasta el momento de la separación, que se efectuará en la orilla, es decir, al final del mundo, y han de ser tolerados con ánimo sereno. Y no contradice a esto lo que en otro lugar dice el Apóstol: *¿Quién eres tú para juzgar a un siervo ajeno? Se mantiene en pie o cae para su propio señor.* No quiso que un hombre juzgase a otro hombre en base a una sospecha arbitraria o incluso usurpando un poder judicial que no era el suyo, sino que se hiciese según el orden establecido en la Iglesia, ya confesando espontáneamente, ya tras haber sido acusado y declarado convicto. De lo contrario, ¿por qué dijo: *Si un hermano es denunciado como fornicario o idólatra, etc.*, sino porque quiso dar a entender que esa denuncia que se hace contra alguno se efectúa mediante sentencia conforme a la normativa e integridad del derecho? Pues si basta la denuncia, se condenará a muchos inocentes, puesto que es frecuente que se les denuncie falsamente en cualquier crimen¹⁹⁵⁶.

¹⁹⁵⁶ Nemo arbitretur, fratres, propterea se consilium salutiferae huius paenitentiae debere contemnere, quia multos forte advertit et novit ad Sacramenta altaris accedere, quorum talia crimina non ignorat. Multi enim corriguntur, ut Petrus: multi tolerantur, ut Iudas: multi nesciuntur, donec veniat Dominus, qui illuminet abscondita tenebrarum, et manifestet cogitationes cordis. Nam plerique propterea nolunt alios accusare, dum se per illos cupiunt excusare. Plerique autem boni Christiani propterea tacent, et sufferunt aliorum peccata quae noverunt, quia documentis saepe deseruntur, et ea quae ipsi sciunt, iudicibus **ecclesiasticis** probare non possunt. Quamvis enim vera sint quaedam; non tamen iudici facile credenda sunt, nisi certis indiiciis demonstrentur. Nos vero a communione prohibere quemquam non possumus (quamvis haec prohibitio nondum sit mortalis, sed medicinalis), nisi aut sponte confessum, aut in aliquo sive saeculari, sive **ecclesiastico** iudicio nominatum atque convictum. Quis enim sibi utrumque audeat assumere, ut cuiquam ipse sit et accusator et iudex? Cuiusmodi regulam etiam Paulus apostolus in eadem *ad Corinthios Epistola* breviter insinuasse intellegitur, cum quibusdam talibus commemoratis criminibus, **ecclesiastici** iudicii formam et omnia similia ex quibusdam daret. Ait enim: *Scripti vobis in epistola non commiseri fornicariis: non utique fornicariis huius mundi, aut avaris, aut raptoribus, aut idolis serviens; alioquin debueratis de hoc mundo exire.* Non enim possunt homines in hoc mundo viventes, nisi cum talibus vivere: nec eos possunt lucrifacere Christo, si eorum colloquium convictumque vitaverint. Unde et Dominus cum publicanis et peccatoribus comedens: *Non est opus, inquit, sanis medicus, sed male habentibus. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.* Et ideo sequitur Apostolus, et adiungit: *Nunc autem scripsi vobis commiseri. Si quis frater nominatur aut fornicator aut idolis serviens, aut avarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax; cum huiusmodi nec quidem cibum sumere. Quo enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Nonne de his qui intus sunt vos iudicatis? De his autem qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malum a vobis ipsis.* Quibus verbis satis ostendit non temere aut quomodolibet, sed per iudicium auferendos esse malos ab **Ecclesiae** communione: ut si per iudicium auferri non possunt, tolerantur potius, ne perverse malos quisque evitando, ab **Ecclesia** ipse discedens, eos quos fugere videtur, vinciat ad gehennam. Quia et ad hoc nobis sunt in Scripturis sanctis exempla proposita, velut in messe, ut palea sufferatur usque ad ultimum ventilabrum; velut intra illa retia, ubi pisces boni cum malis usque ad segregationem, quae futura est in littore, id est, in fine saeculi, aequo animo tolerantur. Non enim contrarium est huic loco id quod alio loco dicit Apostolus: *Tu quis es qui iudicas alienum servum? Suo Domino stat, aut cadit.* Noluit enim hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspensionis, vel etiam extraordinario usurpato iudicio sed potius ex **lege** Dei secundum ordinem **Ecclesiae**, sive ultro confessum, sive accusatum atque convictum. Alioquin illud cur dixit: *Si quis frater nominatur aut fornicator, aut idolis serviens, et cetera; nisi quia eam **nominationem** intellegi voluit quae fit in quemquam, cum **sententia** ordine iudiciario atque integritate profertur?* Nam si **nominatio** sufficit, multi damnandi sunt innocentes, quia saepe falso in quoquam crimine nominantur.

Sermón 351, 11: Aquellos a quienes exhortamos a hacer penitencia no han de buscarse compañeros de tormento ni gozarse de encontrar muchos, pues no arderán menos por el hecho de arder en compañía de muchos. Eso no sería un consejo acertado para la salud, sino solaz vano de un malquerer. ¿O acaso se fijan en que muchos de los dignatarios y ministros que se hallan en los puestos de honor de la Iglesia no viven de acuerdo con las palabras y los sacramentos que ellos mismos administran a los pueblos? ¡Oh hombres desdichados, que se olvidan de Cristo por mirar a los tales! A Cristo, que con tanta antelación dijo que se ha de obedecer a la ley de Dios antes que imitar a aquellos que dicen y no hacen, y quien, tolerando hasta el final a su traidor, hasta le envió a evangelizar con los demás. Esos hombres son tan absurdos, tan fuera de orden y miserables, que prefieren imitar las malas costumbres de sus superiores a cumplir los preceptos del Señor por ellos predicados¹⁹⁵⁷.

Sermón 351, 12: Hayas hecho lo que hayas hecho, hayas pecado lo que hayas pecado, aún te encuentras en esta vida, de la que con toda certeza te hubiese sacado el Señor de no querer curarte. ¿Por qué, pues, pasas por alto que la paciencia de Dios te conduce hacia la penitencia? El que clamando no consiguió persuadirte para que no te alejaras, perdonándote te llama para que vuelvas. Fíjate en el rey David. También él había recibido los sacramentos de su tiempo, perdonándote te llama para que vuelvas. Fíjate en el rey David. También él había recibido ya los sacramentos de su tiempo, ya estaba circuncidado, cosa que nuestros padres consideraban como el bautismo; pues, refiriéndose a eso, dice el Apóstol que Abrahán había recibido la señal de la justicia de la fe. Ya estaba también ungido con una unción venerable, en la que estaba prefigurado el sacerdocio real de la Iglesia. (...) Mas supón que no está asegurado que Dios perdone. ¿Qué pierde al suplicar a Dios quien no dudó en perder la salvación ofendiendo a Dios? ¿Quién tiene la certeza de que el emperador va a perdonar? Y, sin embargo, se gasta dinero, se atraviesan los mares y se someten a la incertidumbre de las tormentas, y, para evitar la muerte, casi se recibe a la misma muerte. Se suplica a un hombre por medio de otros hombres; lo hacen sin dudar, a pesar de ser dudoso el fin adonde han de llegar. Y, sin embargo, ofrecen más garantía las llaves de la Iglesia que en el corazón de los reyes, y todo lo que desaten esas llaves en la tierra será desatado también en el cielo, según está prometido. Y además es mucho más honesta la humildad, por la que se humilla uno en la Iglesia de Dios, y se exige un esfuerzo menor, y sin peligro alguno de muerte temporal se evita la muerte eterna¹⁹⁵⁸.

¹⁹⁵⁷ Non ergo illi, quos monemus agere paenitentiam, quaerant sibi comites ad supplicium; nec gaudeant quia plures inveniunt. Non enim propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt. Non est enim hoc sanitatis certum consilium, sed malevolentiae vanum solatium. An forte attendunt multos etiam in ipsis honoribus **ecclesiasticis** praepositorum et ministrorum non congruenter vivere sermonibus et Sacramentis, quae per eos **populis** ministrantur? O miseros homines, qui hos intuendo Christum obliviscuntur! qui et tanto ante praedixit, ut legi Dei potius obtemperetur, quam imitandi videantur illi, qui ea quae dicunt non faciunt; et traditorem suum tolerans usque in finem, etiam ad evangelizandum cum ceteris misit. Tam sunt autem isti absurdi et praeposteri et miseri, qui praepositorum suorum malos mores imitari eligunt, quam per eos praedicata Domini praecepta servare;

¹⁹⁵⁸ Quidquid enim feceris, quaecumque peccaveris; adhuc in hac vita es, unde te Deus omnino, si sanare nollet, auferret. Cur ergo ignoras quia patientia Dei ad paenitentiam te adducit? Qui enim clamando non tibi persuasit ut non recederes, parcendo clamat ut redeas. Intuere David regem: iam utique et ipse illius temporis sacramenta perceperat, iam utique circumciscus erat, quod patres nostri pro Baptismo habebant. Nam ad hoc dicit Apostolus sanctum Abraham signaculum iustitiae fidei recepisse. Iam etiam unctus erat unctione venerabili, qua regale sacerdotium praefigurabatur **Ecclesiae**. (...) Sed fac incertum esse utrum ignoscat Deus. Quid perdit, cum supplicat Deo, qui salutem perdere non dubitavit, cum offenderet Deum? Quis enim certus est quod etiam **imperator** ignoscat? Et tamen pecunia funditur, maria transmeantur,

Sermón 352, 6: El mar Rojo significa el bautismo; el pueblo era bautizado al pasarlo. (...) Escucho la voz de los holgazanes: “Yo no temo, dice, por mis pecados pasados; no dudo que me son perdonados en el agua santa por el amor de la Iglesia. Pero temo los pecados futuros”. ¿Te agrada permanecer en Egipto? De momento, huye del enemigo presente, que ya te ha oprimido y subyugado. ¿Por qué te preocupan los enemigos futuros? Lo que has hecho, hecho está, aunque no quieras; lo que piensas que vas a hacer, no existirá, si tú no quieres. Pero el camino es peligroso, pues el hecho de pasar el mar Rojo no me coloca en la tierra de promisión: aquel pueblo fue llevado a través de un largo desierto. De momento, líbrate de Egipto. ¿Por qué piensas que te ha de faltar como auxiliador en el camino quien te libró de la antigua cautividad? ¿No reprimirá a tus nuevos enemigos quien te libró de los antiguos? Pasa sin miedo, camina sin temor, obedece, no amargues a aquel Moisés de quien era figura el otro en obedecer. No faltan enemigos, lo confieso. Como no faltaron quienes siguiesen a los que huían, así no faltarán quienes pongan impedimentos a los que caminan. Amadísimos, ellos fueron figura nuestra en todo. Nada haya en ti de momento que cause enfado a Moisés; no seas agua amarga, como la que no pudo beber aquel pueblo tras el paso del mar Rojo. También allí se presentó la tentación. Y, sin embargo, cuando acontecen tales cosas, cuando el pueblo se vuelve amargo, les mostramos a Cristo, y lo que padeció por ellos, y cómo por ellos derramó su sangre; entonces se amansan, como si arrojáramos el madero al agua. Ciertamente tendrás a Amalec como enemigo que se te opone en el camino. Entonces Moisés oraba, entonces extendía sus brazos; y cuando los bajaba triunfaba Amalec; cuando los levantaba era derrotado. Ten extendidas tus manos también, sea derrotado Amalec, tentador e impedimento en nuestro camino. Sé sobrio y vigilante en la oración, en el obrar bien; pero no fuera de Cristo, puesto que aquel extender los brazos simbolizaba la cruz de Cristo. En ella se extiende el Apóstol cuando dice: *El mundo está crucificado para mí, y yo para el mundo*. Sea derrotado, pues, Amalec; sea vencido y no impida el paso al pueblo de Dios¹⁹⁵⁹.

procellarum incerta subeuntur; et pene ut mors evitetur, mors ipsa suscipitur. Supplicatur deinde per homines homini: sine dubitatione fiunt ista, cum sit dubium quo fine proveniant. Et tamen certiores sunt claves **Ecclesiae**, quam corda regum: quibus clavibus quodcumque in terra solvitur, etiam in caelo solutum promittitur. Et multo est honestior humilitas, qua se quisque humiliat **Ecclesiae** Dei: et labor minor imponitur, et nullo temporalis mortis periculo mors aeterna vitatur.

¹⁹⁵⁹ Mare Rubrum Baptismus erat, **populus** transiens baptizabatur: (...)Audio vocem pigrorum: Ego, inquit, de praeteritis peccatis non timeo, omnia mihi in aqua sancta per **Ecclesiae** etiam caritatem dimitti non dubito; sed timeo futura peccata. Placet ergo in Aegypto remanere? Interim hostem praesentem evade, qui iam te pressit, et iam subiugavit. De futuris quid tibi hostes meditaris? Quod iam fecisti, etsi nolueris erit: quod facturum te putas, si volueris non erit. Sed periculosa est via: neque enim cum Rubrum mare transiero, iam ero in terra promissionis: ductus est ille **populus** per longa deserta. Interim ab Aegypto liberare. Quid ergo, putas defuturum tibi auxiliatorem in via, eum qui te eruit de vetusta captivitate? Novos tuos inimicos non compescit, qui te a vetustis hostibus liberavit? Tantum intrepidus transi, intrepidus ambula, oboediens esto: noli amaricare Moysi illi, cuius typum ille portabat in hac oboedientia. Fateor, non desunt hostes. Sicut enim non deerant qui sequerentur fugientes, ita non deerant qui impedirent ambulantes. Prorsus, carissimi, figurae nostrae fuerunt. Interim in te non sit quod contristet Moysen: noli esse aqua amara, quam post mare Rubrum non potuit ille **populus** bibere. Erat enim et ibi tentatio. Et tamen ista quando eveniunt, quando amaricat **populus**, ostendimus eis Christum, quae pro illis tulerit, quomodo pro eis sanguinem fuderit: et mitescunt, tamquam nobis lignum in aquam mittentibus. Plane hostem adversantem itineri tuo Amalech habebis. Tunc orabat Moyses, tunc extendebat manus: et ubi deponebat manus, convalescebat Amalech; ubi extendebat manus, deficiebat Amalech. Et tuae manus extantae sint, deficiat Amalech tentator et huius itineris impeditor: esto vigil et sobrius in orationibus, in operibus bonis, non tamen praeter Christum, quia extensio illa manuum, Christi crux fuit. In illa extenditur Apostolus, cum dicit: *Mundus mihi crucifixus est, et ego mundo*. Ergo deficiat Amalech, vincatur, et non impediat transitum **populi** Dei.

Sermón 352, 8: Queda aún el tercer modo de penitencia, sobre el que voy a hablar brevemente para cumplir, con la ayuda del Señor, lo que me había propuesto y prometido. Es la penitencia más severa y más dolorosa la que propiamente da el nombre en la Iglesia a los penitentes, alejados de la participación en el sacramento del altar, no sea que, recibéndolo indignamente, coman y beban su propia condenación. Tal penitencia es lastimosa. La herida es grave: quizá se ha cometido un adulterio, quizá un homicidio, quizá algún sacrilegio; hecho grave, herida grave y mortal; pero el médico es todopoderoso. Después de haber sufrido la sugestión del hecho, de haberse deleitado en él, haber dado el consentimiento y haberlo realizado, huele ya como si fuese un muerto de cuatro días. Pero ni siquiera a éste lo abandonó el Señor, sino que clamó: *Lázaro, sal fuera*. La mole de la sepultura cedió ante la voz de la misericordia: cedió la muerte ante la vida; el infierno, ante el excelso. Lázaro se levantó y salió del sepulcro; estaba atado, como lo están los hombres penitentes cuando confiesan su pecado. Ya salieron de la muerte, pues no lo confesarían de no haber salido. El mismo confesarlo es salir ya del lugar oscuro y tenebroso. Mas ¿qué dice el Señor a su Iglesia? *Lo que atéis en la tierra será desatado en el cielo*. Por eso, al salir Lázaro, el Señor realizó el bien de su misericordia llevando a la confesión al muerto enterrado y ya putrefacto; lo demás lo realiza ya el ministerio de la Iglesia: *Desatadlo y dejadlo ir*. Pero, amadísimos, nadie se proponga este género de penitencia, nadie se prepare para él; con todo, si aconteciera tener que sufrirlo, que nadie pierda la esperanza. A Judas el traidor no lo hizo perecer tanto el crimen cometido como el desesperar de alcanzar el perdón. No era digno de misericordia; por eso no brilló en su corazón la luz para correr hacia el perdón de aquel a quien había entregado, como lo hicieron los que le crucificaron¹⁹⁶⁰.

Sermón 352, 9: Los paganos acostumbran reprochar a los cristianos la penitencia que ha instituido la Iglesia, que ha mantenido esta verdad católica contra algunas herejías. Hubo quienes enseñaron que a ciertos pecados no se podía conceder la penitencia; los tales fueron excluidos de la Iglesia y se convirtieron en herejes. La madre Iglesia no pierde sus piadosas entrañas ante ninguna clase de pecado. A propósito de lo cual suelen como insultarnos los paganos, sin saber lo que dicen, puesto que no han llegado hasta la Palabra, que hace locuaces las lenguas de los niños de pecho. “Vosotros, dicen, promovéis el pecado de los hombres al prometerles el perdón si luego hacen penitencia. Esto es libertinaje, no una exhortación a no pecar”. Esta afirmación cada cual la exagera con cuantas palabras puede y no callan con su lengua, ya sonante,

¹⁹⁶⁰ Restat paenitentiae tertium genus, unde aliquid breviter dicam, ut adiuvante Domino proposita et promissa persolvam. Est paenitentia gravior atque luctuosior, in qua proprie vocantur in **Ecclesia** paenitentes, remoti etiam a Sacramento altaris participandi, ne accipiendo indigne, iudicium sibi manducant et bibant. Illa ergo paenitentia luctuosa est. Grave vulnus est: adulterium forte commissum est, forte homicidium, forte aliquod sacrilegium, gravis res, grave vulnus, lethale, mortiferum: sed omnipotens medicus. Iam post suggestionem facti et delectationem et consensionem et perpetrationem, quasi quatruiduanus mortuus putet: sed nec ipsum Dominus deseruit, sed clamavit: *Lazare, prodi foras*. Cessit voci misericordiae moles sepulturae: cessit mors vitae, cessit infernus superno. Elevatus est Lazarus, processit de tumulo: et ligatus erat, sicut sunt homines in confessione peccati agentes paenitentiam. Iam processerunt a morte: nam non confiterentur, nisi procederent. Ipsum confiteri, ab occulto et a tenebroso procedere est. Sed quid Dominus **Ecclesiae** suae? *Quae solveritis*, inquit, *in terra, soluta erunt et in caelo*. Proinde Lazaro procedente, quia implevit Dominus misericordiae suae bonum, perducere ad confessionem mortuum latentem, putentem; iam cetera implet **Ecclesiae** ministerium: *Solvite illum, et sinite abire*. Sed, carissimi, hoc genus paenitentiae nemo sibi proponat, ad hoc genus nemo se praeparet: tamen si forte contigerit, nemo desperet. Iudam traditorem non tam scelus quod commisit, quam indulgentiae desperatio fecit penitus interire. Non erat dignus misericordia, ideo ei non fulsit lumen in corde, ut ad eius indulgentiam concurreret quem tradiderat, sicut illi qui eum crucifixerant;

ya tartamudeante. Cuando les hablamos, aunque les vengamos, no dan su asentimiento. No obstante, escuche vuestra caridad cómo han de ser vencidos, porque la misericordia divina lo ha dispuesto todo de forma maravillosa en su Iglesia. Afirman que nosotros damos licencia para pecar porque prometemos el puerto de la penitencia. Si se cerrase la entrada a la penitencia, ¿no añadiría aquel pecador pecados sobre pecados, tanto más cuanto mayor fuera su desesperación de alcanzar el perdón?¹⁹⁶¹

Sermón 355, 2: Yo, en quien por misericordia de Dios veis a vuestro obispo, vine siendo joven a esta ciudad. Muchos de vosotros lo sabéis. Buscaba dónde fundar un monasterio para vivir con mis hermanos. Había abandonado toda esperanza mundana y no quise ser lo que hubiera podido ser; tampoco, es cierto, busqué lo que soy. *Elegí ser postergado en la casa de Dios antes que habitar en las tiendas de los pecadores.* Me separé de quienes aman el mundo, pero no me equiparé a los que gobiernan a los pueblos. Ni elegí un puesto superior en el banquete de mi Señor, sino el último y despreciable, pero le plugo a él decirme: *Sube más arriba.* Hasta tal punto temía el episcopado que, cuando comenzó a acrecentarse mi fama entre los siervos de Dios, evitaba acercarme a lugares donde sabía que no tenían obispo. Me guardaba bien de ello y gemía cuanto podía para salvarme en un puesto humilde antes que ponerme en peligro en otro más elevado. Mas, como dije, el siervo no debe contradecir a su Señor. Vine a esta ciudad para ver a un amigo al que pensaba que podría ganar para Dios viviendo con nosotros en el monasterio. Vine tranquilo, porque la ciudad tenía obispo, pero me apresaron, fui hecho sacerdote, y así llegué al grado del episcopado. Nada traje, vine a esta iglesia con la sola ropa que llevaba puesta. Y como había proyectado vivir en un monasterio con los hermanos, al conocer mi propósito y mi deseo, el anciano Valerio, de feliz recuerdo, me dio el huerto donde se halla ahora el monasterio. Comencé a reunir hermanos con el mismo buen propósito, pobres y sin nada como yo, que me imitasen. Como yo había vendido mi escaso patrimonio y dado a los pobres su valor, así debían hacerlo quienes quisiesen estar conmigo, viviendo todos de lo común. Dios sería para nosotros nuestro grande, rico y común patrimonio. Llegué al episcopado, y vi la necesidad para el obispo de ofrecer hospitalidad a los que sin cesar iban y venían, pues al no hacerlo se mostraría inhumano. Delegar esa función al monasterio parecía inconveniente. Por esa razón quise tener en esta casa episcopal el monasterio de clérigos. He aquí cómo vivimos. A ninguno le está permitido en la comunidad el tener nada propio. Mas tal vez algunos lo tienen. A ninguno le está autorizado; si algunos lo tienen, hacen lo que no les está permitido. Pienso bien de mis hermanos, y por pensar siempre bien me he abstenido de una investigación al respecto, puesto que el hacerla me parecía como desconfiar de ellos. Sabía y sé que todos los que viven conmigo conocen nuestro propósito, conocen la norma de nuestra vida¹⁹⁶².

¹⁹⁶¹ Solent inde Christianis Pagani insultare de paenitentia quae instituta est in **Ecclesia**: et contra nonnullas haereses tenuit **Ecclesia** catholica istam veritatem de paenitentia agenda. Fuerunt enim qui dicerent, quibusdam peccatis non esse dandam paenitentiam; et exclusi sunt de **Ecclesia**, et haeretici facti sunt. In quibuscumque peccatis non perdit viscera pia mater **Ecclesia**. Ergo solent inde etiam Pagani quasi insultare nobis, nescientes quid loquantur; quia ad verbum Dei, quod linguas infantium facit disertas, nondum pervenerunt. Vos, inquiunt, facitis ut peccent homines, cum illis promittitis veniam, si egerint paenitentiam. Dissolutio est ista, non admonitio. In hanc sententiam exaggerant verba, quanta quisque potest; lingua vel sonanti, vel titubanti, non tacent: tamen et quando eis loquimur, etsi vincantur, non consentiunt. Tamen quomodo vincantur, breviter accipiat Caritas vestra, quia Domini misericordia totum optime constituit in **Ecclesia** sua. Dicunt nos dare peccatis licentiam, quia portum paenitentiae pollicemur. Si clauderetur aditus paenitentiae, nonne ille peccator tanto magis adderet peccata peccatis, quanto magis sibi desperaret ignosci?

¹⁹⁶² Ego, quem Deo propitio videtis episcopum vestrum, iuvenis veni ad istam **civitatem**: multi vestri noverunt. Quaerebam ubi constituerem monasterium, et viverem cum fratribus meis. Spem quippe

Sermón 355, 3: Repito: hizo testamento un presbítero compañero nuestro, que permanecía con nosotros, se alimentaba de la Iglesia y había profesado la vida común. Hizo testamento e instituyó un heredero. ¡Qué dolor para nuestra sociedad! ¡Oh fruto no nacido del árbol que plantó el Señor! Mas dejó a la Iglesia por heredera. No quiero estos regalos, no amo el fruto de la amargura. Yo le buscaba a él para Dios; había profesado vivir en comunidad, a ella debió ser fiel y manifestarlo. ¿No tenía nada? Entonces no hubiera hecho testamento. ¿Tenía algo? No debía haber fingido que era compañero nuestro como pobre de Dios. Hermanos, esto me produce un gran dolor. Lo confieso a vuestra caridad: debido a ese dolor determiné no aceptar esa herencia para la Iglesia. Pase a ser de sus hijos lo que dejó y hagan con ello lo que quieran. Pienso, en efecto, que, si la acepto a pesar de que me desagrada y me causa dolor, me hago cómplice de él. No he querido que vuestra caridad ignorara esto. Su hija se halla en el monasterio de mujeres; su hijo, en el de varones. Los desheredó a ambos: a ella con alabanzas, a él condenándolo, es decir, con un reproche. He recomendado a la Iglesia que no acepte las partijas correspondientes a los desheredados hasta que ellos no lleguen a la edad legal. La Iglesia se lo guarda en depósito.

Además, dejó a sus hijos envueltos en un litigio que me da que hacer. La muchacha dice: “Esto es mío; bien sabéis que así hablaba siempre mi padre”. El joven replica: “Créase a mi padre, que no pudo mentir en punto de muerte”. ¡Qué gran mal causa esta contienda! Mas, si ambos jóvenes son siervos de Dios, yo dirimiré pronto este litigio. Los escucharé como padre, y tal vez mejor que el suyo propio. Veré qué hay entre ellos, y como plazca al Señor y con su benevolencia, en compañía de algunos hermanos fieles y honorables de entre vosotros, es decir, del pueblo, haré de juez entre ellos y sentenciaré según el Señor me conceda¹⁹⁶³.

omnem saeculi reliqueram, et quod potuissem esse nolui: non quaesivi tamen quod sum. *Elegi in domo Dei mei abiectus esse, magis quam habitare in tabernaculo peccatorum.* Ab eis qui diligunt saeculum secrevi me: sed eis qui praesunt **populis**, non me coaequavi. Nec in convivio Domini mei superiorem locum elegi, sed inferiorem abiectum: et placuit illi dicere mihi: *Ascende sursum.* Usque adeo autem timebam episcopatum, ut quoniam coeperat esse iam alicuius momenti inter Dei servos fama mea, in quo loco sciebam non esse episcopum, non illo accedere. Cavebam hoc, et gemebam quantum poteram, ut in loco humili salvarer, non in alto periclitarer. Sed, ut dixi, Domino servus contradicere non debet. Veni ad istam **civitatem** propter videndum amicum, quem putabam me lucrari posse Deo, ut nobiscum esset in monasterio; quasi securus, quia locus habebat episcopum. Apprehensus, presbyter factus sum, et per hunc gradum ad episcopatum perveni. Non attuli aliquid, non veni ad hanc **Ecclesiam**, nisi cum his indumentis quibus illo tempore vestiebar. Et quia hoc disponebam, esse in monasterio cum fratribus, cognito instituto et voluntate mea, beatae memoriae senex Valerius dedit mihi hortum illum, in quo est nunc monasterium. Coepi boni propositi fratres colligere, compauperes meos, nihil habentes, sicut habebam, et imitantes me: ut quomodo ego tenuem paupertatulam meam vendidi et pauperibus erogavi, sic facerent et illi qui mecum esse voluissent, ut de communi viveremus; commune autem nobis esset magnum et uberrimum praedium ipse Deus. Perveni ad episcopatum: vidi necesse habere episcopum exhibere humanitatem assiduam quibusque venientibus sive transeuntibus: quod si non fecisset episcopus, inhumanus diceretur. Si autem ista consuetudo in monasterio missa esset, indecens esset. Et volui habere in domo ista episcopi monasterium clericorum. Ecce quomodo vivimus. Nulli licet in **societate** habere aliquid proprium. Sed forte aliqui habent. Nulli licet: si qui habent, faciunt quod non licet. Bene autem sentio de fratribus meis, et semper bene credens ab hac inquisitione dissimulavi: quia et ista quaerere, quasi male sentire videbatur mihi. Noveram enim, et novi omnes, qui mecum viverent, nosse propositum nostrum, nosse legem vitae nostrae.

¹⁹⁶³ Testamentum, inquam, fecit presbyter **socius** noster, nobiscum manens, de **Ecclesia** vivens, communem vitam profitens. Testamentum fecit, heredes instituit. O dolor illius **societatis**! O fructus natus, non de arbore quam plantavit Dominus! Sed **Ecclesiam** scripsit heredem. Nolo munera ista, non amo amaritudinis fructum. Ego illum Deo quaerebam, **societatem** professus erat, hanc teneret, hanc exhiberet. Nihil habebat? Testamentum non faceret. Habebat aliquid? Non se nostrum **socium** quasi Dei pauperem fingeret. Magnus mihi dolor est inde, fratres. Dico Caritati vestrae, propter hunc dolorem statui

Sermón 355, 4: Pero os ruego que nadie me reproche mi negativa a que la Iglesia acepte esta herencia; primero, porque detesto su forma de obrar, luego, porque es mi costumbre. Muchos alabarán lo que voy a decir, pero otros lo reprendarán. Agradar a unos y a otros es muy difícil. Cuando se leyó el evangelio oísteis: *Os cantamos, y no bailasteis; hemos golpeado nuestros pechos, y no habéis llorado. Vino Juan –el bautista-, que no comía ni bebía, y le dicen: “Tiene un demonio”. Vino el hijo del hombre, que come y bebe, y dicen: “He aquí un glotón, bebedor de vino y amigo de publicanos”*. ¿Qué he de hacer, pues, hallándome entre aquellos que están dispuestos a reprocharme e hincarme sus dientes si acepto las herencias de quienes por ira han desheredado a sus hijos? ¿Y qué he de hacer, a su vez, a aquellos a quienes canto y no quieren bailar? Los tales dicen: “He aquí por qué nadie dona nada a la Iglesia de Hipona, he aquí por qué no la nombran heredera los que mueren: porque el obispo Agustín, en su bondad –pues alabando muerden; acarician con los labios, pero clavan el diente-, lo perdona todo y no lo acepta”. Lo acepto, sí; confieso que acepto las donaciones, pero las buenas, las santas. Pero si alguien se aíra contra su hijo y al morir lo deshereda, si viviera, ¿no trataría de aplacarlo? ¿No debería reconciliarlo con el hijo? ¿Cómo, pues, voy a querer que haga las paces con el hijo si estoy ambicionando su herencia? Haga lo que tantas veces he exhortado, a saber: si tiene sólo un hijo, piense en Cristo como en otro hijo; si tiene dos, piense que Cristo es el tercer; si tiene diez, piense que Cristo es el undécimo; entonces la aceptaré. Por haberme comportado de esta manera en algunos asuntos, ya quieren echar por tierra mi bondad o mi reputación, acusándome de que no quiero aceptar las ofrendas de personas devotas. Consideren cuántas he aceptado; ¿qué necesidad hay de numerarlas? Por poner un ejemplo: acepté la herencia del hijo de Julián. ¿Por qué? Porque murió sin hijos¹⁹⁶⁴.

hereditatem ipsam in **Ecclesia** non suscipere. Filiorum ipsius sit quod reliquit, ipsi inde faciant quod voluerint. Videtur enim mihi quia si eam suscepero, in isto facto, quod mihi displicet, et quod doleo, eius particeps ero. Hoc volui non latere Caritatem vestram. Filia ipsius in monasterio feminarum est; filius ipsius in monasterio virorum est. Ambos exheredavit: illam cum laude, istum cum elogio, id est, cum vituperatione. Commendavi autem **Ecclesiae** ut non accipiant ipsas portiunculas, quae pertinent ad exheredatos, nisi cum ad legitimam aetatem pervenerint. Hoc eis servat **Ecclesia**. Deinde litem misit inter filios suos, in qua laboro. Puella dicit: Meum est, nostis quia hoc dicebat semper pater meus. Puer dicit: Credatur patri meo, quia moriens mentiri non potuit. Et ista contentio quale malum est! Sed si pueri ipsi servi Dei sunt, litem hanc inter illos cito finimus. Audio illos ut pater, et forte melius quam pater ipsorum. Videbo quid sit inter, et sicut Dominus voluerit, cum fratribus fidelibus honoratis, Deo propitio, de numero vestro, id est, de **plebe** ista, audio inter illos causam, et sicut Dominus donaverit, finio.

¹⁹⁶⁴ Tamen rogo vos, nemo me reprehendat, quia istam hereditatem nolo suscipiat **Ecclesia**. Primum, quia factum illius detestor; deinde, quia institutum meum est. Multi quod dicturus sum laudant, sed aliqui et reprehendunt. Utrisque facere satis valde difficile est. Audistis modo cum Evangelium legeretur: *Cantavimus vobis, et non saltastis; planximus vobis, et non luxistis. Venit Ioannes - Baptista - non manducans neque bibens, et dicunt: Daemonium habet; venit Filius hominis manducans et bibens, et dicunt: Ecce homo vorax, potator vini, amicus publicanorum*. Quid ergo facio inter illos, qui parant me reprehendere, et dentes in me ducere, si suscepero hereditates eorum qui filios suos irati exheredant? Iterum quid sum factururus eis quibus canto, et nolunt saltare? qui dicunt: Ecce quare nemo donat **Ecclesiae** Hipponensi aliquid; ecce quare non eam faciunt qui moriuntur heredem: quia episcopus Augustinus de bonitate sua - laudando enim mordent, labiis mulcent, et dentem figunt - donat totum, non suscipit. Plane suscipio, profiteor me suscipere oblationes bonas, oblationes sanctas. Si quis autem irascitur filio suo, et moriens exheredet eum, si viveret, non eum placarem? Non ei filium reconciliare deberem? Quomodo ergo cum filio suo volo ut habeat pacem, cuius appeto hereditatem? Sed plane, si faciat quod saepe hortatus sum: unum filium habet, putet Christum alterum; duos filios habet, putet Christum tertium; decem habet, Christum undecimum faciat, et suscipio. Quia ergo feci hoc in quibusdam rebus, iam volunt bonitatem meam vel commendationem famae meae in aliud vertere, ut alio modo me reprehendant, qui oblationes devotorum hominum nolo suscipere. Considerent quam multa susceperim. Quid opus est ea numerare? Ecce unum dico, filii Iuliani hereditatem suscepi. Quare? Quia sine filiis defunctus est.

Sermón 355, 5: No quise aceptar la de Bonifacio o Facio no por misericordia, sino por temor. No quise convertir a la Iglesia de Cristo en un mercante marino. Son ciertamente muchos quienes se enriquecen también con la navegación. Pero si se produjese una adversidad, si la nave va a pique y se sufre un naufragio, ¿tendría que cometer a tortura a los hombres, según la costumbre, para investigar la causa del hundimiento de la nave? ¿Tendría que torturar el juez a quienes habían escapado de las olas? ¿También yo tendría que torturarlos? Bajo ningún concepto es conveniente que la Iglesia haga tal cosa. ¿Tendría entonces que pagar los derechos del fisco? Pero ¿con qué los pagaría? No nos está permitido tener dinero en depósito. No es propio del obispo guardar el oro y alejar de sí la mano del mendigo. Son tantos los que a diario piden, gimen; tantos los pobres que me interpelan, que a muchos tengo que dejarlos en la tristeza, porque no tengo para dar a todos; ¿y tengo que dejar un depósito por si acontece un naufragio? No la acepté, pues, no por generosidad, sino por temor. Que nadie me alabe por ello, pero tampoco nadie me lo reproche. No dudo de haber obrado bien cuando dejé al hijo lo que su padre airado le había quitado al morir. Alaben esta forma de obrar quienes quieran, pero sean comprensivos quienes no quieren alabarla. ¿A qué más, hermanos míos? Quien quiera dejar a la Iglesia como heredera habiendo desheredado al hijo, busque a otro que se lo acepte, no a Agustín; más aún, ¡ojalá no encuentre a nadie, por la misericordia de Dios! Un hecho digno de elogio de Aurelio, obispo venerable de Cartago, ¡cómo llenó de alabanzas a Dios la boca de cuantos lo conocen! Una persona que no tenía hijos ni esperanza de tenerlos donó a la Iglesia todos sus bienes, quedándose con el usufructo. A esa persona le nacieron hijos, y el obispo le devolvió de improviso lo que le había donado. El obispo podía muy bien no habérselo devuelto, pero según el derecho del foro, no el del cielo¹⁹⁶⁵.

Sermón 355, 6: Sepa también vuestra caridad que he dicho a los hermanos que viven conmigo que quien tenga algo, o lo venda, o lo regale, o lo dé al común; poséalo la Iglesia, por medio de la cual Dios nos alimenta. Y les he dado de plazo hasta Epifanía en atención a aquellos que o bien no hicieron el reparto con sus hermanos o han dejado en sus manos lo que les corresponde, o bien no han dispuesto aún de sus bienes en espera de tener la edad legal. Hagan con ello lo que gusten, con tal de que sean pobres conmigo y nos confiemos juntos a la misericordia de Dios. Pero, si no quieren, si es que hay alguno, yo he sido quien estableció, como sabéis, que no ordenaría de clérigo a nadie más que a quien quisiera permanecer conmigo, de forma que, si deseara abandonar su propósito, le quitaría el clericalato, puesto que desertaría de la santa

¹⁹⁶⁵ Bonifati, id est Fati, hereditatem suscipere nolui: non misericordia, sed timore. Naviculariam nolui esse **Ecclesiam** Christi. Multi sunt quidem, qui etiam de navibus acquirunt. Tamen una temptatio si esset, si iret navis, et naufragaret: homines ad tormenta daturi eramus, ut de submersione navis secundum consuetudinem quaereretur, et torquerentur a iudice qui essent de fluctibus liberati? Sed nos eos daremus? Nullo pacto enim hoc facere deceret **Ecclesiam**. Onus ergo fiscale persolveret? Sed unde persolveret? Enthecam nobis habere non licet. Non est episcopi reservare aurum, et revocare a se mendicantis manum. Quotidie tam multi petunt, tam multi gemunt, tam multi inopes interpellant, ut plures tristes relinquamus, quia quod dare omnibus non habemus; et servaremus enthecā propter naufragium? Ergo, hoc vitando feci, non donando. Nemo ibi laudet, sed nemo et vituperet. Plane quando donavi filio, quod iratus pater moriens abstulit, bene feci. Laudent qui volunt, parcant qui laudare nolunt. Quid plura, fratres mei? Quicumque vult exheredato filio heredem facere **Ecclesiam**, quaerat alterum qui suscipiat, non Augustinum: immo Deo propitio neminem inveniat. Quam laudabile factum sancti et venerandi episcopi Aurelii Carthaginensis, quomodo implevit omnibus qui sciunt, os laudibus Dei! Quidam cum filios non haberet, neque speraret, res suas omnes retento sibi usufructu donavit **Ecclesiae**. Nati sunt illi filii, et reddidit episcopus nec opinanti quae ille donaverat. In potestate habebat episcopus non reddere, sed iure fori, non iure caeli.

